
COMMENTARIUS LITTERALIS IN THRENOS ID EST LAMENTATIONES JEREMIAE

Martinus-Antonius Del-Rio

Digitized by Google



Google

Digitized by Google

H. 29.

MENTEM ALIT ET EXCOLIT

K.K. HOFBIBLIOTHEK
ÖSTERR. NATIONALBIBLIOTHEK

2.H.29

COMMENTARIVS LITTERALIS IN THRENOS, ideſt, LAMENTATIONES IEREMIÆ Prophetæ.

Auctore

MARTINO DEL-RIO

PRESBYTERO SOCIETATIS IESV Doctore Theologo, & publico S. S. in Salmanticenſi Academia Profeſſore.

Nunc primùm in lucem editus.

Acceſſerunt duo Indices, vnus locorum S. Scripturæ, alter verò rerum & verborum.

LVGDVNI,

SVMPTIBVS HORATII CARDON.

Cum priuilegio S. Cæſar. Maieſt. & Chriſtianiſ. Franc. & Nauar. Regis.

1608

K. K. HOFBIBLIOTHEK

REVERENDISSIMO ET ILLVSTRISSIMO DOMINO, D. IOAN. A CRVCE, DOMINO DE CHEVRIERE, BARONI DE CLERIEV, REGI A CONſiliis, Grationopolitano Epiſcopo & Principi.

HORATIVS CARDON S.

QVÆ cauſa (Præſul Ampliſſime) Lycæo doctorem, naturæ genium, Stagyrę gloriam peperit, dum ἀισχρὸν σιωπᾶν λαλοῦντος Ἰσοκράτους putat: eadem ipſa vt hi tibi per me dicarentur commentarij, author extitit, dum in hac publica tibi ob meritum honorem conſecutum gratulantium voce, mihi qui iamdudum te venerabundus ſuſpicio ſilere nefas eſſet. Itaque veluti Regem ſuum Perſæ quacumque prouinciam obiret non niſi muneribus donatum ſalutabant, vnde comitatis percelebris occaſio nata Principi in eum, qui aquam è proximo flumine manibus hauſtã offerebat, ita tibi ſine dono prouolui nolui, quod non tam ab affectu quàm ab electione commendationem acciperet. Scilicet dum bonorum omnium applauſu quamuis ſumma adeptus ſis (placet enim illud magni

ſenatoris hic vſurpare) iudicaris tamen plus mereri, qui probatæ conſcientiæ gratiſſimus fructus eſt, quoniam quicquid digno creditur hoc multis ſine dubio creditum eſſe cenſetur; Inter fauſtas inquam piorum acclamationes, quæ virtutum tuarum merita prædicant quorum tibi conceſſus honor, honorarium potius ſit quam iuſta compenſatio, ſolus ego omnium vota piaculari taciturnitate perturbem? quaſi vero is humanitatis affectum non refugiat & ingratus peccet, qui priuato publicoque gaudio ſocium ſe non adiungat. En ergo priuatæ gratulationis votum iam olim conceptum, nunc tibi fœliciter dicatum, vide ſi quid reſpiras à publica lætitia in iſto Orientis tui puncto quo Eccleſiam Illuſtras nouum coortum ſidus quod ſplendoris licet non expers auet tamen tua luce micare illuſtrius. Doctrina quos ab Imperitis ſecernit (inquit magnus Caſſiodorus) ſapientibus amica ſocietate coniungit, cui perfacile eſt ornare generoſum quæ etiam ex obſcuro nobilem facit, non potui, itaque alium Genium præter te naſcenti huic operi implorare: doctum enim & ſublime maiorum operum præludium, eruditiſſimi viri facundiſſima ſoboles, doctum, ſpectatum, diſertumque Mecœnatē depoſcebat. Vbi enim doctrinæ ſecretiſſima adyta niſi in te venerando pariterque admirando totius encyclopædiæ ſacrario requirenda? eloquentiam autem quis aliunde quam à te Suadæ & Pithonis alumno, facundiæ fœcundiſſimo fonte promanare credat? Platonem Academia, Græcia Periclem, Demoſthenem Athenæ, cæteri quicquid vſquam diſertitudinis eſt commendent, at ſi te perorantem illi, ſi Græcia tonantē, ſi Athenæ perſuadentem, ſi Academia docentem audiuerint in illis eloquentiæ fucum & vmbram, in te perfectiſſimam Ideam & exem

& exemplar pronunciabunt. Quicquid mellis Xenophon, fluiditatis Thucydides, vehementiæ Græcus, verborum Latinus orator, id in te ſæpius Auguſtiſſimus Senatus, cuius tu nuper Princeps ſupremáque gloria, pari ſtupore ac merito prædicauit. Quod vt tibi famá & nomen apud omnes dum ſacræ Themidi litares ita nunc in ampliſſimo iſto gloriæ tuæ theatro æternum decus conciliaturum eſt. Nam ſi verè vir magnus talem vnamquamque dignitatem qualem adminiſtrantium voluntatem ſcripſit, quid bonorũ omnium geſtiens lætitia gregis tibi commiſſi Iubila, piorum acclamationes aliud præferunt, niſi te eum fuiſſe qui meritiſſimè ſacratiſſimam ſedem impleres, qui longè ſpem de te conceptam ſuperares dignitati aſſecutæ plus decoris, quam illa tibi allaturus: Sed ecce beneuola, at importuna tamen oratione te publicæ gratulationi eripio: taceo modo hoc vnum: me tui obſeruantiſſimum deuoti tibi animi pignus immortale, Commentariũ hunc mente quam poſſum grata interea, dum te digniora σὺν θεῷ, paramus dicatum velle: Ille te reipubl. Chriſtianæ, regno Gallico, Principatuíque tuo longæuum incoluméinque ſeruet, deprecor. Vale ex bibliotechio noſtro.

Facultas Ordinis.

EGo Christophorvs de los Cobos, Præpoſitus Prouincialis Societatis Iesv, in Prouinciâ Caſtellanâ, poteſtate ad id mihi facta ab admodùm R^do. P. N. Præpoſito Generali Claudio Aquauiua, facultatem concedo, vt *Commentarius litteralis in Threnos*, id eſt, *Lamentationes Ieremiæ Prophetæ*: à P. Martino del Rio. S. Theologiæ Doctore, & publico diuinarum literarum in Salmanticenſi Academia profeſſore, compoſitus, & eiuſdem Societatis grauium, Doctorúmq; virorum iudicio examinatus, & approbatus, typis excudatur. In quorum fidem has litteras manu noſtra ſubſcriptas, ſigillóque noſtro munitas dedimus. Metimnæ 2. die Februarij, anni 1607.

CHRISTOPHORVS DE LOS COBOS

ex mandato P. Prouincialis

Petrvs Osorio Secretarius.

Facultas R. P. Prouincialis Societatis Ieſu in Prouincia Lugdunenſi.

LVdovicvs Richeomvs Prouincialis Collegiorum Societatis Iesv, in Prouincia Lugdunẽſi, iuxta priuilegium eidẽ Societati à Regibus Chriſtianiſſimis Henrico III. 10. Maij 1583. & Henrico IV. nunc regnãte 20. Decẽbris 1606. cõceſſum, quo Bibliopolis omnibus prohibetur, ne libros ab eiuſdẽ Societatis hominibus cõpoſitos, abſque Superiorum permiſſione imprimãt: permittit Horatio Cardon Lugdunẽſi Bibliopolæ, vt librum qui inſcribitur, *Commentarius litteralis in Threnos*, id eſt, *Lamentationes Ieremiæ Prophetæ*; *Martino Del-Rio Auctore Societatis* Iesv, ad ſex proximos annos imprimere, ac liberè diuendere poſſit. Datum Lugduni 16. Octobris, 1607.

RICHEOMVS.

HVNC R. P. Martini Del-Rio, è Societate Ieſu, librum qui inſcribitur, *Commentarius litteralis in Threnos*, id eſt, *Lamentationes Ieremiæ Prophetæ*, & pium, & eruditum dignum cenſuimus, qui prælo commiſſus publicæ vtilitatis cauſſa in lucem ederetur. Datum Lugduni die 16. Octobris, 1607.

CHALOM V. G. Lugd.

EGO MARTINVS DEL-RIO, Societatis IESV presbyter, ſacræ Theologiæ Doctor, & LL. Licentiatus, Conceſsâ mihi à Cæſareâ Majeſtate facultate eligendi typographũ, cui mea cum XX. annorum priuilegio cudenda traderẽ: tibi Horati Cardone, confiſus de fide, pietate, & induſtriâ tuâ, facio poteſtatẽ excudendi libri huius, qui inſcribitur, *Commentarius litteralis in Threnos*, id eſt, *Lamentationes Ieremiæ Prophetæ*, & pœnam Cæſareã exigendi à typographis cõtra Cæſaris edictum illud prælo ſubdentibus, vel vendentibus, &c. iuxta præfati diplomatis tenorem. Datum Valliſoleti in Caſtellâ, quarta Auguſti anno milleſimo ſexcenteſimo ſexto.

MARTINVS DEL-RIO Soc. IESV
Preſbyter, S. Theol. Doctor, &
LL. Licentiatus.

Summa Priuilegij Imperatoris.

RVDOLPHI II. Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti cautum eſt publico hoc edicto, ne quis chalcographus, vel bibliopola, ſiue alius quilibet, quacumque ſacri Romani Imperij & ditionis eius fines patent, librum qui inſcribitur, *Commentarius litteralis in Threnos*, id eſt, *Lamentationes Ieremiæ Prophetæ, Martino Del-Rio Auctore* SOCIETATIS IESV, excudat, aut excudendum curet, vendat ipſe, aut diuendendum mandet, aut denique excuſum ab aliis intra eiuſdem Rudolphi & Imperij fines vendendum importet, præter illum Typographum aut Bibliopolam, cui ipſe Del-Rio permiſerit, idque per ſpatium viginti annorum à prima editionis die computandorum. Qui ſecùs faxit, ſibi mulctam decem marcharum auri puri irrogatam ſciat, quarum dimidia fiſco Imperiali fraudis vindici, reſidua verò pars ipſi Del-Rio, vel eius mandatario, aut mandatariis, cedet, præter librorum amiſſionem & confiſcationem; quos per ſe idem Del-Rio, vel per ſuos quoſcumque mandatarios vbicumque nactus fuerit, adiumento Magiſtratus loci, vel citra, propria auctoritate ſibi vindicare, inque ſuam poteſtatem redigere poterit. In cuius rei fidem ipſi edicto manu ſubſcripſit, & ſigillum apponi iuſſit Cæſarea Majeſtas, vt latiùs patet in ipſo diplomate dato Pragæ decimaquinta menſis Iunij, anno Domini milleſimo ſexcenteſimo ſecundo.

Subſignatum.

RVDOLPHVS.

Ad mandatum ſacræ Cæſareæ Majeſtatis proprium.

IO. BARVITIVS.

Summa Priuilegij à Chriſtianiſſimo Galliarum Rege obtenti.

HENRICI IV. Galliæ, & Nauarræ Regis Diplomate cautum eſt, ne quis in ſuo regno, aliiſve locis ditioni ſuæ ſubiectis, intra proximos annos decem, à die impreſſionis primæ inchoandos, excudat, vendat, excudendum vendendúmque quouis modo, ac ratione conetur librum qui inſcribitur, *Commentarius litteralis in Threnos*, id eſt, *Lamentationes Ieremiæ Prophetæ, Martino Del-Rio Auctore* SOCIETATIS IESV, præter HORATIVM CARDON Bibliopolam Lugdunenſem, aut illos quibus ipſe conceſſerit: ſub pœnis Originali Diplomate contra delinquentes expreſſis. Datum Pariſiis 30. Maij anno 1607.

De mandato Regis,

Signatum,

BERNARD.

PROLEGOMENA.

VIDEOR mihi (Ampliſſimi viri,& auditores ſtudioſiſſimi,) obſeruare, in more poſitum, vt qui profiteri in hac orbis nobiliſſimâ acadæmiâ incipiunt ſuarum prælectionum veſtibulũ duabus columnis fulciant, de ſe & de re diſſerendo. De me, dicam an ſileam neſcio, inter ſaxum & aram conſtitutus. Silentium contumaciæ poſſit aſcribi, quia conſuetudo, violentus exactor, iubet aliquid dicere,& iuxta noſtrum

1. Mos dicendi de ſe, & de re.

2. De ſe nõ tutum.

ſeu taceas.

" *Imperia ſoluit, qui tacet iuſſus loqui.*

Quod verò dicam; rari vel præclari nihil eſt ſanè; quod ſi foret, mallẽ tacere. quid enim? laus & vituperatio periculo ſubiacent. hinc Scylla, inde Charybdis minatur. Me laudem? verè, an falſo? ſi falſò: quid turpius, quàm mentiri & fumos vendere, fraude alienâ, propriæ animæ detrimento? ſi verè; vellit auriculam veriſſimum illud, quia primæ veritatis. *Laudet te alienus, & non os tuum.* Prou. 27. Contrà, me vituperem: videbor vnus eorum, qui *ſe nequiter humiliant*, & qui faſtum alio faſtu calcant. Paris vtrumque vanitatis eſt.

Seu loquaris. quia paris periculi. laus,

Prou. 27.2. *Eccles.* 19.23. & vituperatio.

" *Nec te collaudes, nec te culpaueris ipſe:*
" *Hoc faciunt ſtulti quos gloria vexat inanis.*

Notum carmen ex noto libro diſtychorum moralium; non Catonis Cenſorii (puerilis iſte error) nec alterius Catonis Valerij, qui datus Suetonio; & cuius eſt Ciris poëma perperam Virgilio attributum; Sed tertij melioris, quia

De quo Elias Vinetus Cõmentar. in Auſon. Chriſtianus fuit, Dionyſius Cato vocitatus. Igitur, vt anceps periculum effugiam, & coëuntes Symplegadas illæſus vitem, Dędali pręceptis obtemperabo. Scitis illum cùm Icaro filio alas adaptaret, iuſſiſſe, ne vel nimis altè ſublato volatu ceram Soli ſoluendam præberet, vel pennâ propiore ſalo remigium alarum humefactum degrauaret. ſimili moderamine me ſubducam afflatui iactantiæ, manifeſtæ, & lucrifaciam hypocriſis clanculariæ notam, quia me nec laudabo, nec vituperabo. Mediâ viâ ſecurior volabo. Dicam ſolummodo quod me tacente vultus loquitur, & res ipſa pro præcone promulgat, multò me, cunctantiorem & formidoloſiorem hodie hanc cathedram, quàm aliàs alibi ſolitus, conſcendiſſe: cauſſæ ſunt quinque. 1. à deceſſore. 2. ab amicis laudantibus. 3. à conceſſu veſtro. 4. à profecto. 5. à me ipſo.

Ideo tutior via media quod res docet dicendi.

Cauſæ timoris hodierni.

à Deceſſore

Quantâ cum laude & ſatisfactione omnium, qui me præceſſit hanc profeſſionem obierit, ſciunt omnes: & ego non neſcio, quàm ſit difficile Roſcio in ſcenam ſuccedere. Qui verò me tantoperè commendarunt viri ornatiſſimi & laudatiſſimi; quorum beneuolentiæ & præiudicio gratias magnas ago, & habebo immortales; hoc ipſo beneficio grauius onus humeris meis impoſuerunt, expectatione nimiâ concitatâ, quam perferre me poſſe ſentiam. periculum eſt, ne ſpõſioni noxa præſto ſit; & diſcuſſo principali, ob reliquationem fideiuſſoria actione conuenti, moleſtiam ſibi ſuo iumento accerſierint. equidem conſtitui, ſi me videro non eſſe ſoluendo, cedere foro & ad c. Odoardus de ſolutionibus confugere. Frequens etiam iſte cõſeſſus veſter quantùm humanitate recreat, tantùm dignitate & multitudine perturbat: non ſecus ac luminoſum Solis iubar ſpeculo quidem roſanti lætificat, ſed candore fulguranti ſpectantium aciem retundit. Superiores deinde mei, quibus me regendum permiſi; fęcerunt quod haliæti (genus eſt aquilarum), qui pullos implumes de vngue ſuſpendentes ſolaribus radiis obuertunt, vt indolem explorent; ſic iſti me meo, in quo benè latebam, nidulo protractum, huic luci conſpectus veſtri, & auguſtæ huius ſcholæ maieſtati, non aquilinum pullum, ſed myopem ac luſcitioſum expoſuerunt; ſaltem, vt qui ex caligine in lucem veniunt,

à commendatoribus.

à conſeſſu.

à Præfectis.

hiunt,nictantem conniuentemque. Denique ſi meipſum contemplor, timoris multò maiores & plures occurrunt càuſæ. Venio ſatis imparatus,ſemipaganus & inſolẽs. frangit deſuetudo alacritatem.venator diu deſes domi, torpet ad curſuram.Nauita,qui à longo tempore mare non vidit, malè metuit Africum decertantem Aquilonibus. ſi cauſidicus per aliquot annos abſuit à foro,iudicis tribunal &caninam aduerſariorum facundiam expaueſcit.Miles deſuetus galeæ,ac diuturnæ paci aſſuetus,lentior ad gladium redit & horret ad litui tubæ.

à meipſo propter.

deſuetudinem.

» *Permiſtos ſonitus bellaque matribus.*
» *Deteſtata.*

Equidẽ abſui ab hiſce ſcholis plus annos triginta:ſextũ poſt luſtrum reuertor.putabam me rude donatũ, miſſionemq; ſi non honeſtam,cauſariam certè conſecutum: ſicut olim veterani in colonias deducti, agrorum, quos ſors dederat culturæ vocabant:ſic eram ſcriptioni & librorum compoſitioni aſcriptus. Verùm vt illi non rarò, propter ſubitum tumultũ, ad temporariam militiam euocabantur:ita ſubitæ huic ſubſtitutioni, potiùs alieno imperio, quam ſpontè meâ,velut à calami ſtiuâ ad linguæ dolabram me cernitis reuocatum.

Et virium defectum.

» Fuit tempus, & ego fui:ſed nimiùm
» ---*mutatus ab illo*
Tempore;cum calidus circum præcordia ſanguis

& viridis iuuenta,dediſſent fors aliquid acre, florens, viuidum:nunc nihil,niſi languens,marcidum, & vietum. Meminiſtis illius infortunati, qui cùm Heroſolymis Hierichũtem properaret; in latrones incidit,à quib. ſeminudus vulneribuſque ſaucius derelictus? Sancti patres Hierichuntem interpretantur, hoc vitæ humanæ curriculum continuis viciſſitudinibus obnoxium:in hac viâ dum peregrinor,tres me mihi graſſatores violenti eripuerunt;ætas, languor, labores. Quid non longa deminuit dies?

Luc. 10. 30.

ab ætate.

» *Tempus edax rerum, tuque inuidioſa vetuſtas*
» *Omnia conteritis. Aetas mala,mala merx,* inquit ille. dixiſſet veriùs, malorum omnium mercatum. Nam ideoveteres,Nonio teſte,pro ſummâ moleſtiâ,*ſenium* vſurpabant. Ægritudo à multis annis inueterato languore,non

languore.

nomine tenus languidũ, denominatione tantùm extrinſeca (vt ſcolaſtici aiũt) dehoneſtauit; ſed inteſtino malo, velut latens dipſas aut teredo, ſuccũ, & vigorẽ omnẽ depopulatur. fecit, quod ſuum erat; metator mortis, tyranno ſuo hoſpitiũ parauit: vel potiùs crudelis libitinarius viuo cadaueri lõgas exequias duxit, & pergit ducere. quid par peti aut expectari, niſi morbidũ & cadaueroſum? Labores deniq; tales qui poterant firmiores vires opprimere; qui quamuis breues, nõ leues: & quãuis leues forẽt, aſſidui fuerũt. quid gutta exilius, aut carne mollius, aut terra imbecillius? attamen;

Labore iugi

Gutta cauat lapidem, conſumitur annulus vſu, „
Et teritur preſſa vomer aduncus humo. „

Quorum illud primum Ouidius (breuiter moneo vos iuuenes) ab Albio Tibullo, Albius à Lucretio Caro, Carus à Græco vate Choerylo mutuatus. Coheryli de ĩgẽti volumine, hoc ſolum ſuperſtes fragmentum ſcio remanſiſſe,

Vide adagia ſacra.

πέτραν κοιλαίνει ῥανὶς ὕδατος ἐνδελεχείῃ.

Petram excauat ſtillicidium aquæ incidens. Hoc Græcus iſte ex ſacris literis, vt optima quæque Græci, ſuffuratus, quia non faſſus. Sic enim Iobi XIV. capite legimus: אבנים שחקו מים *Abanim Sachaqũ Maim. Lapides excauant aquæ.* Quod benè Polychronius, docti viri Tarſenſis Diodori doctus frater, explicuit, in catena, quam poſſidet collegium noſtrum S. Lucæ, his verbis; τὸ ὕδωρ φησὶ συντρίβει τὰς πέτρας, καὶ τοὺς λίθους λεαίνει. aqua dicit petras conterit, & ſaxa læuigans peredit. Quorſum iſta tam multa de tuis miſeriis, dicet quiſpiam? an vt in infirmitatibus tuis glorieris? nihil minùs licuit Apoſtolo, cui fructus illarũ conſtabat: mihi pro demerito metuendæ. An vt auditores fugem, arceam, deterream? ne id quidem. non vnus ſum Zenonianorum, qui affectuum vacuitatem, ἀπαθίαν, profitebantur: ego à me nullos hominum affectus, nullum humanitatis ſenſum alienum profiteor: corrigit eos, non tollit, religio. Meũ quoque ſtudium auditor excitat. Malo multis, quàm paucis, hunc animi panem frangere. Non opto quemquam meæ vel operæ vel induſtriæ diffidere: ſolùm cupio, non eximia vel nimia expectare. Benè quod ager animorum non manu, vel corporis viribus, quæ iuuenum propria, colitur; ſed ingenio, ſed iudicio, ſed experientia: quæ à ſenibus non ſunt

Iob.14.19.

Cur à triſtibus ordiatur?

non vt glorier.
non vt deterream auditores: ſed,

ſunt aliena. Etiam laſſi boues pedem ſolo fortiùs imprimũt. Vina vetera ſalubriora pretioſioraque cenſentur: multa feruentiora ſunt, ſed fluunt fæculenta. Nouella plantaria grandiores fructus & oculis amæniores, oſtentant: verùm arbores adultæ poma gignunt eſui aptiora, decocta magis, & ſolidiora. In ſacris litteris lego Nili aquas turbidas ingẽti fragore decidere: ſed propè Catadupas auribus ſunt exitioſæ: lego etiam aquas Siloë, quæ cum ſilentio leni feruntur agmine, ſed lumen cæcis reddunt, & qui has poſtponunt à Deo reprehenduntur. Quid ergo me mouit? Vt me tempori, & materiæ adaptarẽ. Tempus Quadrageſimale, hoc eſt pœnitẽtiæ ſtadiũ: materia Threni Ieremiæ, quædã Ilias malorũ. Quis ignorat illud Salomonis? לכל זמן *Lachol Zemon.* quod noſter reddit; *omnia tempus habent*, quaſi dicat aliud alio tempore oportunum & tempeſtiuũ: &, quod ſequitur alluſione eleganti & Hebræis peculiari, *Eth Liukoth veeth Liſcoq.* עת לבקות ועת לשכוק. *tempus* (eſt) *flendi*, *& tempus ridendi.* Fuit ridendi tempus antenudiuſtertius, Satanæ lætiſſimo Saturnaliorum die. Sed tempus illud præterijt.

Iosue 13.3. Ierem. 2.18. *Plinius lib. 6. c. 19.* *Ioan. 9.27. & Iſai. 8.6.* Tempus & materia. *Eccleſ. 3.1.* Tempus 40.

„ *Quam citò non ſegnis itque reditque dies.*
„ *Torua Mimalloneis ceſſarunt cornua bombis,*
„ *Raucáque pulſatis tacuerunt tympana palmis.*

Sat mundo carníque datum. nouiſſima gaudij luctus occupauit. citharis cineres ſucceſſere. cilicijs & pœnitentiæ cedant laruarum dehoneſtamenta. Dies inchoantur Deo acceptiſſimi, tempus animæ ſaluti neceſſarium. Ad lachrymas, & ieiunia, & vitæ mutationem in melius pia mater Eccleſia nos vocat: ſpurij ſunt, qui genitricis vocem non audiunt: eam verò non audiunt, qui non obediunt monenti: vt nos, quod germanos filios decet, audiamus & obediamus, monitorem & ſtimulatorem adduxi Ieremiam prophetam, ad perſuadendum maximè idoneum. Scribit S. Gregorius Nazianzenus ſe quotieſcumque hunc libellum Lamẽtationum in manus ſumebat (frequenter autem ſumebat) toties intercluſa voce lachrymis obrui, &, quaſi ſi cladem præſens cerneret, cum lamentante propheta ſe conlamentari conſueuiſſe. Præterea D. Chryſoſtomus *lib. 3. de prouidentia*, negat vllum, cui non ſit cornea fibra, poſſe Threnos hoſce Ieremiæ, ſine copioſo fletu legere. Accedit

Materia Threni. *Orat. 1 de pace.* Vtilitas eorum.

fructus alius, quem idem D. Gregorius notauit efficaciſſimum eſſe, vt eius lectione nos caſtigemus, ne proſperis efferamur, vel vanâ lætitiâ diffluamus, cernentes, exemplo Solymorum, nihil in hac vitâ perennis eſſe fœlicitatis; ſed altiora quæque ſubitò ruere, tumida deprimi, & elata ſolo
in Commentar. affligi. Conſideremus etiam, cum Theodoreto, quot quantorumque malorum cauſa ſit peccatum; & ne nobis ſpe impunitatis blandiamur: videntes quàm ſeuerè Deus, cum
Thren. 3. 40. illo ſibi dilectiſſimo populo, & gloriæ ſuæ templo, duxerit agendum: ſicque periculo alieno moniti, *Scrutemur vias noſtras*, & ad pœnitentiam ſedulò ſerioque conuertamur.

Cauſam habetis (Auditores) cur ex amæniſſimo ſacræ Scripturæ paradiſo, hunc ſpinoſum, ſed aureum ramuſculum decerpſerim, ex cuius floſculis ſuauefragrantibus corollam interpretationis pangerem. Spinoſum dixi, quia de mærore nonnihil horridus, & contumax difficultate. Quo-
& difficultas. niam (vt tradit B. Hieronymus *lib. 6. commentar. in Hieremiam*) quàm verbis ſimplex, & facilis eloquio, tam maieſtate difficilis, & ſenſuum altitudine profundiſſimus eſt. Ego me nulli difficultati furabor, nullos ſcopulos ſubterfugiã, nulla dumeta, ſentesuè, nullam ſcabritiem deuitabo, nulli parcam labori vel induſtriæ: vt proficiatis. hoc bona fide (vt inter bonos decet) ſpondeo; Simul me vobis, qui me audituri, honoraria formula, quantulus ſum, Do, Dico, Addico.

Cui vincendæ Scriptores erunt. Ceterum cùm ſit animi ingenui non diſſimulare per quos profecerim, dicam breuiter quorum fuerim vſus laboribus.

Thargum Quinquarboreij. Vidi Thargum ſiue Paraphraſim Chaldæam duplicem, quæ in omnibus ferè conueniunt: priorem dedit in lucem Ioannes Quinquarboreus Gallus, poſteriorem Benedictus Arias Hiſpanus.

Catena Græca. Theodoretus. Græcos vidi paucos, quia pauci exſtant in Threnos: ex Catena Vaticana, quędam Euſebij, Origenis, Olympiodori & aliorum fragmenta. & Theodoreti breuem commentarium, litteræ tenacem, acutum, ſed qui lectorem non attentum fugiat.

Hieronymus. Ex Latinis quouis ferè ſæculo aliqui exſtiterunt, à quarto D.

to D.Hieronymus,ſacræ Scripturę cõmentariorum Phę-nix:cui quod exſtat opus ademptũ,Rabano adiudicat Sixtus Senẽſis *lib.4.Bibliot.* Sed aſſerit Hieronymo,argumẽta Sixti ſoluẽs, Marius Victorius Reatinus *in cenſura dicti commẽtarij*,cui potiùs aſſentior, & ſi ſuſpicor à læua manu mutilatum D.Hieronymi librum. Sanè Paſchaſius & Richardus,vel æquales,vel priores Rabano,eadem habent,vt veriſimile,ex antiquiore decerpta, & quidem Hieronymo; in cuius vitula tres iſti ararint. Verſionum varietatem hîc D.ille non adfert, eo quòd iam ab Origenis tempore omnes aliæ præter Symmachi & LXX. interierant. vt patet ex Catena Græca. Symmachum D. ille ſolitus ſequi, & in Threnis non magna differentia à verſione LXX.fuit.

VIII. ſæculo vixit Paſcaſius Ratbertus Abbas Corbeiæ maioris in Vveſtfaliâ, vir doctus,cuius quadruplicem commentarium excuſum habent noſtri Louanienſes. Ibidem legi Richardum Pampolitam Angloſaxonem eremitam. contexuit quaſi compendium myſticæ enarrationis. Tum vixit nõ Strabo, frater Bedæ;ſed Strabus Fuldenſis monachus auctor Gloſſæ ordinariæ. Paſcaſius. Strabus.

Pòſt vndecimo ſæculo fuere Anſelmus Laudunenſis Gallus,qui mirè ſuccinctus gloſſam edidit interlinearem. Si proximus Rupertus Abbas Tuitiẽſis, qui dum indulget ingenio, à ſenſu Hiſtorico longiùs receſſit: Paulo iunior fuit Hugo de Sancto Victore,gente Saxo,inſtituto Canonicus Regularis B.Auguſtini,vir eruditiſſimus,adeò vt æuo ſuo alter Auguſtinus vocaretur, deſijt in capite ſecundo. Anſelmus Laudun. Rupertus. Hugo Victori.

Duodecimo ſæculo tres magni heroës vixerunt, quorum legi Commentarios in hæc lamenta;Hugo de Sancto Caro Barcinonenſis,primus ex nobili Dominicanorum familia creatus Cardinalis, cuius in tota Biblia exſtãt vberrimæ explicationes: Alij duo etiam Eccleſiæ Doctorum & Diuorum aſcripti numero, Itali ambo, Thomas Aquinas Angelicus,& Bonauentura Seraphicus; quorum ille litterali ſenſu ſtrictior,hic myſtico vberior. Hugo de Sãcto Caro. D. Thomas Aq. D.Bonauẽtura.

Tertium decimum ſæculum dedit nulli ignotum Nicolaum de Lira,ex familia B.Franciſci, & ex Iudaiſmo conuerſum, Anglum natione. Lira,

Quartum decimum ſæculum genuit quinque,vnum in

Anglia,pauciſſimis vel nomine notum, qui Oxoniæ docuit,Ioannem Lateburium Minoritam: cuius commentarius olim editus quintuplex. nam quatuor ſenſibus quintũ addidit,de planctu & ſolitudine Deiparæ. legi cùm Louanij Threnos explicarem, habent noſtri in ſua bibliotheca. multa inſerit ex quorumdam commentariis nunquam excuſis, vt Guilh. Antiſiodorenſi, cuius exſtat ſumma Theologica,& Gileberto Porretano illo acuto philoſopho,quem etiam ſubinde Carẽſis citat. Eodem æuo fuit ſanctitate & librorum multitudine nobilis ſcriptor Dionyſius Richelius Belga Carthuſianus: & in eodem Belgio quidam Fr.Ioannes de Bommelia,qui Latinis concionibus totum librum Threnorum religioſæ vitæ inſtituto accommodauit,Manuſcriptum habent Louanij Canonici Regulares vallis B. Martini. His addo Paulum de Santa Maria Archiepiſcopum Burgenſem : Patriarcham Antiochenum,ſummis honoribus in Hiſpania defunctum,ex Iudæo Chriſtianum: matrem vetus narratio ſanguinis Regij tradit fuiſſe,patrem ex Leuitica ſtirpe,& quidẽ in ea ex Machabæis: quicquid ſit, vir fuit zelo religionis Catholicæ feruens,eruditione, & ſapientia celebris,cribrator accuratus Poſtillarum Lirani: quem vt defenderet, ſophiſmata pro veris argumentis, rixas pro rationibus repoſuit Matthæus Doringus Saxo, tantùm ſollicitus audire defenſor magiſtri,& Burgenſis recriminator.

Ioan. Lateburius. — *Dionyſ. Cartuſia.* — *Ioan de Bõmelia.* — *Paulus Burgenſis.* — *Matthæus Doringus.*

Quod iam proximè defluxit ſæculum quintum ſupra decimum fuit hominum eruditorum feraciſſimũ, qui certatim facem his Threnis prætulerũt.Ex vna Luſitania tres prodierunt,Hector Pintus Hieronymianus; optimus niſi forent alij meliores:Petrus de Figueyro,canonicus Regularis,qui(meo iudicio) familiam ducit. vnam doleo & maceror illi deeſſe,& hac in parte iacere;quòd parcior in Patribus,quàm Rabbinis, & tertius Manuel Sa clericus Societatis IESV, qui, quod vnum agebat,conſecutus,vt nemo breuior aut conciſior habeatur.

Hector Pinto. — *Petrus de Figueiro,* — *Manuel Sa,*

Tres Italia genuit, Iſidorum Clarium Caſſinatem Monachum, nimis addictum nænijs recutitorum : & Antonium Agellium ex clerico Theatino Epiſcopum, Græcæ linguæ diligentiſſimum, cui debeo quæ ex Græca catena

Iſidorus Clarius. — *Antonius Agellius,*

pro

prolaturus: & Franciſcum Panigarolã ex ordine D. Franciſci Epiſcopum Aſtenſem, qui Italico ſermone Threnos eleganter interpretatus.

Galliæ tres dederunt, Franciſ. Vatablum, Ioãnem Quinquarboreum, & Natalem Taillepied; quorum duo priores nihil niſi à Rabbinis, tertius concionator merus: ſicut quem Germania dedit, ordinis D. Franciſci, Ioan. Ferus Meguntinus. Quid, quod nec poëtæ defuerunt? Nam elegiaco carmine paraphraſim Threnorum complexi Ioannes Coruerus Gelder, & eo preſſior elegantiorque Iacobus Latomus Brabantus; Hexametro carmine poëta melior vtroque Auguſt. Thuanus Pariſienſis, præſes Parlamenti, qui ſecutus explicationes Nouarum verſionum, quanto ſuperior Latomo poëſi, tanto inferior veritate eò quòd Latomus ab Eccleſia receptam verſionem retinuit, & interpretatur. fors non deërit, qui Dactilico & Anapeſtico carmine reddat aliquando; quod genus lugubri operi ceteris aptius eſt, vt ex quibuſdam Annæi Senecæ choris fit manifeſtum. Fran. Vatablus, Ioan. Quinquarboreus, Natal. Taillepied, Ioan. Ferus. Ioannes Coruerus, Iacobus, Latomus, Auguſtus Thuanus.

Sæculum iſtud XVI. dedit vnũ Cordubæ Ioannem Bapt. Nauarrete; de cuius opere, quia viuit ipſe & ante biennium duntaxat liber prodiit in lucem) malo aliorum audire iudicia, quàm meum præiudicium adferre. Ioan. Bapt. Nauarrete.

Habetis Syllabum; quorum commentariis vſus ſum; nullum honere ſuo fraudabo & veteris inſtituti tenax ſuum cuique tribuam: ſuum voco, quod quiſq; prior obſeruauit: non ornabo me pennis alienis, vt hoc æuo ſolent plerique; etiam ex nominatis nonnulli.

„ *Ne ſi fortè ſuas repetitum venerit olim*
„ *Grex auium plumas: moueat cornicula riſum*
„ *Furtiuis nudata coloribus.*

Methodo hac vtar. Hiſtoricum ſenſum exactè, non prolixè proponam: myſticos, ſi qui in locis remotioribus Scriptorum præclariores occurrent, indicabo digito. Non patitur aliud anguſtia temporis. Nec amo in prælectionibus concionatorem agere. ſui cuique functioni fines, & termini; quos ſi tranferre vel confundere nitaris, decorum nequeas ſeruare, & rudioribus fortaſſe placeas; doctioribus & ſapientioribus, te ridendum propines. Hæc de me ſufficient. Methodus docendi.

CAP. II. DE RE.

Res, eſt ipſum opus quod explicandum ſuſcepi, & inſcribitur THRENI, id eſt LAMENTATIONES IEREMIÆ PROPHETÆ.

Quare dicendum de auctore, & de opere.

§ 1. *de auctore.*

De Ieremia qui. Typus CHRISTI. Nomine. Miſſione. Sanctificatione. à pueritia doctor. Moribus.

IEremias fuit CHRISTI Domini typus, nomine, vita, morte. Nomine, quia ſignificat excelſum Domini, à *Iarum* ירום exaltabitur, & *Iah* nomine Dei cõtracto ex יהוה: & de CHRISTO prædixit Angelus, *Filius altiſſimi vocabitur*, Luc. 1. 35. Datus fuit propheta etiam Gentilibus, vt poſtea docebo: de CHRISTO dictũ, *prophetã dedi te in gentibus*. Iſa. 49. 6. Sanctus, antequã natus, de CHRISTO Angelus, *quod naſcetur ex te ſanctũ* Luc. 1. 35. A pueritia cępit docere: de CHRISTO id habes Luc. 2. v. 46. de Ieremia c. 1. v. 2. *A, A, A Domine quia puer ſum & neſcio loqui*, quod de ætate omnes capiũt. Fuit mãſuetiſſimus, & humaniſſimus, vt patet ex tota eius prophetia, & docet Nazian. *orat. 1. de Pace*: ſicut & CHRISTVS, qui de ſe: *Diſcite à me quia mitis ſum*, Matth. 11. 29. Vixit virgo, teſtibus S. Ignatio epiſt. 6. ad Philadelphiens. D. Hieronymo lib. 1. cõtra Iouinian. & B. Althelmo in lib. de laude virginitatis, qui exſtat, & in carmine de eadem re, quod vidi M.S. Leodij in bibliotheca Abbatiæ S. Laurẽtij. Ieroſolymæ excidiũ amarè plãxit, ſuper eãdem CHRISTVS fleuit. *Lucæ* 19. 41. Plurima paſſus à ciuib. ſuis, & colapho percuſſus, *Iere.* 20. 2. ſicut & CHRISTVS. Tandẽ à Iudæis & Ægyptiis lapidatus, ſicut & CHRISTVS à Iudæis & gẽtib. crucifixus. ſepulchrũ CHRISTI glorioſũ futurũ Iſaias prædixit *c.* 11. 10. tale Ieremiæ ſepulchrum, vt mox oſtendam. Poſt mortem multũ propheta noſter orauit pro populo malè merito. 2. *Machab.* 15. 14. CHRISTVS moriens obſecrauit pro crucifigentibus, & nũc eum omnes aduocatũ habemus apud patrẽ. 1. *Ioan.* 2. 2.

Virginitate. perpeſſione, morte, ſepulcro, poſt mortẽ aduocatione.

De patria.

PATRIAM habuit Anathot, *Ierem.* 1. ענתות deductum à *Anah* ענה quod pati, affligi, humiliari ſignificat. Vnde patet

patet eum qui humiliatùr exaltari,& afflictiones patienter toleratas ingens gloriæ pondus operari in nobis. ex *Anatoth* enim naſcitur *Ieremias*, id eſt ex humilitate, & patientia naſcitur gloria,fit excelſus Deo.ita qui ſe humiliat, exaltatur.Notant alij oppidum paruum fuiſſe:hoc verum eſt. inde colligunt pauperum habitationem fuiſſe; hoc prorſus incertum, & fortè falſum.Nam quòd Iſaias cap. 10. 31. vocauit *pauperculam Anathot*, me non mouet. ſic enim vocauit non propter incolarum mendicitatem, ſed propter imminentem ipſis per Aſſyrios deuaſtationem, quam tunc prædicebat.Deinde fuit ſortis quidem Beniamin, ſed opidum Leuitarum vbi ſacerdotes multi degebant, & prædia poſſidebant,tertio ab Ieruſalem lapide,vt docet D.Hieronymus:ad Leuitas autem totius Iſraelis decimæ pertinebant.Hinc infertur arenæ inædificare, cùm idem ille obſeruat; Deum ſibi ex vrbibus amplis prophetas non delegiſſe. Nam ſi voluit, non omnes ex amplis vrbibus delectos,fateor; verùm id nihil magnoperè mirandum, cùm Deus non ſit acceptor perſonarũ:ſi cenſuit nullos inde delectos à Deo,grauiter impingit. Ieroſolyma vrbs ampliſſima fuit: Iſaias autem propheta Ieroſolymitanus fuit, teſtibus D. Hieronymo & Dorotheo mox citandis. Baruch etiam ſcriba Ieremiæ propheta,& vir nobiliſſimus fuit, *Barüch.* 1.& B.Epiphanius lib.de prophetarum vitâ & interitu multorum prophetarum patrias commemorat, inter quas quædam ſunt opida celebriora.

Anatoth quid.

An pauperũ habitatio?

Locus Iſaia.

Prophetæ etiã ex vrbibus amplis delicti.

CERTVM eſt patrẽ eius vocatũ Helchiam.*Ier.*1.& ſacerdotẽ fuiſſe:ſed de illo duo ſunt incerta. primũ eſt an fuerit propheta,vt volunt Liran.& Doringus, ex quadam regula Rabbinica;qua traditũ,quo initio prophetiæ matores alicuius prophetæ nominãtur, eos etiã prophetas fuiſſe.Quã regulam Burgenſis *annotat.*1.*in Ieremi.*impugnat:& inſignis ſacræ S.interpres Fran.Ribera *prælúdio* 4 *in Prophetas minores* expugnat:hi veriùs contendunt Helciã non fuiſſe prophetam.Secundum eſt,an idem fuerit, de quo in Regum Hiſtoria fit mentio *lib.*4.*Regum cap.*22.*& ſequ.& lib.*2.*paralipom.c.*35.Eundem fuiſſe exiſtimant Dauid Kimhi, & alij Iudæi,quos Burgenſis ſequitur,& his omnibus prior ac potior Clemens Alexandrin. *lib.* 1. *Stromat. poſt medium libri.*

De Patre eius Helchia.

An propheta.

an idem de quo in Regum libb.

Ceterum hæc opinio ſola nititur ſimilitudine nominis,quæ ratio infirma eſt.Non dubito tunc plures Helcias fuiſſe, vt nunc ſunt plures Petri.Reiecit eam Doringus, nec ego ſequor.Mouet me,quia de quo in libb.Regũ Helcias,non fuit ſimpliciter *vnus ex ſacerdotibus Anatoth* vt de patre Ieremiæ dicitur *d.cap.*1.vtique ad diſtinctionem alterius Helciæ;ſed fuit vir potentiſſimus & nobiliſſimus, domicilio & origine Ieroſolymitanus.probatur quia d. cap.35. v.8.vocatur *Princeps domus Domini*, hoc eſt Princeps ſacerdotũ ſeu Pontificum, qui tum templi cuſtodiæ præerant. Et dicto cap. 22. 4.vocatur *Sacerdos magnus*:non tam à ſanctitate,ſicut Ieremias in paraphraſi Chaldæa vocatur *Chahona Rabba* כהנא רבא *Sacerdos magnus*:& in Eccleſiaſtico cãtu de quolibet Pontifice confeſſore dicitur *Ecce ſacerdos magnus*,ſed à dignitate & præfectura præcisè,vt pote *Pontifex*, ſicut vocatur *d.cap.*23.4.nec ſimpliciter Pontifex, ſed *ſummus Pontifex.* Auctor eſt Ioſephus *lib.*10.*antiqu.cap.*11.in Græco codice, vbi etiam docet omnes illius Helciæ maiores vltra tritauum:deinde & filium & nepotem ordine in ſummum ſacerdotium ſibi ſucceſſiſſe, τὴν ἀρχιερωσύνην vocat. Quæ mihi nullo modo videntur in humilem noſtri prophetæ conditionem cõuenire:maximè quia iſtius Helciæ nepos, Sarriæ filius,Ioſedech ſacerdos magnus & ſummus Pontifex cum Ieremia in captiuitatem adductus fuit; vt docet idem Ioſephus:at tunc Ieremias valdè grandis foret ætate, vtpote Sarriæ frater, Ioſedechi patruus ſummi ſacerdotis: prophetam verò noſtrum non nimis ſenem mortuum probabilius ex ſacris litteris colligitur.

Locus Iere. 1.1.
Locus paralip.2.
Sacerdos magnus duo ſignificat.
Locus 4. Regum.
alter locus.

DE SANCTIFICATIONE. In vtero.

Quartò crediderim certò proximum habendum,à peccato originali in vtero ſanctificatum fuiſſe,ex ſententia Patrum ferè omnium,quos plurimos refert Franc.Suarez 3.p. *q.*27. *diſp.* 3.quam ſententiam non obſcurè elicio ex contextu in d.cap.1.5.vbi Deus ait Ieremiæ: *Prius quam te formarem in vtero noui te,& antequàm exires de vulua ſanctificaui te,& prophetam in gentibus dedi te.* Vbi *noui te*,ponitur pro dilexi & prędeſtinaui te.*Exires de vulua* idem eſt,quòd antequam naſcereris,non verò idem quod antequam compos rationis exiſteres vel antequam anima tibi infunderetur.Nec dicitur,*ſegregaui te*,ſicut de ſeipſo D.Paulus loquitur

Locus Ierem. I.

tur

tur ad Galat. 1. 15. vbi Græcè eſt *ἀφορίσας* ſeparans : ſed dicit Hebraicè *Hiqdaſticha* הקדשתיך, & LXX. vertunt *ἡγίακά σε*, cōſecraui te: quæ duo, iuxta proprietatem vocis, non pertinent ad ſegregationē illā miniſterij, de qua Paulus loquebatur: de qua mox apertè ſubditur, *prophetam in gētibus dedi te.* hoc eſt priuſquàm naſcereris, iam præordinarā & deſtinaram ad hoc miniſterium obeundum. Obijci ſolent loca DD. Auguſtini, Theodoreti, & Hieronymi, quibus reſpondendum. Auguſtinus *epiſt. ad Dardanum* videtur, aſſerere, hoc eſſe difficile creditu, quia *nemo poteſt renaſci antequam naſcatur.* Hoc dictum poſt B. Thomam *d. q. 27. a. 2.* benè Theologi explicāt, de ordinaria regeneratione ad gratiam, quæ fit per ſacramenta. Niſi commodè explicetur, eadem ratio repugnaret Sanctificationi B. Præcurſoris, immò & Deiparæ, quod à mente & pietate S. Auguſtini eſt alieniſſimum. Theodoretus *in c. 1. Ierem.* ſcribit verbum *ſanctificaui*, poſſe capi pro *ſegregaui.* Sed non voluit Theodoretus ſic capi ex vocis primaria ſignificatione, ſed tantum ex quadam vocis conſecutione: quia qui in vtero ſanctificatus eſt, ille à ceteris pueris ſegregatus eſt peccato originali cōtaminatis. Denique S. Hieronymus *in d. c.* 1. Ieremiam comparat cum D. Paulo, de quo non videtur admodū veriſimile, fuiſſe in vtero ab originaria culpa ſanctificatum. Reſpōdeo ſicut in contextu *d. c.* 1. Separatur ſanctificatio propriè dicta, à ſegregatione ad prophetiam, vt dixi: Sic etiam D. Hieronymum *in Comment. ad d. ca.* 1. duas Ieremiæ prærogatiuas conſiderare: & ſecundùm has comparare Ieremiam duobus, S. Ioanni Baptiſtæ quoad illam ſanctificationem ſtrictè ſumptam : B. Paullo quoad ſegregationem ex vtero ad miniſterium prædicationis in Gentibus Sic interpretor, ne S. Hieronymus ſecum pugnet. Nam Ieremiam ſanctum in vtero fuiſſe, *lib. 1. contra Iouinian.* expreſsè docuit.

D. Auguſtini locus.

Theodoreti locus.

D. Hieronymi locus.

Vltimò, habeo pro explorato, propter veritatis teſtimonium Taphnis in Ægypto lapidibus obrutum, & ſepultū, non in mauſolæo Regū, ſed propè veterem regiam Pharaonis: vbi meritis prophetæ à ſerpentum morſu homines ſanātur, & pulueris aſperſione aſpides occidūtur. *Docent S. Hieronymus comm. in Ieremi. & Tradition. in libb. Regū, Epiphanius*

DE MORTE eius & SEPVLTVRA.

nius, Dorotheus, Iſidorus, & Perionius in eius vita. & oſſa eius
Tranſlatio tranſlata ad Tetraphylũ legitur apud Moſcum Euiratũ *in prato Spirituali cap.77.* vt notat Cardinal. Baronius in Notis Martyrologij Romani, prima die Mai. quo die Eccleſia ce-
Feſtum. lebrat feſtum B. Ieremiæ vt patet ex, Martyrologio Romano, & Menologio Græcorum: quod edidit Genebrardus; & perperam omiſſum reperio in altero, quod in lucem Ant. Contius protulit. Itaque cum Eccleſia martyrium eius celebret, dicit enim lapidatum, in Latino martyrologio, non tantum ponit Feſtum ſicut in Græco: quod de viuo poterat capi, ſicut 20. Iulij in Menologio vtroque ponitur Elias propheta: & in cultu ſanctorum nequeat errare; puto hodie temerarium dicendum, & erraturum grauiter; qui negaret Ieremiam prophetam eſſe mortuum, venturumque ante diem iudicij cum Enocho aut Elia tē-
Obiectio 1. pore Antichriſti. Fuerunt qui id olim putarēt. Primò quoniam in ſacra ſ. nihil de illius morte legitur. Secundò quia
2. in d.c.1. dicitur, *Prophetam in Gentibus dedi te.* Sed olim (aiũt) tantùm fuit propheta Iudæorum: ergo reſtat vt poſtmodũ fiat Gentium. Vltimò quia hæc fuit opinio S. Martyris Vi-
3. ctorini, *commentar. in Apocalyp. c.11.* & multorũ, vt ſcribit S. Hilarius *can. 20. in Mattha.* Hæc argumēta parùm ſtrin-
Reſp. ad. 1. gunt. Ad primum reſpondeo nihil valere conſequentiam; tum, quia vt ex Origine *epiſt. ad Africanum*, loco citato vult Baronius, quæ de Prophetarum nece prodita fuerunt, ea Iudæi ex ſacra Scrip. expunxerunt, ne maiorum crimina Gentilibus innoteſcerent: Tum (& melius) quia nō omnia, quæ geſta fuerunt, ſacra Scriptura litteris expreſſit. Præ-
Eccleſ. locus. terea ſatis id clarè ex ipsâ deducitur. Nam Eccleſi. 44. v. 14. dixit Siracides ſe commemoraturũ eos, quorum erant corpora in pace ſepulta, & nomen viuebat, mox multos cōmemorat, ex quorum numero ſolos excipit Henoch & Eliam vt viuentes, & addit hos in cælum raptos: de Ieremia verò loquitur, vt de aliis mortuis *cap. 49. 9.* Deinde 2. *Machab. cap. vlt. ver. 13.* deſcribitur Ieremias cum Onia iam mortuo glorioſus apparuiſſe in sōnis Iudæ Machabęo: ſi dicas hoc poſterius non æquè ſtringit ac primum: quia dici poſſet apparitio hæc facta per Angelos vice iſtorum. verũ tiam ſi per Angelos facta foret: adhuc procederet argu-
mentum

mentu m, quia loco viuentium, nō ſolent Angeli apparere: ſic enim cum Moyſe mortuo, non Angelus loco Eliæ, ſed ipſe Elias in monte Thabor apparuit *Matth.* 17.3.

Ad ſecundum dico, falſum in eo ſupponi. nam olim etiam cum Gentibus prophetaſſe colligitur ex Ierem. c. 31. & 43. cum ſeqq. & tenēt S. Hieronymus ac Theodoretus; idque non tantū in Iudæa, ſed etiam in Ægypto, patet ex Ioſepho d. cap. 11. Epiphanio & Dorothæo citatis. Tertiæ obiectioni duobus modis poteſt reſponderi. Primò cum Fran. Ribera *in c.* 11. *Apocal.* Victorini excuſum exemplar vitioſum eſſe, & malè in eo Ieremiam pro Helia poſitum. Quod probo, quia non eſt verum omnes veteres hoc aſſeruiſſe de Ieremia, vt hodie legitur in codice Victorini. nam omnes fermè vetuſtiores Victorino de Helia & Henoch, non de Ieremia, hoc tenuerunt: habetis illos fuſe citatos à Blaſio Viega *in d. c.* 11. *Apocal.* cur non credamus potiùs hoc eſſe erratum librariorum, quam S. Martyris oſcitantiam? Et ne quem turbent B. Hilarij verba; moneo non hoc ſonare, quod plerique aiunt, ſcilicet plurimos veterum hoc de Ieremia ſenſiſſe, ſed duntaxat varias plurimorum ſententias fuiſſe de Henoch vel Ieremia, quod alterum eorū mori oporteat: quod ſufficit verificari de altero eorum, ſcilicet de Henoch, etiamſi de Ieremia vnus aut alter id dixiſſet. Secundò reſpondetur hanc Victorini opinionem diſplicuiſſe B. Hilario, & ab Ambroſio Anſberto confutatam? plures etiam Patres & doctiores contrariū defendiſſe, nempe mortuum eſſe, vt quos citaui, poſt Riberam *ſup.* & Suarez *p.* 3. *q.* 59. *diſt.* 55. *ſect.* 3.

ad 2.

ad 3.

S. Victorini locus.

S. Hilarij locus.

Multa partim Hiſtorica, partim prophetica compoſuiſſe Ieremiam, docuit Andræas Capilla ex monacho Cartuſienſi Epiſcopus in Præfatione Commentar. ad Ieremiam, poſt Sixtū Senenſem *lib.* 2. *bibliothe. Sacræ, in voce Ieremias*, Agimus de ſolis *Threnis*. Quos videtur compoſuiſſe in quadam ſpelunca prope Ieroſolymam, quam vocant *foueam Ieremiæ*; cui inædificatum illuſtre ædificium non à Conſtātino (vt vult Baronius in Notis Martyrologij ad 1. Maij) ſed ab eius matre Helena, iuxta Nicephor. li. 8. Eccleſ. hiſt. c. 30. Hic Threnos compoſuiſſe eſt opinio Neotericorum. *vide Chriſtia. Hadrichom. in Deſcript. Ieroſolymæ, nu.* 224.

6. De opere ipso.

de inſcriptione Hebræâ. Cinoth. Cinothin. θϱῆνοι.

Libri autem Hebræa inſcriptio eſt Duplex, Vna petita ab initio libri, nempe איכה *Echa* altera petita à materia libri, quæ vſurpatur à Rabbinis in commentarijs, eſtque קנות, *Kinoth* ſiue in plurali *Kinothin* vt citat Iſidorus Clarius, Græca inſcriptio eſt θϱῆνοι quo titulo vſus etiã Simonides: quod qui putant deduci à *terni*, quia ſingulis litteris attributi sũt tres verſus, ſiue commata; oſtendunt ſe linguæ Græcæ imperitos. *Thrini* ſunt idem quod Latinè planctus.

Lamenta.

Latino ſermone tres tituli occurrunt. primus eſt *Lamenta* quem ſuppeditat S. Iſidorus *lib. 6. Etymologiar. c. 2.* vbi addit ſic dictos quod funeribus & rebus triſtioribus adhibeantur. Ex quo loco Scoliaſtes Iſidori olim in funeribus Eccleſiam Hiſpaniæ ſolitam pro mortuorum officio canere Threnos Ieremiæ. Mihi non perſuadet, qui arbitror mẽtem Iſidori fuiſſe, non quidem ab his Threnis Lamenta dicta, vel hunc librum vocari Lamenta, quia liber iſte tum canebatur: ſed quia de rebus triſtioribus ac funeſtis ſunt iſti Threni: ideo vocatos lamenta, à ſimilitudine ac ritu plangentium in funeribus præficarum; quæ, vt ait Lucilius, mercede conductæ flent in alieno funere: nam quæ in ſuo flens funere præibat cantatricibus, *funeram* vocatam ſunt qui notarint apud Virgil. lib. 9. Æneid. Hebræi vocabant *Principes luctus*, vt notat Procopius in Iudic. cap. 5. *Cantatrices* ſunt *lib. 2. Paralip. 35. 25.* lamentatrices verò Ieremiæ 9. 20. Secunda inſcriptio eſt, *Lamentatio*, vt vocatur in Breuiario Romano fęria S. Hebdomadæ maioris; quã vir doctus velle reponit in bibliis, quia etiam Græcè in præfatione habetur θϱηνὸς, & Latinè *Lamentatio*. Sed non ita eſt, quia hac præfatione non titulus operis, ſed materia exhibetur, quæ eſt continua lamentatio conſtans quatuor lamentationibus partialibus, teſte Origine in catena. Breuiarium ex Bibliis corrigendũ, non è contra quia non ſunt ex Breuiario deſumpta, ſed hoc ex illis acceptum. Maneat itaque illibata inſcriptio tertia *Lamentationes*, quam retinẽt libri Complutenſes, Regij, & Romani.

Lamẽtatio. Lamentationes.

AVCTORITAS LIBRI.

Auctoritas libri cunctis, etiam hæreticis & Iudæis eſt certa: vt pote Ieremiæ nomine comprehenſi, tum in Hebræorum Canone, tum in Concilijs Laodiceno, Cartaginenſi tertio, Florentino & Tridentino.

COM

COMMENTARIVS
IN THRENOS
IEREMIÆ.

Præfigitur libro Epigraphe iſta,

Et factum eſt, poſtquam in captiuitatem redactus eſt Iſrael, & Ieruſalem deſerta eſt, ſedit Ieremias propheta flens & planxit lamentatione hac in Ieruſalem, & amaro animo ſuſpirans, & eiulans dixit:

HÆc non tam eſt proœmium, quam continuatio quædam præcedentis prophetiæ cum iſtâ, & quoddam operis argumentum, vt docent ex Iudæis, qui eam agnoſcunt R. Moyſes Maimon Ægyptius *in Ductore dubitantium*, & R. Salomon *in lib. de lege legendâ.* *Eſt continuatio.*

Dubitatur an ſit pars Sacræ ſcripturæ. Negauit olim D. Bonauentura, & dubitaſſe Euſebium vult Agellius. Auget difficultatem, quia nec Hieronymus, nec Rabanus, nec Theodoretus, nec Paſchaſius, nec Rupertus, nec Hugo de Sancto Victore illam explicant: nec eſt in Chaldæa Paraphraſi, nec in fonte Hebræo. Ex aduerſo Græci & Latini codices omnes eam continent, & eam explicant, Richardus, Carēſis, S. Thomas, & ipſe Sanctus Bonauentura, & alij. Cenſeo partem ſacræ ſcripturæ eſſe: & hodie contrarium eſſe temerarium dictu. probo quia ſemper quando Eccleſia vtebatur textu LXX. interpretum, ita legit. deinde quia hodie ſummi Pontifices Sixtus V. & Clemens VIII. in Bibliis ſuis; quę volunt vulgatę Verſionis authenticum exemplar eſſe; addiderunt eâ Canonicæ ſcripturæ partibus, & ſepararunt charactere, & loco, ab iis quæ apocrypha ſunt, quæ in finem Bibliorum minutiorē expreſſa typo reiecerunt. D. Bonauenturæ tempore id nondum erat exploratum. Euſebius in Catenâ non loquitur de hac epigraphâ, ſed de primi alphabeti initio. Quod Patres illi non fuerint interpretati, nō Et pars S. S.

 probat,

probat, quia negatiuum eſt argumentum. hîc plus credendum explicantibus. Chaldææ paraphraſis exigua vel nulla in Threnis eſt auctoritas. Ex Hebræo potuit excidiſſe: quia etiam Rabbini quidam agnouerunt. Denique eſt incertum an Eſdras, an Ieremias addiderit: ſed vteruis fecerit, æquè canonica erit. Plùs dico etiam ſi fateremur id LXX. de ſuo addidiſſe: foret adhuc canonicum; non tam quia ipſorum ſumma auctoritas, quam quia id Eccleſia primùm Græca, poſt & Latina, vt, dixi pro Canonico recepit. Ideo enim Hiſtoriâ Suſannæ Canonicæ ſcripturæ portio eſt, quæ in LXX. non habebatur; & additamentum illud de Iobi Genealogiâ in libri fine quod in LXX. poſitum editione Romanâ, nam in Regiâ non bene prætermiſſum, ſacræ ſcripturæ pars non cenſetur, quia in vulgatâ editione non habetur. Quare vltima quoque huius Præfationis verba, ET AMARO ANIMO SVSPIRANS & EIVLANS DIXIT,] canonicæ ſcript. particula ſunt, quæ in Græcis exemplaribus hodie non reperiuntur.

Cuius an Ieremiæ? — *de Suſanna hiſtoria.* — *de Iob genealogia.*

ET FACTVM EST] hoc loco ſunt continuantia quæ præceſſerunt in Ieremiæ prophetiâ, cum iis quæ in Threnis ſubſequuntur.

POSTQVAM IN CAPTIVITATEM REDACTVS EST ISRAEL] ſcilicet captiuitatem primò decem tribuum. 4. *Reg.* 17. 6. in qua abductus Tobias *Tob* 1. *v.* 1. *&* 2. deinde captiuitatem Ioachi ncum omnibus Principibus Iudæorum, inter quos Ezechiel 4. *Reg.* 24. 11. *Ezech.* 1. *v.* 1. *&* 2. Loquitur enim hoc exordium de omnium tribuum captiuitate, & ideo dicit ISRAEL opponens, non Iudæ tribui vel regno; ſed vrbi Ieruſalem (de qua ſubdit) & ita in vnam duas illas diuerſas captiuitates coniungit.

Captiuitates duæ. — Iſraël pro tribubus 12. — Threni non fuerũt combuſti, contra Rabb.

Ceterum hinc refellitur ſententia Rabbinorum, quæ Figueiro placuit; has lamentationes compoſitas ante captiuitatem Ioakim filij Ioſiæ, qui iuſſit ſcindi & comburi librum Ieremiæ, & fuit poſtea iterato conſcriptus, quod colligunt ex Ieremiæ cap. 36. Verumtamen totum illud cap. diligenter legenti, facilè apparet veram eſſe interpretationem Theodoreti; illic non agi de Threnis, ſed alio volumine, in quo cuncta prophetiæ capita continebantur, quæcumque Ieremias in illum vſque diem prædixerat, nempe quæ habemus hodie comprehenſa triginta quinque capitibus, vt patet ex v. 2. d. c. 36. *Tolle volumen libri, & ſcribes in eo, omnia verba quæ locutus ſum tibi, aduerſum Iſraël & Iudam, & aduerſum omnes gentes: à die qua locutus ſum ad te* (ſcilicet cap. 1.) *ex diebus Ioſiæ, vſque ad diem hanc.* quæ capita poſtmodum propheta iterum ſcribæ ſuo dictauit, additis aliis capitibus, quæ vſque ad Sedechiæ captiuitatem res geſtas continebant, & in reliquis prophetiæ illius capitibus hodie continentur: vt patet ex v. vlt. d. c. 36.

quis liber iſte combuſtus. — Ierem. c 36.

Ieremias autem tulit volumen aliud, & dedit illud Baruch filio Neriæ ſcribæ: qui ſcripſit in eo ex ore Ieremiæ omnes ſermones libri, quem combuſſerat Ioakim rex Iuda igni: & inſuper additi ſunt ſermones multo plures, quam antea fuerant. Deinde cap. ſequ. v. 1. *Et regnauit rex Sedechias filius Ioſiæ &c.* quorum omnium nihil in Threnis continetur: in Threnis etiam deploratur Ieroſolymæ ruina, quæ poſt tempora Ioakim accidit.

ſunt

ſunt & alia contra illam opinionem, hic apud Anton. Agellium.

Iervsalem deserta est] nempe poſt abductum Sedechiam Regem templum & arcem incenſa, vrbem dirutam, & reliquias Iuda tranſlatas, non quæ in Ægypto poſtea deprehenſæ, ſed quæ cum Sedechia in manus inciderant, & à Nabuzardan abductæ. *vide 4. Reg. 25. Ierem. 35. 8. & 52. à. v. 13.*

Sedit] vide ℣ v. 1. In iervsalem] אל ad, ſuper, aduerſus. Vnde patet, quis ſenſus litteralis ſit Threnorum: non quidem de morte Regis Ioſiæ, quod D. Hieronymus inſinuat, ex aliorum ſententia *in fine tradition. ad libb. paralipom.* Nam hoc libro nihil de eâ dicitur, niſi quod ſemel c. 4. v. 20. fit mentio regis; ſed hoc ad Ioſiam non pertinere illic oſtendetur. Deinde quando Ioſias fuit occiſus, non miſit hoſtis manum ad omnia deſiderabilia Ieruſalem, nec gentes ingreſſæ fuerunt ſanctuarium, nec Iudæi grauiter afflicti fame, nec virgines aut iuuenes in captiuitatem abducti, vt deflet capit. 1. nec mœnia, munitiones, aut arces deiectæ, vt plangit c. 2. nec Nechao immodicè victoriâ abuſus vt deſcribit c. 4. & vlt. Porro 2. paral. 35. v. 25. & à Ioſepho lib. 10. antiq. c. 6. agitur de nænia quadam alia, quâ propheta in Ioſiæ mortem compoſuerat, quæ Ioſephi adhuc ætate exſtabat, ſed in ſacræ ſcripturæ canonem non fuit relata: de hac puto capiendum cum Ribera planctum Adadremmon in campo Mageddon Zachariæ 12. 11. nam Ioſias in eo campo occiſus 4. *Reg.* 23. 29.

Senſus litteralis non de morte Ioſię.

Sed litteralis ſenſus eſt deploratio Gentis Iudaicę, Regis & ciuium abductorum, & Templi ac vrbis deſtructio atque deſolatio; tum per Chaldæos, tum per Romanos, vt docent Theodoretus & Olympiodorus Græci, Hieronymus, Paſchaſ. & Gilibert. Latini, hîc & S. Ambroſius *in pſalm.* 118. Nam propheta cum illo præterito, iſtud tunc futurum cõtemplabatur. ideo ſcibit Olympiodorus; illud hiſtoricè, iſtud propheticè deſcriptum, vtrumque tamen litteraliter: vnde ſequitur hunc librum partim eſſe Hiſtoriam rerum quas Iudæi viuo videnteq; prophetâ paſſi; partim vaticinium earum quas per Romanos, propter necem Saluatori illatam perpeſſuri. Sed dubium eſt, vbi incipiat prophetia? putarim in tertio threno, vt illic oſtendam.

Sed de gentis Iudaicæ, & Ieruſalē excidio.

Allegoricus ſenſus eſt de perſecutionibus Eccleſiæ, quas paſſa & patitur à paganis & hæreticis, pro quo vtiliſſimum legere doctum opus Aluari Pelagij *de planctu Eccleſiæ*, Victorem Vticenſem *de perſecutione Vandalica*, & Annales Cardinalis Baronij ſingulis ſæculis. De Christo non eſt perſpicuus ſenſus allegoricus: niſi fortaſſis cap. 3. propter quod Eccleſia hunc planctum recitat in officio maioris hebdomadæ etſi fatear: vbicumq; eſt ſenſus allegoricus de Eccleſia, poſſe ad Christvm referri, vt ad caput Eccleſiæ, iuxta regulam Tichonij: Ad Christvm inquam, ſecundum humanitatem patientem. Tropologicvs ſenſus eſt de anima peccatrice tam quoad actuale peccatum, quàm quoad originale, vtriuſque enim ratione animæ huiuſmodi typus eſt deſolata ciuitas. Anagogicvs propriè dictus ægrè poteſt ex Threnis colligi; niſi fortè reſpiciendo ad pœnas futuri ſæculi &

Myſtici ſenſus. Allegoricus

Tropologicus.

Anagogicus

li & ſtatum damnatorum. Senſus ille Ioannis de Bommeliâ & Hugonis de S. Caro, de familiis religioſis quæ à primæuo feruore & regularum obſeruantiâ defecerunt, pertinet ad ſecundariam ſeu extenſam anagogiam, vt eam accepit Honorius Auguſtodunenſis *in Commentar. Canticorum*: poteſt commodè produci ad Apoſtatas ſeu Bruttios, qui, à vocatione ſuâ deficientes, ad Aegyptiacas ollas carnium retrò conuerſi ſunt. Denique ſenſus de doloribus & ſolitudine, Virginis Deiparæ, quem Lateburius ingenioſè proſequitur, duntaxat eſt accommodatitius.

Accommodatitius.

IN CAP. I. THRENORVM.

De formâ libri.

ALEPH. perſtringam breuiſſimè quæ ad formam & artificium Threnorum ſpectant; genus poematis, dimenſioné carminis, & alphabetum.

Genus poematis.

Genus poematis eſt, quale XII. tabulæ vocant *Leſſum*, ceteri Latini *Næniam*, lugubre poema: quo in genere Simonidem, Bionem, Theocritum, Græcos; Catullum, Ouidium; Senecam Latinos; & Dauidem, & ſeipſum de Ioſiæ morte longe ſuperauit; ideo rectè Paſchaſius dixit; ſicut Salomonis liber lætus eſt Cãticum Canticorum, ſic hunc librum triſtem eſſe lamentationem Lamentationum.

De dimenſione Hebræorum carminum.

Carmine ſcriptum, ſed de dimẽſione non plus ſcitur; quàm quod à D. Hieronymo epiſt. ad Paulam vrbicam, & D. Iſidoro lib. 6. Etymol. cap. 2. proditum, primum, ſecundũ & quartũ Alphabetum id Sapphico carmini habere ſimile, quia tres verſiculi vnâ litterâ inchoati vno clauduntur Commate, ſicut illi vno Adonio. Tertium verò Trimetro verſui non abſimile, quia tres verſus eâdem litterâ inchoantur. Vno dicam verbo, vetus Hebræi poematis natura & dimenſio nunc ignorãtur: nec ſatis iuuãt vel Lindanus ad pſal. 118. vel Mũſterus, vel R. Iedahia libellis hac de re ſuis, quia docent tantùm Rythmicam Iudæorũ recentiorum, & in illâ veterum indagandâ, duo Hebrææ linguæ callentiſſimi Ioan Mercerus, & Andre. Maſius fatentur ſe diu oleum & operam perdidiſſe. Nec quicquã explorati Eugubinus præfat. in pſal. & præfat. in Iob; aut Sixtus Senenſis lib. 8. Bibliothe. affirmarunt ac ne Alf. quidem Mendoza poſt prolixam diſceptationem ſibi non liquere profeſſus Quodlib. Poſitiuo. 3.

De alphabeto.

In alphabeto conſidero numerum litterarum & ipſas litteras. Numerum, non quot ſint litteræ, quas conſtat eſſe XXII. ſed alphabetum quadruplicari. ſi quæras cur? luxuriant quodammodo myſticis rationibus Paſchaſius, Rupertus, Richardus, Lateburius & Figueiro. Malo cum D. Hieronymo, & Theodoreto tam incertis conіectaneis me abſtinere. Litterales rationes tres reperio ſpeciem aliquam veritatis prę ſe ferẽtes duas Cardinalis Hugonis hic, vnã Petri Aureoli Cardinalis *in ſ. Script. cõpendio*. Prima eſt agi de quadruplici Iudæorũ captiuitãte. 1. quæ fuit ſub Ioachaz filio Ioſiæ, quæ Nechao captiuum abduxit *2. Paralip. cap. vlt. verſ. 4*. Secunda ſub Ioakim qui ſe vltrò dedidit

cur quadruplex.

1. ſententia.

didit Nabuchodonoſori 4.*Reg.*24.*à v.*12. Tertia ſub Sedechia, quãdo idem Rex Chaldæorum, miſſo Nabuzardam, templum ſuccendit, muros ſubuertit, & pleroſque abduxit *d. lib.* 4. *cap.* 25. *à verſ.* 10.*& Ierem.* 39. Quarta quando Godoliâ trucidato *Ierem.* 49.2. qui ſupererant abducto Ieremiâ in Ægyptum fugerunt.*d.cap.*25. 26. *& Ierem.*43.*à v.*6. Non placet iſta ratio, quia tollit omnem prophetiam de futuro Romanorum excidio, nec de ipſo Ieremiâ vel CHRISTO quicquam dicit. Nec illa ſub Ioachaz clades tanta, vt dici mereatur his threnis defleta: pauciſſimi namque cum Ioachaz abducti. Secunda ſententia eſt, primo alphabeto agi de deſtructione Iudææ per Sennacherib, *Eſai.*36.*&* 37. Sequenti de deſtructione per Nabuchodonoſor *d.cap.*25. Tertiò de eâ quæ per Antiochum, vt *narratur lib.*1. *Machab.cap.*1. Quarto de vltimâ quæ per Romanos. In tertiâ verò triplicari alphabetum, quod fuerit grauior ceteris. Minùs probabilis eſt iſta, quàm prior. tum quia Sennacherib à Ieroſolymâ victus amiſſo exercitu profugit, & Epinicijs potius quàm Threnis tunc occaſio data: tum quia in primo alphabeto vrbis quoque deſolatio plangitur: tum quia tertium caput CHRISTO & Ieremiæ prorſus abiudicat: tum quia quarta longè grauior fuit quàm tertia. Vltima ſententia in primo alphabeto defleri vrbem ipſam, in ſecundo totam regionem Iudææ, in tertio Chriſtum, in quarto templum & ſanctuarium: melior iſta, quam amplecterer, niſi ex contextu appareret de vrbe & templo promiſcuè agi in ſecundo & quarto abecedario. 2.ſent. 3. ſententia.

Fortaſſis tutius foret dicere eadem ſæpiùs repeti pluribus alphabetis, quoniam magnus dolor finem modumue plangendi nullum nouit; & amat eadem iterando conari quod intus coquit malum exhaurire. Verùm mihi poſſe, ſeruato Hiſtoricæ veritatis rigore, de luce propheticâ, difficultatem hanc aliter extricari, prout ad ſingula alphabeta ſum commodiùs oſtenſurus, ne bis idem repetatur. 4.ſent.

Quoad ipſas litteras ſpectanda ſignificatio & connexio litterarum inter ſe, & cum ſuis verſiculis. Quoad ſignificationem conſtat Hebræorum litteras, quando vt vocabula integra ſingulæ ſumuntur aliquid ſignificare, vt poſtea oſtendetur: quando verò conſiderantur vt partes dictionem aliquam integram conſtituentes, tunc non plus ſignificare, quàm ſignificat Latinum m vel p. ideo in Hebræo & Chaldæo contextu Threnorum nihil omnino ſignificant ſeorſim ſumptæ, quia tantum ſunt principia vocabulorum; vt *Echah* איכה quomodo, *Bachoh* בכוה plorans, vt benè Liranus. tantùm poſitæ ſunt ad elegantiam & artificium carminis & memoriam iuuandam, vt benè Iſidorus Clarius hic & Ianſenius in pſ.118. artificium eſt acroſtichum (quod Itali vocant, Capiuerſo) quale ſeruatur in pſal.111. & 112. & 118. & in vlt.cap. prouerb.cap.vlt. à v. 10. quo artificio etiam vſa fuit Sibylla Erithræa apud Euſeb. lib.5. de vitâ Conſtantini, & S. Auguſtin. lib.18. de Ciuitate Dei. ca.23. & ſuperiore ſæculo, vt notatum à Sixto Senenſi, Iacobus Furnius Genuenſis I.C. d. pſal.118. Græcis & Latinis Hexametris tã accuratè reddidit, vt qui octonarius Hebraicè ab aleph De litteris ipſis, quoad ſignificationem. & Acroſticha.

incipiebat ſingulis verſibus, idem ab *a* Latinè ab alpha Græcè inchoaretur:& ſic de ceteris litteris. Poterat idem facilè in Threnis & alijs illis locis fieri;ſed nec LXX. nec vulgatus id facere voluerunt, gnari non aliud in his notis Hebræos ſibi propoſitum habuiſſe,quàm quod dictum.

Cur ergo Græci & Latini has litteras retinuerunt legendo canendoque ſi artificium illud non exprimebant? putarim,retinuiſſe vt voces integras pro notis ſeruientes,quibus non tantum illud Hebræorũ artificium indicaretur,ſed eſſent etiam quaſi cellulæ quædam & loci memoriæ artificialis;& ſubſeruirent attentioni comparandæ in rebus ſcitu digniſſimis,& excitandam deuotionẽ quã experimur illis tractim legendis vel audiendis auguſto quodam horrori, & religioſæ triſtitiæ coniunctam. *Figueiro reprehenſus.* Vt ſatis mirari nequeam quendã virum doctum & pium hunc Eccleſiæ vſum reprehendere,& pro erroneo auſum habere, eo ſolo quòd nihil hæ litteræ ſignificarent. vſum enim præbent quem dixi. Caluinus quidem & Munſterus in ſuis verſionibus has litteras abiecerunt,verum ſibi ſimiles fuere, hæretici, & proinde temerarij atque arrogantes: quos nollem hac in re Auguſtus Thuanus ſibi duxiſſet in ſuã metaphraſi imitandos. Sed meritò quis dubitet cur nõ ſimiliter Græci & Latini has litteras in c. vlt. Prouerbiorum & dictis tribus pſalmis retinuerunt? cauſam exiſtimo, quoniam in illis partim propter breuitatem carminis, (*vt d.c.vlt.& pſ.111.& 112.*) partim propter materiæ lætitiam minùs timendum videbatur ne lectori auditoríue vllum tædium vel acedia obreperet; quæ duo in hoc opere prolixo,lugubri,& ſibi vbique valdè ſimili vehementius erat metuenda.

Quoad cõnexionem. Connexio litterarum cum ſuis verſiculis multos exercuit,ſed meâ ſententiâ labore irrito: quia nullam puto, niſi qualis eſt vino vænali cum appensâ hederâ,vt ſicut illa monet illic vinum vendi, ita hîc litteræ ſignificent alium ſubſequi verſiculum;ad quem conſiderandum inuitant ſono potiùs quam ſignificatione. Deinde illi ipſi qui conati myſteria hinc elicere,non niſi in paucis tentarunt, ſatis adhuc inuitâ Mineruâ. Cõnexio litterarũ inter ſe,vt א cũ ב,& huius cũ ג atque ita deinceps,inuenitur elegans apud D.Hieronymum *d.epiſt.ad Paulam Vrbicam tomo 3.nu.*135.& apud Pagninum *lib.*1. *Inſtitution. Hebraicarum,* Sed hic in Threnis nulli fuerit vſui, vbi ſolum indicãt ordinem, velut verſiculi primi, ſecundi, tertij,&c. aliud eſt artificium d. Acroſtychis Sibyllinæ vbi primæ litteræ iunctæ hoc elogium reddunt Ἰησȣ̃ς Χριςὸς θεȣ̃ ὑὸς σωτὴρ. ςαυρὸς. Ieſus Chriſtus Dei filius. ſeruator, crux. Hæc vniuerſim dicta,de formâ & artificio Threnorum.

ARGV

ARGVMENTVM PRIMI ALPHABETI SEV CAPITIS I.

CLADEM deflet, quam Nabuchodonoſor intulit Iudææ & vrbi Ieroſolymæ, quando iratus quod à fœdere quod cum Chaldæis tempore Ioſiæ habebant Iudæi deficientes, Ægyptio Regi adhærent, eique tributum penderent venit contra Ioachin, & eum cũ robuſtis & nobilibus, & præcipuis quibuſque ciuibus captiuũ abduxit, vt deſcribitur l.4.Reg.c.24.à.v.13.his verbis: *Et* (Nabuchod.) *protulit inde omnes theſauros domus Domini, & theſauros domus Regiæ: & cõcidit vniuerſa vaſa aurea, quæ fecerat Salomon Rex Iſrael in tẽplo Domini iuxta verbũ Domini. Et tranſtulit omnẽ Ieruſalẽ, & Principes vniuerſos, & omnes fortes exercitus decem millia, in captiuitatem: & omnẽ artificem & cluſorem: nihilque relictum eſt exceptis pauperibus populi terræ. Tranſtulit quoque Ioachin in Babylonem, & matrem Regis, & vxores Regis, & eunnchos eius: & iudices terræ duxit in captiuitatem de Ieruſalem in Babylonem. Et omnes viros robuſtos ſeptem millia: & artifices & cluſores mille, omnes viros fortes & bellatores, duxitque eos Rex Babylonis captiuos in Babylonem. Et conſtituit Mathaniam patruum eius pro eo, impoſuitque nomen ei Sedeciam.* eadem deſcribit Sulpicius Seruerus lib. 1. Hiſtoriæ ſacræ, à quo rex ille vocatur Ioachis Ioachæ fratris Ioſiæ nepos, & ſibi cognominis patris filius dicitur: ſed in eo lapſi librarij qui ſcripſerunt, *Ioachæ fratris Ioſiæ filius*, pro, *Ioachæ frater, Ioſiæ filius fuit, fratri quam patri propior.* attamen adhuc ipſe labitur Seuerus, quod tũc dicat vrbem muroſque ac templum ſolo ſtratum. id enim ſub Sedechiâ vltimâ Nabuchodonoſori in Iudæam expeditione patratum; vt ex Sacrâ ſcripturâ *d.c.24.& 25.* colligitur, & ex Flauio Ioſepho, qui d. lib.10.antiqui.cap.9.argumentum huius alphabeti fuſius exſequitur. Sciendum ex eodem Ioſepho, Nabuchodonoſor ter ingreſſum cum exercitu Iudæam. primò contra Ieconiam ſeu Ioakim primogenitum Ioſiæ, quem prius abductum Babilonem & ſtatim reductum in Hieruſalem occidit & abiecit inſepultum iuxta prophetiam Ieremię 36.30.& narrat Ioſephus ſup.c. 8. Secundò contra huius Ioakimi filium Ioachin, de quo nunc agitur, hoc alphabeto. tertiò cõtra huius patruum Sedeciam, de quo agitur d.cap.25.& de omnibus his expeditionibus agitur ordine 2.*paralip.c.vlt.v.6.*10.*&* 17.

VVLGATA ALEPH. LXX. ἀλέφ.

א D.Hieronymo & alijs patribus ſignificat *doctrinam*, Zamorenſi *manſuetudinem*, Caninio *bouem*, alijs *principem ſeu primum*. Porro quod

cum Euſebio DD.Hieronymus, Hilarius & Ambroſius harum litterarum originem Hebræam, Caninius verò Chaldæam cenſuit, non magni momenti diſſenſio eſt. Nam Chaldaicæ linguæ matrix eſt Hebræa, *Princeps* Prouinciarum & prima Dei ſponſa Synagoga, legem eius præuaricata, & *doctrina* contemptrix, quaſi *bos* laſciuiens, paſtoris & Domini ſui *manſuetudinẽ* exacerbarat, & ideo ſuppliciis dedita, & malis ſtimulata, exclamat:

Cõtinuatio.

Quomodo ſedet ſola, ciuitas plena populo: facta eſt quaſi vidua Domina gentium! Princeps prouinciarum facta eſt ſub tributo.

Quomodo ſedit ſola ciuitas, quæ repleta fuit populis? facta eſt quaſi vidua, plena in gentibus, princeps in prouinciis facta eſt in tributum.

COMMENTARIVS.

Expoſtulatio.

NOtat Clemens Alexandrinus lib.1.pædagogi c.9. in hoc primo verſiculo eſſe figurã, quam Græci vocant μεμψιμοιρίαν, Latini *expoſtulationẽ*, qua quis artificiosè, cõquerendo quem deplorat accuſat. Comparatur autem Ieruſalem, viduæ Principis po-

Similitudo viduæ.

tẽtiſſimi, lugenti & ſedẽti in puluere ſeu cinere, deſertæ ab omnibus, & in ſeruitutem deiectæ de reguli ſolio: qualem nobis exhibet Seneca Hecubam in Troadibus, Actu 1. qui eſt quaſi pictura quædam huius primi Threni.

Artificium verſiculi.

Aduerte in hoc primo verſu tres interrogationes & antitheſes præteritæ felicitatis & præſentis calamitatis ſupplendæ repetitione vocum, *quomodo* & *olim fuit* in hunc modum: *Quomodo* nunc *ſedet ſola, ciuitas*, quæ olim fuit *plena populo*! *quomodo* nunc *facta eſt quaſi vidua*, quæ fuit olim *Domina gentium*! quomodo quæ fuit olim *Princeps pro-*

De diſpunctione.

uinciarum, nunc *facta eſt ſub tributo*! Quam diſpunctionem poſt Origenem ceteri Patres amplexantur, Vatablus etiam & Clarius: eandem apertè ſuadent LXX. & vulgata, & Chaldæa paraphraſis indicat: Sic Hebræa diſtinguere Maſſoretæ debuiſſent. Reſpondet trina interro-

Vaſtitatis prædictiones tres.

gatio cladis huius ter iteratæ comminationi primæ per Moyſen factæ populo Deuter. 29. à v.22. præſertim v.27. *Idcirco iratus eſt furor Domini contra Terram iſtam, vt induceret ſuper eam omnia maledicta, quæ in hoc volumine ſcripta ſunt: & eiecit eos de terra ſua in ira & in furore, & in indignatione maxima, proiecitque in terram alienam.* Secundæ per Deum factæ Salomoni. 3.Reg.9.7. *Auferam Iſrael de ſuperficie terræ, quam dedi eis*, &c. Tertiæ per Ieremiam c.22.5. ad Sellum Regem Iuda; *in ſolitudinem erit domus hæc.*

Solitudo Ieroſolymæ quando cæpta.

SEDET] in puluere, ignominiosè poſtrata, idque iampridem. Solitudo Ieruſalem paulatim aucta. primòquia longè infrequentiores accedebant ad Feſta, & ad ſacrificia tẽpli; à tẽpore quo Salmanaſſar. X. tribus

trib.abduxit captiuas 4.*Reg.*17.6.*& Tob.*1. *in prin.*paulatim etiã ex Iudæa multi cæperunt diſcedere poſtquam Nechao iratus eò quod Ioſias augilium Aſſyriis contra ſe tuliſſet,Ieroſolymam cæpit, & Regem abduxit,& alio ſubſtituto Iudæos ſibi fecit veſtigales 2. *paral. vlt. verſu* 3. *&* cum Ioachaz Rege non paucos abduxiſſe credendus in Ægyptum.*v.*4.multos abſumpſit deinde Nabuchodonoſor, quando primâ vice vrbem cæpit,& Ioakin Regem captum occidit iuxta prophetiam Ieremiæ c.36.30.& d.cap.vlt.à v.6.& Ioſephum d.lib.10, cap.8.denique longè aucta fuit poſt ſecundam expeditionem Nabuchodonoſor contra Ioachin Regem, quem abduxit cum plurimis, vt dictum in argumento capitis huius; & hanc ſolitudinem nunc deflet.Propter hunc temporis tractũ LXX.verterunt *ſedit ἐκάθισεν* quod Montano placuit. Hebraicè eſt ישבה *Iaſuah* abſolutum à tempore, quare vt noſter vertunt Pagninus, Clarius,& Vatablus.Voce ſedendi duo denotant Hebræi ignominiam ſeu humiliationem & eius durationem. Ierem. 13. 18. *dic regi & dominatrici,humiliamini & ſedete: quoniam deſcendit de capite veſtro corona gloriæ.*propter ignominiam ſolet addi,ĩn puluere,vel in terra, & aliquando labor vilis & abiectus. Iſai. 3. v. vlt. de eadem vrbe prædictum fuit, *deſolata in terra ſedebit.* & de Bubele capit. 47. v. 1. *Deſcende,ſede in puluere virgo filia Babylon, ſede in terrâ: non eſt ſolium filiæ Chaldæorum* (h. priuata ſeu exuta eſt dignitate Regia) *& mox tolle molam, & mole farinam.* h. redacta in ſeruitutem obito munia ancillarũ, à ſceptro ad piſtrinum: vt hic noſter ſubdit de Ieruſalem.Propter diuturnitatem ſolent adiicere,dies,multos,Oſee. 3.4.*dies multos ſedebũt filij Iſrael ſine Rege,&c.*

Conciliata verſio LXX. cum noſtra. Sedere. in terra. Locus Iſai. 47.1. dies multos.

SOLA] infrequens.ſic etiam ſe appellat Baruch.4.19.*Ego enim derelicta ſum ſola.*cauſas dixi: ſed aliter *ſola* apud Baruch, quia planè ſola,deſerta,depopulata: Aliter hîc, quia comparatiuè ſola, præcipuis quibusque abductis, ſoli remanſerant,quorum imbecillitas aut ætas faſtidio victoribus fuit,quæ turba inutilis ſeruitio exercendis colendisque agris,ne incultum eſſet ſolum, deputata; vt ait Seuerus *lib.*1. *hiſt.ſac.*aut, ſi qui alij,tam pauci vt temporis anteacti collatione nulli cenſerentur.

Ieroſolymæ ſolitudo.

CIVITAS]malè qui pro ciuium multitudine ſumunt :noſter enim ſolet ſumere pro vrbe ſeu oppido.Hebraicè העיר *Hair,* cum articulo, vt Græcè ἡ πόλις, illa vrbs vrbium ocellus,tam inclyta & nobilis, præ quâ ceteræ velut viculi & pagi.Lege Ioſephum lib.5. de bello Iudaico cap. 6.& Strabonem lib.16. & Hadrikomium opere integro de vrbe Ieruſalem.

Ciuitas pro vrbe.

PLENA POPVLO] LXX. ἡ πεπληθυμμένη λαῶν, illa populis redundans.Iſai.22.verſ.2.vocatur *clamoris plena,vrbs frequens, ciuitas exultans.*

QVASI VIDVA] ſunt qui *quaſi* accipiant, pro verè vidua; eo quod ſic capitur quaſi & ὡς aliis ſacræ ſcr. locis quæ hîc congerit Nauarrete : *vt Iob.* 27. 7. *Iſai.* 13. 6. *&* 53. 3. ſed his locis poteſt eſſe nota comparationis meliùs probant loca noui

Quaſi pro ſimilis.

teſtamenti ad hoc adduci ſolita. Alij exponunt *ferè*, ſic plerique Patres, Richardus, Strabus, vterque Hugo & alij, & mira ſpeculantur. Ego retineo proprietatem vocabuli, vt Hebræum כ cum daghes & ſceuâ, & Græcum ὡς, & Latinum *quaſi* ponatur pro *ſimilis* aut *qualis*. quia comparat eam viduæ, ſicut & infra cap. 5. verſ. 3. *matres noſtræ quaſi viduæ*. ſunt enim locutiones Metaphoricæ. In locis aliis de Ieruſalem, vt Iſaiæ 47.8. Baruch 4.12. Apocal. 18.7. nulla inſtituitur comparatio, nec habetur Hebraicè vel Græcè nota ſimilitudinis; quæ hic in eo poſita eſt, quòd ciuitas non eſſet opibus, gloriâ, dignitate, præſidio & viribus deſtituta. Deus eam in manus hoſtium tradiderat: Regem habebat Sedeciam hominem leuem, inualidum, infidum, & nullius conſilij; populum infrequentem, imbellem, & verè turbam inutilem; vicinos omnes aduerſarios & miſeræ inſultantes. Notat R. Ionah Hebræum *Almanah* אלמנה viduam dici & deduci à radice אלם obmutuit, eò quòd viduis dici ſolitum *Almanah*, vt eâ voce monerentur ſe ad triſtitiam, humilitatem & tolerantiam comparare. fugere rixas & contentiones: quia viro orbatæ manerent omnium iniuriis expoſitæ. *Viduam* opponit *Dominæ*, non ſimpliciter vt ſignificat vxorem, ſed vt ſignificat vxorem, quam primariam, ſeu iuſtam, vocabant, quæ à Græcis, & Latinis Dominæ vocabantur, & à Salomone in Cantico, *Reginæ* dicuntur: nam Regi nuptæ ad dominij & bonorum omnium conſortium admittebantur; eodem ſenſu Clytemneſtra in Agamemn. *Non coniugem hoc reſpicere, non dominam decet.* Hinc etiam apud eundem, Reginæ ſeu Dominæ *vidua* opponitur. Nam cum Clytemneſtra iactaret. virginis verba impiæ regina frangam. *reſpondet Electra*, Mitius interea mihi Tu vidua loquere. Vir caret vitâ tuus.] Igitur iam non domina, quia vidua: iam non princeps, quia tributaria. *vide in ſpeculo* Mariano, *ſerm. penult. de timore Dei*. Sanè ſequitur.

Viduæ officium.

Vxor domina quæ.

Pagnin. Figueir. & alij.

Domina gentium] pro *Domina* habes Hebraicè רבתי *Rabbathi*, quod idem mox ponitur pro *Princeps*. Recentiores volunt dumtaxat ſignificare magnam, inclytam & præcellentem, idque propter cauſas excellentiæ Iudæorum, quas memorat Moyſes Deutero. 4. à v. 6. *En populus ſapiens & intelligens gens magna. Nec eſt alia natio tam grandis, quæ habeat Deos appropinquantes ſibi, ſicut Deus noſter adeſt cunctis obſecrationibus noſtris. Quæ enim alia gens ſic inclyta, &c.* ſed non faciunt ad hunc locum, quia ſemper illic habes *Gadol* גדול: deinde illic agitur de tota gente, hîc de Ieruſalem, & illic de magnitudine ex donis ſpiritualibus; hic de temporalis imperij dominij latitudine, atque extenſione, vt veteres acceperũt. confirmãt Chaldæus, & LXX. qui pro Princeps ἄρχουσα, item Hiſtoria, nam Dauidis & Salomonis tẽpore, Syris, Ammonitis, Moabitis, Idumæis & Philiſtim vſque ad Ægyptum domitis dominata. 2. *Reg.* 8. & 10. 3. *Reg.* 4. 21. & *c.* 9. 21. & 2. *paralip.* 7. *v.* 8.

Ieruſalem quibus gentibus imperarit.

Provinciarvm] quas dixi.

Svb

SVB TRIBVTO] vectigalis, tributaria. Non Philiſtæis & Cananæis, quorum iugum olim excuſſerat; ſed primo Aegyptiis 2. *paralip. vlt.* 3. & deinde Chaldæis: Nam Nabuzardan ſolos reliquerat pauperculos ad vineas & agros colendos. *vt dictum ex* 4. *Reg.* 24. 15. *& Seuero Sulpitio d. lib.* 1. agricolæ autem ſolent munifices eſſe omnium ſeruitiorum & tributorum; idcirco Gen. 49. 15. vbi noſter *factus eſt tributis ſeruiens.* LXX. *factus eſt vir agricola. Lamas* למס in tributum, à radice *Maſas* מסס liquefactum eſt, contritum, diſſolutum: quia imbecilliores à potentioribus oppreſſi tributa pendunt. φόρος propriè tributum quod perſonæ vel loci ratione penditur τέλος vectigal pro mercibus: ſed ſæpe confunduntur. hîc habemus εἰς φόρον.

Ieruſalem vectigalis.

φόρος. τέλος.

VERS. 2.

VVLGATA.

BETH.

Plorans plorauit in nocte, & lacrymæ eius in maxillis eius. Non eſt qui conſoletur eam ex omnibus caris eius. Omnes amici eius ſpreuerunt eam & facti ſunt ei inimici.

LXX.

βιθ.

Plorans plorauit in nocte, & lachrymæ in maxillis eius: & non eſt qui conſoletur eam ex omnibus diligentibus eam: omnes amici eius ſpreuerunt eam: facti ſunt ei in inimicos.

BETH] Omnibus ſignificat *domum.* Nunc deſcribit quæ ſolitudinem illam conſecuta, & ſeruitutem comitata mala, domum Dauid, hoc eſt Iudam cõprehenderunt, eo quod Dei per prophetas & Moyſem loquentis doctrinam (א) eſſet prætergreſſa. Illa (inquit olim *Domina gentium, ciuitas* (vt ait Iſaias d. c. 22. v. 2.) *exultans,* & ſeipſam præ lætitia non capiens; nunc ſeruitio preſſa, quia doctrinam & diſciplinam Dei fuit aſpernata, velut vidua in alienâ Domini duri domo *Plorans* &c. Notanda in his Threnis artificioſa malorum gradatio & aſcenſus ad maiora, vel ſaltem cohęrẽtium analyſis. in hoc quidem verſu gradatio talis eſt. 1. flere noctu largiter, nec dari ſpacium lacrymis abſtergendis. 2. non eſſe quemquam qui lugentem allocutione conſoletur 3. ab amicis, quorum ſe fidei crediderat, ſperni, affligi, impugnari, quid acerbius!

Continuatio.

Gradatio.

PLORANS PLORAVIT] Hebraicè *plorando plorabit:* LXX. & Chald. vt noſter per præteritum verterunt. hac temporis variatione puto ſignificari & ploraſſe, & plorare, & ploraturam, ſiue æquum eſſe vt ſemper ploret, quia ſæpè futurum cum ipſo facto ſignificat id quod fieri decet debetque, vt latè probat Ribera

Futurũ pro eo quod fieri par eſt.

 Malach.

Et pro præterito, *Malach.* 1.*num.* 16.alioqui nouum non eſt præteritum per futurum ſignificari, vt Oſee 13. 11. *dabo tibi Regem in furore meo,* iuxta LXX. & Chaldæum ibi.Geminatio autem,*plorans plorauit,*(vt benè Nauarrete) reſpondet ei quod v.8.dicitur,*peccatum peccauit.* la que peco pecando llore llorando:vtrobiq; ex Hebraiſmo denotat lacrymarum vbertatem,vehementiam,& aſſiduitatem de ſe id prædixerat Ierem. 13.17. *plorans plorauit, & deducet oculus meus lacrymam, quia captus eſt grex Domini* hoc nunc facit.

Geminatio vocabuli emphatica.

Locus Ierem. 13.17.

Quinquarboreus, Figueirus, Nauarrete & heretici quidam cum Rabbinis.

In nocte] Hebraicè בלילה *Ballaila*, quod multi recentiorum explicant *in nocte illâ*, & volunt deſignari noctem certam, nempe decimam noni diei menſis Ab, qui interdum Iulio, interdum Auguſto noſtro reſpondet,eo quod(inquiunt)tum à Nabuchodonoſor Ieruſalem expugnata. Verùm mihi valdè diſplicet iſta explicatio.Nam hîc ſermo eſt de clade acceptâ tempore Ioachin; illa verò nox fuit quando ciuitas ſub Sedechiâ capta & deſtructa;de quo dicemus cap.2. 19. Deinde vult propheta eam iugiter ploraſſe & non illâ tantùm nocte, nam illa nocte, ſubitò oppreſſa, vix plorandi ſpacium habuerat. Deniq; Chaldæus hîc(quem pro ſe putant)diei non noctis mentionem facit, cum de vrbe expugnatâ loquitur. LXX. ἐν νύκτι, omiſſo articulo,hoc eſt ſimpliciter, *noctu*, vt Vatablus & Clarius & Pagninus capiunt gnari ה finale hîc non eſſe emphaticum, ſed aduentitium tantum, *ſicut Genes.* 1. 15. & 14. 15. & *Amos* 5.8.& *alibi.* Dicendum itaque, meritò nocturnum in genere mærorem deſcribi.Nam quibus multa ſunt mancipia, diurno tempore ea laboribus grauant ita,vt luctui nequeant vacare;aut ſi vacare conentur,duriores Domini luctus intempeſtiui ſtatim graues pœnas exigunt. ita timor crudelitatis maioris prohibet coram aliis lugere quod miſerrimum,& quæritur Octauia,apud Senecam actu. 1. & Cicero in Piſonem.Noctu ſolent mancipia in latumias,vel alia loca tuta recludi, ne Dominis quieſcentibus aufugiant.teſtis eſt Hegio apud Plautum, *in captiuis*,de ſeruo ſuo dicens;

Cur dicatur noctu fleuiſſe.

Nam noctu neruo vinctus cuſtodibitur, „
Interdiu ſub terra lapides eximet. „

Sic ergo introducitur in ſeruitium adducta noſtra vidua, quæri, quòd diurno labore defatigata,nocturnum quieti deſtinatum tempus à natura, repreſſo ægrè interdiu dolore, cogatur totum lacrymando abſumere:quaſi diceret ærumnis dies,planctibus noctes tranſigo.

Lacrymæ in maxillis] lacrymæ cadunt per ora „
& aſſiduo genæ Rore irrigantur:qualiter Tauri iugis Tepido madeſ- „
cunt imbre perfuſæ niues. *Sic Seneca in Hippolyto.* Non benè, qui „ confundit hunc fletum cum fletu Rachel in Ramâ *Ieremiæ* 31. 15.nam illius fletus ſtatim ſubdita conſolatio, & connexio totius capitis ſatis oſtendit ad nouum teſtamentum & Christi tempora pertinere. Iſaiæ quoque capit. 22. ad poſteriorem hac calamitate huius capit. 1. referenda, vt ibi oſtendetur D. Gregorius *lib.* 13. *Moral.c.*7.

Nauarrete.

Ierem. 31.15. locus.

Iſai. 22. locus.

ral.c.7. TROPOLOGICE interpretatur de prælatis & concionatoribus, quorum officium eſt plangere & compati peccatis aliorum.

Adulatorũ amici deſtituũtur vera cõſolatione.

QVI CONSOLARETVR] condignâ pœnâ. nam ſolis aurem præbuerat pſeudoprophetis bona & placentia vaticinantibus Hananiæ, Semeiæ & ſimilibus *Ierem.*28.*&* 29. ſed recta monentes fuerat aſpernata, & ijs illuſerat. 2. paral. 36. v. 15. 16. ***Mittebat autem Dominus Deus patrum ſuorum per manum nunciorum ſuorum de nocte conſurgens & quotidie commonens: eo quod parceret populo ſuo & habitaculo ſuo. At illi ſubſannabant nuncios Dei & paruipendebãt ſermones eius, illudebantque prophetis, donec aſcenderet furor Domini in populum eius, & eſſet nulla curatio.***] vide etiam Ierem. 26.

Idola cari, ſeu deliciæ Iudæ.

CARIS] ſume vt docet Hebræa vox הוהבי *Hohabei* paſſiuè pro ijs quos ipſa efflictim diligebat, quos mæcha deperibat aduentores. ſic vocat idola, quorum inſano amore Iudęi exarſerant tempore Manaſſis & malorum Regum aliorum. Iſaiæ 44. 9. ***amantiſſima eorum, non proderunt eis.*** hoc eſt quæ ipſi maximè concupierunt & dilexerunt. vt ſuſpicarer legendum, ***amãtiſſima***, ex Hebræo, Græco & Chaldæo ibi. Ierem. 2. 25. ***adamaui alienos*** (ait Ieruſalem) ***& poſt eos ambulabo.*** & prius v. 18. dixerat Deus: ***Quid tibi vis in via Aegypti vt bibas aquã turbidam? & quid tibi cum via Aſſyriorum vt bibas aquam fluminis?*** hoc eſt cur ſequeris harũ gentium idololatriam, an vt in eas captiua deducaris? Suſpicarer inquam ſic legendum, & fuiſſe erratum typographicum, niſi viderem ſic in omnibus excuſis Latinis, & multis manuſcr. legi. Quare dicendum actiuum ***amantiſſimi*** vſurpatum pro paſſiuo ***amantiſſima.*** Hanc ἐρομανίαν adulterij ſpiritualis cum idolis graphicè depinxit Ezechiel cap. 23. vbi cap. 22. ***Ego ſuſcitabo omnes amatores tuos contra te, de quibus ſatiata eſt anima tua, & congregabo eos aduerſum te in circuitu.*** alloquitur autem ***Ooliba*** hoc eſt Ieruſalem; & oſtendit Deus eodem cap. ſe adulterij huius pœnam ęxacturum per ipſos illorum idolorum cultores Ægyptios & Chaldæos. quod nunc impletum docet, & dolet noſter.

Loca Iſai. 44.9. & Ierem.2.25.

Amici pro Fœderatis.

AMICI] fœderati & ſocij, vt patet ex Hebræo רעיה. *Reeiag* nempe iuxta Originem reliquæ ciuitates Iudææ: vel meliùs, Syri, & Ægyptij; quorum fiduciâ Ioakim contra Chaldæos rebellarat, 4. *Reg.*24.1. & clariùs Ioſephus *d.lib.*10.*c.*8. Sed ab illis deſertus, qui Chaldæo Iudæam conceſſerunt; vt benè Sulpicius *d.lib.*1. & indicatur d. c. 24. 7. ***tulerat enim Rex Babylonis à riuo Aegypti vſque ad fluuium Euphratem omnia quæ fuerant Regis Ægypti.*** Nam in his etiam Palæſtina. His adde ipſos Chaldæos, qui cùm non rebellaſſet Ioachin, metuentes ne fortè rebellaret, nihil opinantem fœderatorum ſpecie, Ieroſolymis oppreſſum perfidè abduxerunt vnâ cum Principibus, &c. vt narrat Ioſephus *d. libro* 10. *capite* 9. quod nunc luget hoc capite Ieremias, vt dixi. Tam facilè læuitas ingenij humani migrat ex amico in hoſtem. Apud Hebræos hoc docent radices duarum vocum. nam ex verbo *Ahaf* אהב dilexit exiguâ mutatione faciunt

Ægyptij Iudæam Chaldæis tradiderunt.

Locus 4.Reg. 24.7.

Chaldæorũ perfidia.

ciunt איב *Aiaf* odit. Optimus ergo commentarius huius verſiculi eſt ipſe Ieremias d.cap.2.vbi v.36.*Et ab Aegypto confunderis, ſicut confuſa es ab Aſſur: nam & ab iſta egredieris, & manus tua erit ſuper caput tuum.* male multata & lugens.

Vers.3.

VVLGATA

GIMEL.

Migrauit Iudas propter afflictionem, & multitudinem ſeruitutis: habitauit inter gentes, nec inuenit requiem: omnes perſecutores eius apprehenderunt eam inter anguſtias.

LXX.

γίμελ.

Migrauit Iudæa propter humiliationem ſuam, & propter multitudinem ſeruitutis ſuæ: ſedit in gentibus, non inuenit requiem: omnes perſequutores eius apprehenderunt eam in medio tribulantium.

Cõtinuatio. GIMEL] Caninio *camelus*; Zamorenſi & Iſaaco *retributio*; Patribus, *plenitudo*. Aptè omnia, nam Deus iuſtè hæc Iudæis; qui in peregrinos duri fuerant, & in ſeruos ſuos etiam fratres immiſericordes; retribuit; vt plenitudine miſeriæ, quaſi ſarcinis, camelorum more iugo ſeruili onuſti, *domo* (*Beth* præceſſit) profugere cogerentur.

Gradatio. Tres autem gradus proponit miſeriæ. 1. à ſæuo victore iugo graui opprimi, & ideo pro remedio eligere vagas ſedes & exilia. 2. inter gentes, quibus exoſus, continuo in metu & periculis mille degere. 3. illic etiam à Dominis quos fugiebas deprehendi & mactari.

MIGRAVIT] in gentium diſperſionem abiit, Hieronymus Præſtat enim cum Olympiodoro, Paſchaſio & aliis Patribus accipere de Iudæorũ migratione, & quidem cum Hugone Victorino, S.Thoma & aliis nonnullis, de iis qui ante captiuitatem Sedechiæ, intolerabile iugum Chaldæorum pertæſi; quo Iudæa magis quàm ceteræ prouinciæ (Deo ita diſponente) premebatur; pars ad Moabitas, pars ad Idumæos Arabas, pars in Aegyptum ſe receperunt. Iſai.16.4.*Habitabunt apud te profugi mei: Moab eſto latibulum eorum à facie vaſtatoris.* & cap. 21. 14. dicit Arabibus de Iuda; *Occurrentes ſitienti ferte aquam, qui habitatis terram Auſtri, cum panibus occurrite fugienti. A facie enim gladiorum fugerunt*, &c. In Aegyptum ſolitos confugere notiſſimum. Verbum גלה *Galah* etiam accipitur de voluntaria tranſmigratione & vagatione non coacta, ſine captiuitate. 2. *Reg.*15.19. ſicut & Græcum *μετῳκίσθη migrare facta eſt*; nam intelligitur ex ſequenti quid eam coëgerit hoc conſilium capere, ἀπὸ ταπεινώσεως αὐτῆς.

Migratio ſpontanea Iudæorum.

גלה

μετῳκίσθη. Migrauit.

quod

quod videret ſe nimis abijci & vilipendi, propter humiliationem eius. Sanè *μετοικισμὸς* quãlibet habitationem apud exteras gentes ſignificat; & *migrationis* vocabulũ latiſſimè patet de ſpontanea Matth. 19.v.1.Act.18.7.& quod noſtro ſimillimum Iſai.10.31.*Migrauit Medemena*, hoc eſt incolæ præ metu ſe alio contulerunt.

IVDAS] L X X. *Iudæa.* eodem ſenſu: non de tota tribu vel gente; ſed de multis ex eâ capiendum, qui diuerſis temporibus migrarunt.

AFFLICTIONEM] vexationes quotidianas.

MVLTITVDINEM SERVITVTIS] Hebraiſmus ſignificans graue pondus agriculturæ & vectigalium ac ſuperindictorum eius ratione plurimarum, quos pauperes, vt terram colerent relicti, penſitare cogebantur. Inopes ſunt Hebræi adiectiuorum, ideo pro eis ponunt ſubſtantiua hic *multitudo* pro multâ; & multum pro graui ac magno. Seruitus autem pro opere ſeu munere agriculturæ. Sic vbi nos habemus pſal.103. 23. *Exibit homo ad opus ſuum, & ad operationem ſuam vſque ad veſperum*, Hebraicè eſt idem vocabulũ *Abodah* עבודה quod hic. Atque ita ſeruitus ſumitur pſ.146. 8. *Qui producit in montibus fænum, & herbam ſeruituti hominum.* hoc eſt culturæ & labori humano hoc rependit q. mantiſſam operæ quod in Hebræo non habetur, ſed in Latino fuit repetitum ex d. pſ.103.v.14. vbi eſt eadem vox Hebræa: vbi quod LXX.v.14. dicunt *δουλείαν* vt hîc, id v.23. vocant *ἐργασίαν*, vt pateat pro eodem ſumere. Hieronymus vtrobique *ſeruitutem* vertit.

Multitudo ſeruitutis pro graui ſeruitio. Seruitus pro opere agriculturæ.

GENTES] idololatras quas dixi: quo quid miſerius fideli?

NEC INVENIT REQVIEM] prædixerat id Deus Deuter.28.65. *Tradat te Dominus corruentem ante hoſtes tuos, per vnam viam egrediaris contra eos, & per ſeptem fugias, & diſpergaris per omnia regna terræ.* Ipſe quoque Ieremias, inducit Deum ad Baruch dicentem Ier. 45.3. *væ miſero mihi, quia addidit Dominus dolorem dolori meo: laboraui in gemitu meo, & requiem non inueni.* ſcilicet requiem nullam, nec à labore & moleſtis negotiis, nec à dolore & tribulationibus, nec à diuagatione aut ſedium mutatione: hanc enim triplicem quietem radice נוח *Noach* ſignificari docet Kimchi. Senecæ Medea id optimè expreſſit:

Requies nulla fugitiuis Iudæis.

--per vrbes erret ignotas egens
Exul, pauens, inuiſus, incerti laris.

APPREHENDERVNT] Paſcaſius legit, *deprehenderunt*, ſenſus eſt perſecuti ſunt eos, & vbique ſcrutati, conſecuti tandem eos comprehenderunt, & tenuerunt. hæc vis vocis *Naſag* נשג minatur hoc Ieremiæ 42.16. Deus his verbis; *Si poſueritis facies veſtras, vt ingrediamini Aegyptum, & intraueritis; vt ibi habitetis, gladius quem vos formidatis, ibi comprehendet vos*, &c. Quod verò dicitur Ierem. 2. 24. *omnes qui quærunt eam; non deficient, in menſtruis ſuis inuenient eam.* id non pertinet ad hoſtes, ſed ad procos & aduentores eius, quos ſup. v.2. *caros* vocauit.

Apprehendere.

Locus Ierem.2.24.

Porro præteritum hic, more prophetico poſitum pro futuro.

Enallage generis.

EAM] etiam Hebraicè & Græcè eſt fœmininum: referendũ non ad proximum Iudas; ſed ad multitudinem diſperſorum, quæ per Iudam ſignificata. Solet interpres non rarò originariæ linguæ enallages generis retinere, de quo alibi.

INTER ANGVSTIAS] referendum hoc potiſſimum ad eos, qui ſe in Aegyptum receperant, patet ex d. v. 16. & quia vox Hebræa quæ hîc poſita מצרים pro punctorum diuerſitate ſignificat anguſtias, ſeu macerias anguſtas iuxta Vatablum & Pagninum; vel ipſam Aegyptum. hoc ſi legas *Mezraim* מִצְרַיִם: illud, ſi legas מְצָרִים *Mezarim*, vt notauit Agellius. verùm non reſtringo ad ſolam Aegyptum: ſed extendo ad omnia loca refugij: quod etiam Chaldæo placuit & noſtro interpreti, & LXX. qui verterunt ἀναμέσον τῶν θλιβόντων, in medio elidentium ſeu exterentium. Nam ſimplex poſitum pro compoſito ἐκθλιβόντων. ſicut loquuntur Iuriſconſulti qui genus eunuchorum quorum teſtes eliſi vel contriti vocant θλιβίας. vnde patet comparationem duci hoc loco à rebus mollioribus & tenerioribus quæ inter duriores, vt laminas vel ſaxa comprimuntur. exprimit ad oculum Tragicus noſter in Medeâ: cùm duo montes.

Simplex pro compoſito.

θλιβόντων pro ἐκθλιβόντων.

" *Clauſtra profundi, hinc atque illinc*
" *Subito impulſu, velut ætherio*
" *Gemerent ſonitu; ſpargeret aſtra*
" *Nubeſque ipſas mare deprenſum.*

Sanè radix Hebrææ vocis מצר *Mezar* anguſtia, eſt *Zarar* צרר, comprimere: iuxta Abenezram & Kimchi, vide Pagninum in צר.

TROPOLOGIAM pete ab Hugone de Sancto Victore, & Paniguerola, qui breuiter Peccator de peccato in peccatum migrans requiem nõ inuenit, eumque tandem fugientem dæmones, perſecutores, morientem inter anguſtias deprehendunt.

VVLGATA.

DALETH.

Viæ Sion lugẽt eò quòd non ſint, qui veniãt ad ſollemnitatem: omnes portæ eius deſtructæ: ſacerdotes eius gementes: virgines eius ſqualidæ: & ipſa oppreſſa amaritudine.

LXX.

δάλεθ.

Viæ Sion lugent, eò quòd nõ ſint, qui veniant ad ſollennitatem; Omnes portæ eius deſtructæ Sacerdotes eius gemunt virgines eius abductæ, & ipſa oppreſſa amaritudine in ſe.

Cõtinuatio.

7. AMBROSIO *timorem* ſignificat; alijs patribus *tabulam*; Caninio *oſtiũ*, Zamorẽſi & Iſaaco *paupertatem*. Qui *foris* ſunt ab ijs qui in *domo*, diſpeſcũtur *ianua* ſeu oſtio, quod ex *tabulis* compa

compactum. Dixit de miſeriis eorum qui profugerant; nunc de iis qui domi remanentes in Chaldæorum manus inciderunt: orditur ab vrbe, progreditur ad ciues. Quaſi dicat, foris quæ dixi: intra portas etiam deſolatio, paupertas, timor. 1. In plateis eſt ſolitudo. 2. In portis iuſtitium. 3. In templo ſqualor, nam ſublatæ cerimoniæ, ſacrificia, ſacerdotes obruti æſtate & mœrore, virgines ſacræ dehoneſtatæ: vno verbo, tota vrbs amaror. Gradatio.

VIÆ SION LVGENT] Deſcendendo ab altioribus artificioſè progreditur ab arce, ad templum, & à templo, ad vrbem reliquam. Sion propriè eſt mons in qua arx erat, & ciuitas Dauid vocatur: dicta Sion quaſi ſpecula à radice צפה *Zaphah* ſpeculari. Templum verò fuit in monte Moria, inter quod & Sionem intermedia vorago Mello, & vallis Cedron: infrà vtrumque montem, reliqua ciuitas, quæ inferior dicta. Ait, *vias lugere*, quæ ad templum & arcem tendebãt, *plateas*, ſignificans, & vtens Metaphora rerum animatarum. Sed quid hoc? Liranus in lib. differentiarum, dicit Hebraicæ haberi *via Sion herboſa*: Sed אבל *Abal*, numquam ſignificat herbeſcere: optimè noſter, vt & LXX. verterunt. Minatus fuerat Dominus, *deſertas fore vias eorum. Leuit.* 26. 22. Si Dei præcepta non ſeruarent: interea vnum fuit, vt ter in anno omnes maſculi ad templum Ieroſolymam venirent *Exod.* 23. 17. *Deuteron.* 16. 16. Quod negligenter admodum factum ab eis teſtatur Chaldæus hic; & ideò & propter alias præuaricationes eorum maximè propter idololatriam, pleriſque partim occiſis partim abductis, partim profugis, partim ſeruitio oppreſſis, pauci ad ſolemnitates illas tres celebrandas Ieroſolymam veniebant; ideò dicit ipſas vias luxiſſe; vel quia (vt Theodoretus ait) lugentibus hominibus, ipſa quoque inanimata eundem affectum induere videntur: vel (vt aiunt Paſcaſius & Richardus) ſolitudine viæ ſilueſcentes mœrorem prouocant intuentium, addo habitum capillitij promiſſi, & ſqualorem lugentium imitantur. Idem eodem modo deplorat Iſaias 53. 8. *Diſſipata ſunt via, ceſſauit tranſiens per ſemitam: luxit & elanguit terra.* Nec alia quærenda cauſa vel explicatio, quam quæ hic ſubditur: *eo quod non ſint*, (hoc eſt pauci admodum ſint. Nam adhuc erant aliqui, nondum diruto templo, & nondum abductis reliquiis:) *qui veniant ad* SOLEMNITATEM) מועד *Moed*, volunt cum Abenezra recentiores quidam poſſe verbi *templum*: ego vt fateor poſſe, ſic contendo nunc meliùs ad conſtitutum & ſancitum tempus referri, quam ad locum: nempè ad tres ſolemnes dies Azimorum, Hebdomadarum, & Scenopegiæ, quos dixi. LXX. hic ἐν ἑορτῇ *in feſto*: ſicut etiam vertunt Pſalm. 73. verſ. 4. Vbi nos; *gloriati ſunt, qui oderunt te in medio ſolemnitatis tuæ.* Vbi Montanus, *in intimo conuentus tui.* Chaldæus, *in medio temporum tuorum.* Sanè יעד *Iaad*, propriè, decernere & condicere in locum, vel tempus certum: de tempore habes inferius verſ. 15. *vocauit aduerſum me tempus.*

Sion. ציון. צפה. Viæ lugent. מועד. *Pintus & Agellius.* יעד.

PORTÆ DESTRVCTÆ] nondum illæ, quæ propriè ſic dictæ. Sed metonymicè *portæ* ſignificant iudicia quæ in illis ſolita exerceri, Portæ pro iudiciis.

E item

item mercatus, & conciones quoque propè illas, eò quod ibi frequentior conuentus hominum: hæc ceſſarant omnia, iudices enim & magiſtratus Nabuchodonoſor cum Ioachin abduxerat: *Vide lib. 4. Reg. 24. à verſ. 13.* Sic Ierem. 14. 2. *Portæ eius corruerunt.* Iſai. 3. vltim. *mœrabunt atque lugebunt portæ eius.* Vide quæ dixi Cant. 7. verſ. 4. membro 2. fol. 367. & D. Thom. & Nauarretum hic, benè loquentem.

SACERDOTES EIVS GEMENTES] pars in captiuitatem abducti cum Rege; reliqui qui domi manſerant, ceſſantibus oblationibus CVRBANAIAH egeni: *Sic Chaldæus & R. Ioſeph.* & prophanatis & interruptis ſacris omnibus triſtes. *Sic Origenes*: dolentes etiam quod nec Deum quietè colere, nec populum inſtruere more ſolito in tantâ paucitate & oppreſſione liceret, *Sic Seuerus.*

VIRGINES EIVS SQVALIDÆ] tum quæ captiuæ abductæ, de quibus accipiunt LXX. Nam ſolas relictas quæ faſtidio victoribus fuêre, ſcribit Sulpicius: tum quæ domi omni ornatu & lætitia ſpoliatæ remanſerant, de quibus capit Chaldæus, & in Cathena Græca neſcio quis veterum, addens de illis potiſſimum capiendum quæ in templo ad nuptias vſque aſſeruabantur: quas veroſimile tum multis probris obiectas, in ſordibus iacuiſſe.

Virgines in templo nutritæ.

IPSA] tota Ieruſalem, ſeu vniuerſa Synagoga. Quid vagor per ſingula membra? quanta quanta eſt tota eſt mare amaritudinis. Emphaticè LXX. καὶ αὐτὴ πικραινομένη, ἐν ἑαυτῇ, & ipſa amaritudine referta eſt in ſeipſa: *no es pordedentro ſino vna amargura.*

TROPOLOGICE de portis Ieruſalem ſingulis egregiè hoc loco diſſerit Figueiro viæ poſſunt intelligi virtutes & bona opera, quæ à nullis frequentantur, quando iacet ſtudium perfectionis, & homines negligunt ad cælum tendere, vbi vera ſolemnitas. Sic Paniger.

VVLGATA. LXX.

HE. ἤ.

VERS. 5. ה D. Hieronymo, *iſta.* D. Ambroſio *eſſe* ſeu *viuere.* Zamorenſi, & Iſaaco, *ecce.* Caninio, *vermis mali punici.*

Côtinuatio. Ita inſtar mali Punici quod interius verminatur interiit paulatim; & *ecce iſta* quæ videbatur foris valida ac vita viuere intus amarore velut lenta tabe fuit conſumpta. Scitum enim triſtitia exſiccat oſſa.

Scala querelarum iſta conſurgit tribus gradibus, & illi quaſi ponit innitentem, vt ſcalæ Iacob Deum, his verbis.

VVLGATA	LXX.
Facti ſunt hoſtes eius in capite, inimici eius locupletati ſunt: quia Dominus locutus eſt ſuper eam propter multitudinem iniquitatum eius: paruuli eius ducti ſunt in captiuitatem ante faciem tribulantis.	*Facti ſunt tribulantes eam in caput: & inimici eius locupletati ſunt: quia Dominus humiliauit eam propter multitudinem impietatum eius: Paruuli eius abierunt in captiuitatem ante faciem tribulantis.*

VIDERAT Iacob Deum ſcalæ innitentem, quo ſignificari diuinam prouidentiam docui, Geneſ. 28. 13. Itaque nunc noſter iuſto Dei iudicio factum ait, vt quæ comminatus fuerat Iudæis mala, ea propter eorum ſcelera, meritò illos iam cuncta comprehenderent. Primò quod hoſtium, qui ſemper Iudæis infeſti, iugo ſubditi. 2. Quod videre cogantur hoſtes ſpoliis & diuitiis ſuis fruentes, exſultantes, & victis inſultantes. 3. Quia cernebant in oculis ſuis puerulorum ante victores, quaſi pecorum agi greges, verberibúſque ad celerius ambulandum fatigatos vrgeri. Gradatio.

HOSTES] LXX. *θλίβοντες αὐτήν, affligentes ipſam,* verbũ Hebræum ſignificat vtrumque צריה *Zareiah.*

IN CAPITE] putida eſt diſtinctio cuiuſdam Neoterici, inter eſſe in capite, & eſſe in caput. Cùm Hebræi careant caſuum inflexione, & LXX. hic verterint *εἰς κεφαλὴν* in caput. Symmachus, *in Principes: εἰς ἄρχοντας.* Per *caput* Sacraſ. ſignificat eum qui dominatur, & *caudam* ſolet opponere, pro eo qui ſubditus aliena imperia & iuſſa cogitur ſequi. Comminatus id Iudæis Deus, Deuteron. 28. 43. *Aduena qui tecum verſatur in terra aſcendat ſuper te, eritque ſublimior: tu autem deſcendes & eris inferior. Ipſe erit in caput, & tu eris in caudam.* Contra quam ſi ſeruaſſent legem tum enim pollicitus; ibid. verſ. 13. *Conſtituet te Deus in caput, & non in caudam, & eris ſemper ſuprà, & non ſubter:* Baruch. 2. 5. *& facti ſumus ſubtùs & non ſuprà: quia peccauimus Domino Deo noſtro, non obaudiendo voci eius.*] Pſalm. 65. 11. *Poſuiſti tribulationes in dorſo noſtro, impoſuiſti homines ſuper capita noſtra.* Itaque hoc loco ſubauditur antitheſis, *nos autem in caudam:* hoc eſt nos ad pedes, & aquarioli, & ad viliſſima mediaſtinorum ſeruitia deputati. Dicam plura in Adagiis ſacris Adagio. 147. Meo iudicio, non benè Galatinus lib. 4. de arcanis Catholicæ veritatis cap. 21. ex libro *Echa Rabbethi* hæc retulit ad tempora Romanorum, & quæ ſubdit de quatuor illis ducibus ſunt fabulæ Rabbinicæ: meliùs Chaldæa paraphraſis ad tempora Chaldæorum retulit. Eſſe in caput & in caudam, Adag.

LOCVPLETATI] fœlices ac beati facti noſtris opibus ea ſecurè & pacificè abliguriunt. Hebraicè שלו *Salu* proſperati, vt vertit Hoſtes fruũtur labore & frugibus Iudæorum.

Pagninus,ſeu vt Arias *Securi fuerunt*, LXX. εὐθηνοῦσιν, *fœliciter habent*; malè Galatinus, *temerè egerunt*. Minatus hoc Deus d.cap.28. 30. *Plantes vineam, & non vindemies eam.* & 33. *Fructus terræ tuæ & omnes labores tuos comedat populus, quem ignoras.* Iſai.1.7. *Regionem veſtram coram vobis alieni deuorant*, hoc eſt deuorabunt.

QVIA DOMINVS, &c.] Hoc quidam codices iungunt præcedenti, quidam ſequenti quærelæ, *paruuli eius*, &c. Ego capio quaſi foret parentheſi incluſum, aut quaſi poſitum foret in initio verſ. Vt ratio ſequentium, hoc modo: *Quia dominus locutus*, &c. *ideò facti ſunt*, &c.

Loqui ſuper aliquem.

LOCVTVS EST SVPER EAM] noſter Hebraiſmum retinuit: quo & alibi ſacra Scriptura vtitur, qui aliquando ſignificat polliceri bonum aut comminari malum. Num.10.29. Hebraicè, *locutus eſt Dominum bonum ſuper Iſraël*, vbi noſter explicat *bona promiſit Iſraëli.* Ierem. 11. 17. *Dominus exercituum, qui plantauit te, locutus eſt ſuper te malum.* Ierem.18.7. *Repentè loquar aduerſum gentem & aduerſum regnum, vt eradicem, & deſtruam, & diſperdam.* Pſalm.37.17. *Super me magna locuti ſunt.* Pſalm.54.13. *Si is qui oderat me, ſuper me magna locutus fuiſſet.* Sic capiunt hoc loco Theodoretus & Paſcaſius, & minas repetunt ex dict.cap.28. Deuteron.verſ.13.32.41. vſque ad 50. Aliquando quia Dei dicere, eſt facere; ſignificat malum decretum exſequi, & vlciſci ſuppliciis, vt hoc loco ſumit Chaldæus, qui vertit; *Dominus confregit eam*, & LXX. qui ἐταπείνωσεν αὐτὴν humiliauit eam, optimè idiotiſmum explicantes. Pagnin. dolore affecit, Arias anguſtiauit, Vatablus afflixit: hi omnes הוגה *Hogha* deducunt à יגה *Iaga* premere,anguſtiare,collidere. D. Hieronymus fortè cenſuit vaf quieſcere,& deducendum ad הגה *Haga*, id eſt, minas meditari & muſſitare, & inarticulata verba ſecum more iratorum fundere.

Super pro contra.

SVPER EAM] exponitur Ieremiæ 19.15. *Ecce ego inducam ſuper ciuitatem hanc, & ſuper omnes vrbes eius vniuerſa mala, quæ locutus ſum aduerſum eam.* Vtrobique eſt *Al* Hebræum על. Et ſic quod Pſalmo 40.10. habetur iuxta LXX. & noſtrum, *magnificauit ſuper me ſupplantationem*, Hebraicè עלי *Ali* reddidit D. Ioannes 13.18. ἐπῆρεν ἐπ' ἐμὲ τὴν πτέρναν αὐτοῦ. *Leuabit contra me calcaneum ſuum*, vt noſter vertit. Sic, *ſuper* ſumitur pro *contra* paſſim, vt hic docet Nauarretus.

PROPTER MVLTITVDINEM INIQVITATVM EIVS] auaritiæ, immiſericordiæ, luxuriæ, & aliarum,& potiſſimum idololatriæ: eandem cauſam refert Ieremias d.verſ.15. & cap.4.verſ.4.

PARVVLI]infantuli qui iam pedibus poterant incedere: lactantes vel matribus eripuerant & perdiderant, vel in matrum vlnis, vt agnellos cum ouibus, ante ſe agebant. Baruch. 4. 26. *Delicati mei ambulauerunt vias aſperas; ducti ſunt enim vt grex direptus ab inimicis.*

VVLGA

VVLGATA: LXX. Vers. 6.

V.A V. ὐαῦ.

ו Patribus ſignificat, & Zamorenſi *Principium* vel *Charitatem*, Caninio & Iſaaco *vncinum*, ſeu *recuruum clauum*. Continuatio.

Quaſi dicat, non vulgus tantùm iſta perpeſſum: ſed & Principes etiam, quorum erat concordiam & *charitatem*, quæ omnis reip. fælicis eſt primum fundamentum & inchoatio; ſubditorum inter ſe, & membrorum cum capite, velut vncino ferreo connectere, & id minimè fecerunt, ſed fouerunt potiùs diſſidia, & lites perpetuas; illi ipſi quoque abducti, vt pecudes brutæ. ait:

Et egreſſus eſt à filia Siõ omnis decor eius: facti ſunt Principes eius velut arietes non inuenientes paſcua: & abierunt abſque fortitudine ante faciem ſubſequentis.	*Et ablatus eſt à filia Sion omnis decor eius. Facti ſunt principes eius velut arietes non inuenientes paſcuam: & abibant abſque fortitudine ante faciem perſequentis.*

TRIA luget. 1. omnia ornamenta & decora ablata. 2. robur & præſidium ademptum, & quaſi ſcuto nudatos. 3. Vix ſpem remedij relictam. Analyſis.

Egressvs] Hebræum *Ieſâ* יצא vt & Chaldæum *Nephaq* נפק ſignificat vniuerſim quamcumque egreſſionem, coactam & libentem. Vnde orta duplex lectio verſionis Grecæ Vaticana ἐξήρθη ablatus, quam ſequitur Theodoretus: & Complut. Regiaque ἐξῆλθε, quam confirmat Origenes & magis conuenit cum noſtrâ verſione: ſignificat omnem decorem, quaſi ad nutum Dei obtemperanter ſponte ſuâ impiam gentem deſeruiſſe. יצא Egredi.

Omnis decor] ſplendor, honor, & ornamenta omnia. Nam Nabuchodoſor abſtulit gazas regias, theſauros publicos & priuatos, templi vaſa aurea quidem omnia vt habes 4. Reg. 24. 13. quæ fecerat Salomon; ſed quæ ab aliis Regibus poſtea addita non omnia, vt colligitur ex Dan. 1. v. 2. *partem vaſorum domus Dei*; mundum quoque & ornatum priuatum, Ezech. 16. 39. *denudabunt te veſtimentis tuis, & auferent vaſa decoris tui: & derelinquent te nudam plenamq́; ignominiâ* Nam Ieroſolymam alloquitur: porro deſcripſerat ea ornamenta Metaphorâ mundi muliebris à v. 9. eodem cap. Decor Ieroſolymæ.

Principes eivs] capio latè, Regem, Sacerdotes, & magnates ac præcipuos duces millenarios, centuriones, &c. qui partim captiui abducti, partim inopes remanſerant domi ſpoliati bonis, & ceſſantibus domis ac oblationibus ſolitis, inopes & inædiâ confecti, iuxta Principes ſimiles arietibus manè confectis.

Olympiodorum. ideo comparat eos arietibus, multis de cauſis. Primò quia aries eſt animal auidum comedendi, ſedulum in paſcuis quærendis, & inuenta radicitus depaſcens; non inuentis ſtatim langueſcit & macreſcit. Deinde magnam cùm gregem præcedit præfert grauitatem. naturâ tamen timidum, ſtolidum, & obliuioſum animal. Quæ Ioachin & Sedechiæ Regibus Iudæorum, & aliis Principibus illius æui facilè accommodabitis. Erant voraces & gulæ dediti, *Iſai.* 5.*v.*11.*&* 22. plebem non detondebant, ſed deglubebant, & deuorabant, & iniuſtis iudiciis ac tyrannide opprimebant, *Iſa.*1.23.*Ierem.* 5.*v.*5.*pſal.*13.4.*optimè Ezech.*34.*per totum.* Hi optimi Regis Ioſiæ liberi erant, ſed vt eſt in veteri prouerbio. *Heroum filij noxæ*: nec Principes liberi ab illo, Ætas parentum peior auis tulit Nos nequiores mox da- «
turos Progeniem vitioſiorem. De arietum ſtoliditate ducta illa, *mens* «
arietina. item *veruex & non homo.* Denique cornibus armatum pecus, ſed imbelle: ſic illi ſceptro truces, ſed animo inermes. Scio quid Ioſephus d. c. 9. ſcribat de Ioachino fuiſſe benignum & iuſtum χρῆϛον καὶ δίκαιον: Sed credo potiùs ſacræ Scripturæ dicenti feciſſe malum in conſpectu Domini: & iram Regis Babylonij concitaſſe ſcribit Sulpicius lib.1. Iſaias.5.13. *Nobiles eius interierunt fame:* Qui epulis & Saliari menſæ aſſueti, ferunt inediam difficilius.

Arietes pro principibus. ARIETES] Recentiores ferè omnes cum Rabbinis & Thargumæis legunt *Aialim* איילים & vertunt, *cerui.* LXX. & noſter *Ailim* אילים & vertunt *arietes.* Ieremiæ 25.34. *Vlulate paſtores, & clamate, & aſpergite vos cinere*: & v.35. *peribit fuga à paſtoribus, & ſaluatio ab optimatibus gregis. vox clamoris paſtorum, & vlulatus optimatũ gregis: quia vaſtauit dominus paſcua eorum.* pro *optimatibus gregis* vbique LXX. arietes pecorum ponunt, κρίοι τῶν προβάτων. Chaldæus *fortes populi.* eodem ſenſu.

ABSQVE FORTITVDINE] hoc eſt defecti viribus. nam inedia vires exhaurit; vbi non eſt panis, non eſt corporis robur. idcirco Hebræi dicere ſoliti, *robur panis*, & *robur aquæ*, Iſai.3.1. & vocare panem (hoc eſt cibum) virgam ſeu baculum, quod inſtar ſcipionis hominem ſuſtentet *Leuit.*26.26.*Ezechiel.*5.16.*&* 14.13. iuxta illud de Saule 1. Reg. 28. 20. *& robur non erat in eo, quia non comederat panem tota die illa.*

Robur panis.

SVBSEQVENTIS] LXX. perſequentis διώκοντος Hebrai. רודף *Rodeph.* Vtrique benè. Nam *Radaph* רדף ſignificat ſubſequi & perſequi. illud noſtro placuit, nempè de iis qui captiui abigebantur, vt ante abigeos pecora. Paniguerola, comparat ductis ante triumphantem. priùs melius eſt. iſtud de iis qui hoſtem fugiebant, vt exponit «
Chaldæus; non fuit eis virtus ad fugiendum vt liberarentur à perſe- «
quente.

MYSTICE, quadruplicem ſenſum copioſè proſequitur Ioann. Lateburius in Commentar. à cap.25. vſque ad 33. Si quædam apocrypha ſuſtuleris. Vide etiam gloſſam interlinealem.

VVLGA

VVLGATA. ZAIN. | LXX. ζάιν. | Vers. 7.

ז Ambroſio ſignificat, *huc* vel *duc te*: Hieronymo, *hæc*. Zamorenſi: *nutritio*; Angelo Caninio & Iſaaco *telum* ſeu arma, quoniam inſtar clauæ.

Conferens in corde ſuo, quam olim delicatè à Deo *nutrita*, & quam nunc famelica; & reputans *hæc* omnia mala quibus, velut *clauâ* vel alio *telo* Deus illam contuſam, *huc* miſeriæ *deduxiſſet*, reuocauit in memoriam dies antiquos; & hinc vehementer auctus eſt mæror. hoc vult cum ait; Continuatio.

Recordata eſt Ieruſalem dierũ afflictionis ſuæ, & prẹuaricationis omnium deſiderabiliũ ſuorum, quæ habuerat à diebus antiquis, cùm caderet populus eius in manu hoſtili, & non eſſet auxiliator: viderunt eam hoſtes, & deriſerunt ſabbata eius.

Recordata eſt Hieruſalem dierum humiliationis ſuæ, & rebellionum ſuarum, omnium deſiderabilium ſuorum, quæ fuerunt à diebus antiquis, cum caderet populus eius in manus tribulantis, & non eſſet qui auxiliaretur ei. Videntes inimici eius riſerunt ſuper habitatione eius.

Fratres Ioſeph cùm illis omnia fæliciter ſuccederent peccatorum ſuorum immemores erant; vt affligi cæperunt, mox recordati iniuriæ in fratrem. *Geneſ.*42.21.. Sic Ieruſalem dulci fortunâ ebria non attendit ad dona à Deo accepta; ſed demùm oppreſſa malis, vnde excidiſſet, cæpit aduertere; dante vexationem intellectum. Vidit ſe regno deiectum, & (vt dici) ſolet, de Solio ad quaſillum redactam: & cenſuit verum eſſe illud Tragediæ, *in ſeruitutem cadere de regno graue eſt*. Vidit ſe à Deo, patre & marito abdicatam ac repudiatam. Quanto illi querelæ iuſtior occaſio, quam quæ quiſitabatur. Analyſis.

Alte illa cecidit quæ viro caret Hercule.

Cvm caderet popvlvs eivs in manv hostili, et non esset avxiliator] cùm à Babyloniis ſubitò oppreſſa fuit, quando Rex & Principes & præcipui quique rapti in captiuitatem, & videret ſe omni diuino humanoque auxilio deſtitutam; tunc velut veterno experrecta, ſenſit vnde exciderat, & recordata præteriti ſtatûs, eam cum præſenti conditione comparauit, reuocans in memoriam, & ipſa recordatione vehementiùs ſe ipſam conturbans.

Primò quàm olim diues & beata cunctis bonis abundaſſet quorum nunc ſolum deſiderium ſuperſit hinc animum crucians; & qui-

bus nunc malis prematur, quæ cogitatio tædium animo ingenerabat, teſte D. Thoma. 2. Se ſibi vtriuſque damni peccando cauſam fuiſſe; hinc vermis conſcientiam erodens. 3. ſe à ſociis perfidè deſertam (hinc indignatio) hoſtibus ludibrio relictam, cum irriſione & vilipendio ſacrorum omnium, vnde dolor grauiſſimus, & quædam quaſi deſperatio medicinæ, teſte Theodoreto.

PRÆVARICATIONIS] Hebraicè eſt; ומרודיה *Vmrudeiah*, quod vix dici poteſt quàm multipliciter interpretentur. LXX. *ἀπωσμῶν expulſionum*, Chaldæus, *cùm præuaricaretur & inſolenter ſe gereret*. Pagninus & Vatablus *indigentiarum*, Arias & Leo Iudas *rebellionum*. Iſidorus Clarius, *tranſmigrationis*. Cauſa varietatis, quia LXX. Iarrius & multi cenſent radicem eſſe *Rud* רוד, dominatus fuit, tranſmigrauit, depauperauit, planxit, Noſter autem & Arias & Chaldæus, *Marad* מרד, exaſperauit, amaricauit. Poſſunt ambæ radices interpretando coniungi. Nam (1.) dies quibus peccauit, fuerunt dies *præuaricationis* & rebellionis qua cor peccantis *amaritudine* impletum, & anima bonis gratiæ *depauperata* & in luctum ac planctum data, (2.) Deus autem exaſperatus hac rebellione permiſit iuſto iudicio illam ab hoſtibus affligi, vinci, & in captiuitatem abripi & tranſmigrari. En peccati fructus.

OMNIVM] ſubauditur copula, *&*, vt benè ſupplet Chaldæus.

Deſiderabilia.

DESIDERABILIVM] coactum eſt, quod recentiores quidam reſtringunt ad vxores, quas hoſtes abductas ſtupro polluerant. Refero cum Origine & Olympiodoro ad omnia bona ſpiritualia & tēporalia, ſacra & prophana ornamenta templi, regni, vrbis & priuatorum ſicut ſumitur *deſiderabile* etiam inf. v. 10. *Manum ſuā miſit hoſtis ad omnia deſiderabilia eius* quæcumque magni faciebat, & pro quibus tuendis nihil perpeti recuſabat. Iſai. 64. 11. *omnia deſiderabilia noſtra facta ſunt in ruinam*.

A DIEBVS ANTIQVIS) per tot ſæcula continuata Dei beneficentiâ.

Sabbati duplex ſignificatio.

SABBATA EIVS] communior explicatio eſt, quam ſequor, ſignificari feſta ipſa, quibus ociabantur Iudæi & labore abſtinebant. Sic tempore Antiochi Machab. 1. cap. 1. 41. *dies feſti eius conuerſi ſunt in luctum, Sabbata eius in opprobrium*. Sanè Romanorum quoque poſt euerſam Ieroſolymam æuo paſſim Sabbata & aliæ leges Iudaicæ irridebantur, patet ex Perſio Sat. 5. in fine;

----- at cùm
Herodis venere dies, vnctáque feneſtra
Diſpoſitæ pinguem nebulam vomuere lucernæ
Portantes violas, rubrúmque amplexa catinum.
Cauda natat thynni, tumet alba fidelia vino:
Labra moues tacitus, recutitáque ſabbata palles.

Iuuenali quoque lib. 5. Saty. 14.

Quidam ſortiti metuentem ſabbata patrem,
Nil præter nubes & cæli numen adorant:

Nec

» *Nec diſtare putant humanâ carne ſuillam,*
» *Qua pater abſtinuit: mox & præputia ponunt.*
» *Romanas autem ſoliti contemnere leges,*
» *Iudaicum ediſcunt, & ſeruant, ac metuunt ius,*
» *Tradidit arcano quodcumque volumine Moſes.*
» *Nec monſtrare vias eadem niſi ſacra colenti:*
» *Quæſitum ad fontem ſolos deducere verpos.*
» *Sed pater in cauſa: cui ſeptima quæque fuit lux*
» *Ignaua, & partem vitæ non attigit vllam.*

Vnde mihi veriſimile videtur etiam Chaldæos, cum alios ritus Iudæorum, tum Sabbati quoque obſeruationem, quæ non iure naturæ aut Gentium, ſed Moſaicâ lege introducta (vt ex Iuſtino, Tertulliano, Euſebio & Damaſceno docuit Ioſephus Stephanus ad d. c.1.num. 45. amarulentis ſarcaſmis irriſiſſe : fortè dictitantes, ignaua olim Sabbata celebrabatis putidâ religione, nunc ecce lege hac vos ſoluimus. ociamini ab ipſo feſto ; penſum ſeruile perſoluite, & ſimilia. hoc Dauid prædixerat pſal.74.à v.4. vbi inter cetera *quieſcere faciamus omnes dies feſtos Dei à terrâ.* inter quos ſabbatum, quod ſuum Deus ideo vocat, Ezech.20.12. *Sabbata mea do eis, vt eſſent ſignum inter me & eos, & ſcirent, quia ego Dominus ſanctificans eos.* Antonius Agellius exponit Sabbatum vocari ipſam ſolitudinem & iudiciorum intermiſſionem, & commerciorum ceſſationem, quo ſenſu ſolet Deus minari terræ Sabbatiſmum, Leuit. 26. 35. *Tunc placebunt terræ Sabbata ſua cunctis diebus ſolitudinis ſuæ : quando fueritis in terra hoſtili, ſabbatizabit & requieſcet in ſabbatis ſolitudinis ſuæ, eo quod non requieuerit in ſabbatis veſtris quando habitabatis in ea.*] Mihi magis placet, quod dixi. LXX. exponuntur.

Sed cur LXX. vertunt, *riſerunt* ἐπὶ τῇ μετοικεσίᾳ αὐτῆς *ſuper tranſmigratione eius*, vel vt alij legunt καθοικεσίᾳ *habitatione.* Si poſterior lectio vera, puto καθοικεσίαν, poni pro incolatu ſeu quiete, ſed Ironicè : quia nulla illis quies dabatur. Si prior vera ; puto illos cenſuiſſe *Sabbatum* per antiphraſim ſignificare ipſam tranſmigrationem & abductionem in captiuitatem. Otioſitas.

D. Gregorius *libr.5. Moral. capit.*22. ſuggerit Tropologiam; de animâ, quæ otioſa à ſtudiis bonis, ſtatim impletur improbis cogitationibus, & ideo eius otium ſeu vacationes à dæmonibus irridentur.

VVLGATA.	LXX.	VERS. 8.
HETH.	Ἤθ.	

ח Ambroſio eſt *pauor* hoc eſt religioſa ſollicitudo; Hieronymo & Iſaaco *vita*; Zamorenſi *contritio* ſeu *deſcenſio*; Caninio *quadrupes*.

Nihil eſt quod ſpiritualem *vitam* magis cuſtodiat, quàm *pauidum* verſari in conſpectu Dei. Hanc ſollicitudinem & timorem Dei Ieruſalem abiecerat : ideo robur eius contritum, & deſcendit Continuatio.

eô vilitatis, vt peccandò ſimilis facta ſit iumentis ſeu *quadrupedibus*, quibus non eſt intellectus: & propter peccatum, etiam à Deo *humiliata* & *contrita*. hoc ait iſto verſiculo.

Peccatum peccauit Ieruſalē, propterea inſtabilis facta eſt: omnes, qui glorificabant eam, ſpreuerunt illam, quia viderunt ignominiam eius: ipſa autem gemens conuerſa eſt retrorſum.

Peccatum peccauit Hieruſalem: propterea in fluctuationem facta eſt. Omnes qui glorificabant eam, humiliauerunt illam. viderunt enim ignominiam eius: atque ipſa gemens, & conuerſa eſt retrorſum.

RESPONDET blaſphemiæ Gentiliū irriſioni propheta. Non eſſe cur ſe iactent, aut glorientur. Non enim hæc accidiſſe, eò quod vel ipſi adeò viribus excellerent, vel quia Deus non poterat populum ſuum defendere, & quæ ſanciuerat Sabbata tueri: ſed quia Deus peccato Iudæorum infenſus, eos ita puniri decreuerat. Vide quid interſit inter ſanctos quando affliguntur, & profanos. illi apud poetam querūtur quòd viſum ſuperis Priami gētem *immeritam* perdere, & inculcat quod ferus omnia Iuppiter Argos tranſtulerit. ſed iuſtus initiò eſt accuſator ſui. Sic Daniel cap. 9. 5. *peccauimus, iniquitatem fecimus, impiè egimus, & receſſimus, & declinauimus à mandatis tuis, & iudiciis. Non obediuimus ſeruis tuis prophetis, qui locuti ſunt in nomine tuo regibus noſtris, principibus noſtris, patribus noſtris, omnique populo terræ. Tibi Domine iuſtitia: nobis autem confuſio faciei, ſicut eſt hodie viro Iudâ, & habitatoribus Ieruſalem, & omni Iſrael, his qui prope ſunt, & his qui procul in vniuerſis terris, ad quas eieciſti eos propter iniquitates eorum, in quibus peccauerunt in te.*] vbi habes commentarium noſtri loci.

Analyſis. In quo tria dicuntur. primo fatetur grauiſſimum totius gentis peccatum, nempe idololatriam maxime ſub Manaſſe vt benè S. Thomas & habes. 4. *Reg.* 21. ideo dicit non, *peccando peccauit*; quæ phraſis ſignificat aſſiduitatem & continuationem: ſed dicit *peccatum peccauit*, nempe grande iuxta Chaldęum quod in ſacra Scriptura ſolet vocari magnum peccatum 4. Reg. 17. v. 21. de Ieroboam; *& peccare eos fecit peccatum magnum*. hoc eſt maximum: aut ſimpliciter peccatum, vt Eccleſi. 49. 5. *præter Dauid, & Ezechiam & Ioſiam omnes peccatum commiſerunt*. omnes Reges Iudâ fuerunt idololatræ præter hos tres. & ſimpliciter *malum* ſæpè d. c. 17. & alibi.

[Margin: peccando peccare. peccatum peccare. idololatria maximum peccatum. peccatum malum.]

Secundò addit pœnam, quòd idcirco gens vaga fuerit abducta in tranſmigrationem Babylonicam vt Deus minatus per prophetas, lege d. cap. 17. *Inſtabilis*) ſi animum ſpectes fluctuans inſtar Sali, Nam praua conſcientia ſemper perturbationibus quaſi fluctibus vt procel-

loſum

loſum mare agitatur,nec conquieſcit(ſic Origenes) LXX. in fluctuationem *εἰς ζάλον*;ſi corpus, quaſi tremens & trepidans inſtar Caini; ſi totam, vagabunda & errans, (ſic Chaldæus) & in alienam abducta region em.(ſic Olympiodorus.)

De Caino dicitur Gen. 4. 12. futurum *Na Vanad* נע ונד vagum & profugum vt noſter vertit, vnde patet plus ſignificari voce נוד *Nud* quam hic habemus quam voce נוע *Nua*,& hanc ſignificare generaliter moueri.illam celeriter agitari, & de loco in locum profugere, nec vſpiam poſſe conſiſtere, quod optimè quadrat noſtro loco quia verè quilibet peccator eſt inconſtans in ſuis omnibus, & vt epiſt. 1. ſcribit Horatius;non poteſt idem eadem probans horam durare: ſed mox ſua pugnat ſententia ſecum.Quod petiit,ſpernit,repetit quod nuper omiſit:Æſtuat & vitæ diſconuenit ordine toto:Diruit,ędificat,mutat quadrata rotundis.Nec Protei vultus mutabilior eſt huius animo. Paniguerola quia Hebræum ſignificat *commotionem*, vult ſenſum eſſe facta eſt omnibus in irriſionem,quia omnes ſuper eam mouerunt caput: eo quod mouere caput in ſacra Scriptura ſignificat irridere. hautdubia aliis locis hæc ſignificatio eſt vt pſ.43.15.*poſuiſti nos in ſimilitudinem gentibus,commotionem capitis in populis*] Sed iſto loco non video quo pacto conueniat noſtræ verſioni. Eſt qui hoc loco exponat *ſeparare*; ſed Agellius.
confundit cum voce נדה *Nadah* in hoc verſu non puto cōferri menſtruatæ,ſed in ſequenti.Hic tantum comparat ſemitariæ mœchæ vage impudentiſſimæ,quæ in omni angulo fornicatur,etiam in publica viâ, & quæ natura occuluit illa omnium oculis obiicit. Quæ altera pæna eſt, eo deueniſſe contemptus apud omnes propter magnitudinem impudentiæ & exprimitur, cum dicit, SPREVERVNT ILLAM QVIA VIDERVNT IGNOMINIAM EIVS]. Hebraicè Nuditatem, ſeu turpitudinem eius *Eratah*; Nam *Arah* ערה nudare & diſcooperire:& inde ערוה *Eruah* genitale membrum, quia turpe illud denudare. ſic ſumitur nuditas,ignominia, turpitudo Hebraicè Gen.9.22.& Latinè Exod. 20.26. & paſſim in Pentateucho & prophetis;ſed inde transfertur ad quamlibet rem vel actionem fœdam Retrorſum conuerti.
cuius aliquem meritò pudeat;& quam contectam & occultam homines ſolent optare.Deuteron. 23. 14. vbi iubet ad requiſita naturæ homines extra caſtra egredi,& egeſta humo operire, ne quid in caſtris appareat fœditatis.& 24.1.quilibet corporis deformitas ſic nūcupatur.

Ex his ſequitur tertium, nempe quod nec aliorum,nec ſuum ipſa conſpectum ferat.

GEMENS CONVERSA EST RETRORSVM] non quidem ad Deum præ contritione ob peccati deteſtationem (vt volunt Origines & Olympiodorus).Nam hoc eſſet antrorſum conuerti:nec ſolummodò præ doloris magnitudine identidem ad patriam oculos reflectens (vt Paſchaſius) nec (vt Agellius)præ pudore non ſuſtinens conſpectum notorum & vultum ab eis reflectens in partem aliam : Sed cum foret ita ſpreta ab omnibus ſi cui ſe adiungebat [ſtatim cum impetu (à rempuſones) pugnis cubitiſque repellebatur & quaſi in terram ſu-

pinabatur repulſa.pſ.39.15.*conuertantur retrorſum & reuereantur* pſ. 55. 10.*conuertentur inimici mei retrorſum.* vide s̄.v. 13. TROPOLOGICE de damnis quæ peccatum adfert multa hic Lateburius: hîc tres pœnas habes,inſtabilitatem,ignominiam & odium vniuerſorum.

Teth.
VERS.9.

VVLGATA. LXX.

TETH. Τήθ.

ט D.Ambroſio eſt *excluſio*; D.Hieronymo,*bonum*; Caninio,*in volucrum*; Zamorenſi,*lutum*; mihi,*ſordes*.Iſaaco *duæ*.

Continuatio. Quid aliud iſta quæ pingitur, quam *cænum* & ſi quid vilius? illa *bonum* omne amiſerat *excluſa* Dei gratiâ,illa ſe foris peccatorũ inuoluerat, vt diploide,vel faſcia pectorali.nonne hoc indicat cum dicit?

VVLGATA	LXX
Sordes eius in pedibus eius,nec recordata eſt finis ſui:depoſita eſt vehementer,non habens conſolatorem: vide Domine afflictionem meam, quoniam erectus eſt inimicus.	*Immunditia eius ante pedes eius:non eſt recordata nouiſſimorum ſuorum, & fecit ſe deſcẽdere immenſe: nõ eſt qui conſoletur eam. Vide Domine humiliationem meã; quoniã magnificatus eſt inimicus.*

EX Nouatoribus eſt,qui de ignominia pœnę capiat:meliùs cohærebit cum præcedentibus, ſi vt faciunt Patres & Rabbini,interpretemur de ignominiâ culpæ. Reddit enim rationé,1 quo factum modo vt hoſtes intelligerent eius fœditatem & turpitudinem,propter quam abominati illam. Quid inuidiſſent & ſpreuiſſent?tanta fuit profuſio illius in idololatriam, quanta mulieris menſtruo fluore redundantis ſpurcitia, cuius ſanies nec feminalibus, nec vllis ſtrophiis retineri poteſt,vt non ad ima vſque defluat:hoc primum membrum.2.reddit tantæ & tam effrontis impudentiæ rationem, ſtuporem mentis & nouiſſimorum obliuionem.3.nihil mirandum (dicit) ſi prodigioſæ nequitiæ condignâ reſpondente pœnâ in acerbas querelas eruperit.

Analyſis.

Menſtrua vocãtur ſordes & immunditia.

SORDES EIVS.] Hebraicè טמאתה Tumah.LXX. ἀκαϑαρσία, menſtrua fœditas,quæ ſordis & immunditiæ vocabulis ſolet exprimi Iſai. 4.4. ſi abluerit Dominus ſordes filiarum *Sion*. Ezechiel 24. 13. *immunditia tua execrabilis:quia mundare te volui & non es mũdata à ſordibus tuis.*Leuit.15.30.*profluxu immunditiæ ſuæ.* Mulier enim menſtruata ex lege immunda reputabatur,& à templo arcebatur. *Sordis* nomine hic ſenſu hiſtorico Idola ſignificantur,vt etiam alibi.Exo.32.25.*propter ignominiã ſordis*,id eſt eo quod ſe idoli cultu maculaſſent. Deut. 29.17. ſic explicat ipſe Moyſes,*vidiſtis abominationes & ſordes,id eſt,idola eorũ.*

Idola ſordes.

IN PEDIBVS.] ſubauditur oculis omnium conſpicuæ. ſignificat non conatos eluere pœnitentia,nec etiam vitare ſcandalum aliorũ;ſed

inſtar

inſtar viliſſimi ſcorti de ſcelere gloriatos: Iſai.3.9. *peccatum ſuum quaſi Sodoma prædicauerunt, nec abſconderũt*. Pro *pedibus*, Hebraicè eſt vocabulum שול *Sul*, quod Chaldæus & Rabbini, & recentiores vertunt orã ſeu fimbrias veſtimẽti; noſter aliquãdo vertit, *quæ ſub pedibus*, vt Iſai.6.v.1. aliquando *pedes* vt hic; aliquando *famora* Iſai.13.22. aliquando *verecundiora, & pudenda*, ibidem; & Nahum. 3.5. Significat propriè partes imas, ſiue corporis, ſiue indumẽti: & *pedum* nomine Hebræi indicant, quicquid ſub ventre eſt, ſic enim Iſaias 7.20. aſſerit radendos nouacula *pilos pedum & barbam vniuerſam*. & Ieremi. 2. 25. *prohibe pedem tuum à nuditate*, de qua re multa diligenter, inſignis Sacræ ſcripturæ & lucul&etus interpres, Pineda noſter in Iob.c.31.10. cui addo illud Apollinis Ægeo reſponſum, apud Plutarchũ in Theſeo.

Pedes quid in S.S.

Ἀσκοῦ τὸν προύχοντα πόδα, μέγα φέρτατε λαῶν
Μὴ λύσῃς πρὶν δῆμον Ἀθηνῶν εἰσαφικέσθαι.

Vtris prominentem pedem, multùm optime populorum
Ne ſoluas, priuſquàm ad plebem Athenarum perueneris.

De quo Muretus lib.1. var. lectionum. Sed hoc noſtro loco, *pedes* capio propriè, vt explicui.

Nec recordata est finis svi] ad hunc ſtuporem & inuerecundiam deuenit, quia memoriam cogitationemque omnem mortis, & quæ conſequuntur illam, animo eiecerat: nam peccato ſe abſtinent, qui nouiſſima memorantur, *Eccleſi.7.v.vlt.* & hi demum ſapiũt, Deutero.32.29. vbi prophetice hanc obliuionem indicat Moyſes; *vtinam ſaperent, & intelligerent, & nouiſſima prouiderent.* Ipſos quoque Principes eò liberiùs peccaſſe, quòd Athæi forent, quia non credebant Deum humana curare vel punire docent prophetæ, *Ezech.8.12. & Sophon.1.12.*

Nouiſſimorũ memoria.

Deposita] LXX. *deſcendit immenſa.* καθέβιβασεν ὑπέρογκα. deiecit ex gradu ſummo in immenſam abyſſum miſeriæ. noſter vtitur voce *deponendi*, vt oſtendat non ſolum robore, ſed & iuſtitiã vſum, de throno ſuperbiæ deturbaſſe. pſal.58.12. *diſperge illos in virtute tua, depone eos.* Luc.1.52. *depoſuit potentes de ſede.*

Deponere.

Vehementer] Hebraicè *Pelaim* פלאים, *mirabilibus*; nomen pro aduerbio ſicut & apud LXX; pro *mirabiliter*, ideo benè noſter: vehemens enim hæc ruinâ & q. prodigioſa.

Nomen pro aduerbio.

Vide] Nec Deus (ait) illam conſolatur, quia ad Deum non ritè cõuertitur. dolet & lamẽtatur, non quòd peccaſſe pæniteat, ſed quia affligitur. nõ quòd Deũ offẽderit, ſed quia cruciatur: ſicut & in Euãgelij Hiſtoria diues epulo, quia cruciabatur à flammâ. Sanè non ſe, ſed hoſtes accuſat; poſtulat vindictam, & nõ promittit emendationẽ. talis iſta oratio populi: cui malo tribuere, quam (cum Olympiodoro) prophetæ, ex affectu caritatis pro populo orãti. quod parũ cohæret. Vide ponit pro auxiliare, & de afflictione eripe, explicatur hoc pſ. 30.8. *reſpexiſti humilitatem meam, ſaluaſti de neceſſitatibus animam meam &c.* Dan.9.18. *vide deſolationem noſtram.*

Videre.

Erectvs est] me deiciſti, illũ exaltaſti, qui abuſus beneficio tuo ad ſu

ad ſuperbiam, magna ſuper me loquitur, cum iniuriâ tuâ, dicens; *manus noſtra excelſa, & non Dominus, fecit hæc omnia.* Deutero. 32. 27. hæc eò diriguntur, vt Dei in victores iracundiam prouocent.

Tropologice de ſordibus capitis, manuum, & pedum D. Ambroſius in pſ. 36. 5. Leo ſerm. 1. de paſcha. & B. Bernardus ſer. de ablutione pedum. De ſpirituali depoſitione Rupertus hic.

Vers. 10.

VVLGATA.	LXX.
IOD.	*ἰώθ.*

D. Hieronymus exponit *principium*; S. Ambroſius *deſolationem* & *confeſſionem* vt & Iſaac; Zamorenſis *laudem*; Caninius *manum*; alij *ſpacium*.

Cōtinuatio. *Deſolatio* Iudæorum, non ſuffecit, vt inciperent ſapere, & *principium* ſapientiæ amplexi, Deum timentes, peccatum ſuum *confiterentur*, hoc eſt *laudem* ſeu gloriam Deo darent, largum pœnitendi *ſpacium* tribuenti. ideo poſt irruptionem permiſit Deus, vt hoſtis, nec ſacris quidem manu parceret. nam,

VVLGATA.	LXX.
Manum ſuam miſit hoſtis ad omnia deſiderabilia eius: quia vidit Gentes ingreſſas ſanctuarium ſuum, de quibus præceperas ne intrarent in Eccleſiam tuā.	*Manum ſuam extendit tribulans ad omnia deſiderabilia eius: vidit enim gētes ingreſſas in ſanctuarium eius, quas præceperas non intrare eas in Eccleſiam tuam.*

Analyſis. TRIA ſunt verſ. huius membra, indicatur nouum peccatum Iudæorum, & eius pœna, & iniuſta expoſtulatio cum Deo

1. pars. peccatum fuit, quia contra Dei præceptum Gentes idololatras, fœderatas, permiſerunt in partem templi interiorem ingredi

In templū quibus non licebat ingredi. Ezechiel. 44. 7. *Sufficiant vobis omnia ſcelera veſtra domus Iſrael: eo quòd inducitis filios alienos incircumciſos corde, & incircumciſos carne, vt ſint in ſanctuario meo, & polluant domum meam,* &c. quod vt intelligatur, ſciēdum ab ea parte templi vbi Sancta Sanctorum, omnes arcebantur præter ſolum Pontificē ſemel in anno: à ſancto, omnes qui Sacerdotes nō erāt; ab interiore atrio, omnes qui nec Sacerdotes nec Leuitæ (de quo dixi ad Hebr. 9.) ab exteriore atrio Iudæorū, omnes gētes & incircumciſi; ab atrio verò profano, ſeu gentium ſoli Ammonitæ & Moabitæ in æternum arcebantur *Deuter. 23. 3.* Idumæi & Ægyptij expreſsè à Deo iuſſi admitti *ibid. v. 7.* poſt tertiā generationē: hos tamē, vt & Chaldæos Iudæi quadam vſurpatione in perpetuum excludere

peccatum. conabātur quaſi foret contra legem, *vt patet Act. 21. 28.* Et nihilominùs fauore & gratiâ cum quibuſdam, vt dixi, diſſimulabant: & ideo

ideo meritò in quo peccarant puniti, vt notauit S. Gregor. Nazianzen. *Orat.* 1. *de Pace.*

Secunda pars pœnã continet, nẽpe quòd qui cùm poſſent, eos non arcuerunt; cùm vellent, non potuerunt: ſed Chaldæi, & qui ſocij eorum Moabitæ, Ammonitæque in ipſa penetralia templi irruperunt, & ſacra omnia profanè contrectarunt, ac diripuerunt, vt docui in c. argumento & R. Salomon ſcribit Ammonitas & Moabitas combuſſiſſe libros legis. *2. pars. pœna.*

Tertia pars continet lamentationem populi improbi pergẽtis cum Deo expoſtulare, quod non dederit illis robur ad reſiſtendum; & talia fieri permiſerit: & latenter inſimulant eum pacti non ſeruati, & non præſtitæ promiſſionis de perpetua templi conſeruatione, prout ipſi intelligebant illa 2. Paralip. 7. 16. ***Elegi enim & ſanctificaui locum iſtum, vt ſit nomen meum ibi in ſempiternum, & permaneãt oculi mei & cor meum ibi cunctis diebus***] Sic ſolẽt impij culpã ſuam regerere in Deum. *3. pars. expoſtulatio.*

DESIDERABILIA] arcam, tabernaculum, altare; candelabrum, & cetera vaſa atque ornamenta tẽpli, quæ à Iudæis in magnâ veneratione habebantur (*Sic Origenes*:) & opere ac pretio ſuo concupiſcibilia hoſtibus. *Deſiderabilia.*

EIVS] Ieroſolymæ. affixum Hebræum eſt fœmininum.

VIDIT] ipſa Ieruſalem, Metonymicè pro ciuibus.

GENTES] incircumciſos quos dixi, vt benè Origenes. Paſcaſij, Ruperti, Richardi & aliorum expoſitio de profanè viuentibus eſt Tropologica.

SVVM] quod ipſi hoſtes victoriæ iure iam *ſuum* reputabant: & profanatione deſierat eſſe Dei.

DE QVIBVS] hinc tertia pars incipit: q. d. cum præceperis, cur non tueris legem quam tuliſti, ô Deus.

TROPOLOGIAM pete à Ruperto hic, & D. Ambroſio ſerm. 10. in pſal. 118.

VVLGATA	LXX.	VERS. 11.
KAPH.	χάφ.	

כ D. Hieronymo & Iſaaco ***manus***, D. Ambroſio ***curuati ſunt***, Zamorenſi ***humiliatio*** & ***nubes***, Caninio ***palma*** ſeu ***vola manus*** ceteris ***quæuis res curua.***

Nube quadam miſeriæ & mæroris obducto animo, & ***fame humiliati***; par ſtipem porrecta ***vola manus*** corpore ***incuruato*** petebant, pars ſiliquas & putamina in ſolo iacentia capite demiſſo quærebant, & inuenta celeriter ***manu*** rapiebant. *Continuatio.*

Omnis populus eius gemens, & quærens panem,	*Omnis populus eius gementes quærentes panem : dederunt*

dederunt precioſa quæque pro cibo ad refocillandam animam. Vide Domine & conſidera, quoniam facta ſum vilis.

runt deſiderabilia eius incibum ad reuocandam animam Vide Domine, & conſidera, quoniam facta eſt vilis.

Analyſis.

INITIO verſus iterum interloquitur propheta, & grauem totius populi deſcribit famẽ: & poſtea in fine ponitur oratio populi: atque ita ſunt duę partes verſiculi vnius, & perſonarũ mutatio, quæ in ſequentibus quoque verſibus aliquoties occurret.

Cauſa famis.

Continuis Iudææ bellis & vaſtationibus, vt fieri neceſſe eſt, agri iacebãt inculti, & ideo fames inualuerat. vaſtata fuerat Iudæa à Sennacherib, & Ieroſolyma obſeſſà, fœdã paſſa famẽ: mox iterũ vaſtata & capta à Pharaone Necao: paullo poſt ſtatim ab exercitu Nabuchodonoſor bis, primo quãdo Ioachaz filiũ Ioſiæ abduxit; & iterum quando Ioachin nepotem Ioſiæ abduxit.

Populus gementes. Precioſa pro cibo vili.

OMNIS] etiam diuites & nobiles. GEMENS] Hebraicè eſt *gementes.* conſtructio qualis illa pars in fruſta ſecant. PRECIOSA] Supellectilẽ optimam, & etiam filios, & ſeipſos in ſeruitutem vendentes, ſicut Aegyptij offerebant Ioſepho, Geneſ. 47. 19. *eme nos in ſeruitutem regiã.*

Reducere animam. reducere pro conſeruare. Anima pro vita.

AD REFOCILLANDAM ANIMAM] Hebraicè eſt, *ad facere redire animam*, ſeu *ad reducendum Lehaſib Nephes* להשיב נפש. reducere pro conſeruare: & animam pro vita, quæ ſunt creberrima.

FACTA SVM] q.l. LXX. *facta eſt*: ſed melius alij cum Theodoreto vt noſter. *ſum.*

In fame ſordidi cibi expetuntur.

VILIS] LXX. ἠτιμωμένη. inhonorata, Chaldæus. *voratrix. Gargueranitha.* גרגרניתא. in eo igitur hæc vilitas poſita, quod quæ olim ad cupedias nauſeabat, nunc aſinorũ capitibus columbarũ ſtercoribus, & ſordidiorib. inhiabat. vt narratur de Samaria obſeſſa 4. Reg. 6. & 25. de Hieroſolymâ tẽpore Ezechiæ 4. Reg. 18. 27. dicit Rabſaces; *ad viros qui ſedẽt ſuper murũ, vt comedãt ſtercora ſua, & bibãt vrinã ſuã.* propter hæc ſimilia fames à Marone vocatur *obſcœna.* potiſſimũ tamẽ propter illuuiem vteri proprij, quas in delicijs fore legimus Deutero. 28. 56. *Tenera mulier & delicata quæ ſuper terrã ingredi nõ valebat, nec pedis veſtigium figere propter mollitiem & teneritudinem nimiam inuidebit viro ſuo; qui cubat in ſinu eius, ſuper filij & filiæ carnibus, & illuuie ſecundarum quæ egrediuntur de medio feminum eius.* &c.

TROPOLOGICE quædam D. Gregorius lib. 33. Moralium cap. 26. Hilarij quoque verba ad pſ. 58. huc poſſunt iſto ſenſu accommodari.

VVLGATA.

LAMED.

LXX.

λάμεδ.

VERS. 11. ל Ambroſio, *cor* vel *ſeruo*; Hieronymo & Zamorenſi, *cor* vel *diſciplina*; Caninio, *ſtimulus*; alijs, *veru*; Iſaaco, *doce.*

Lamed igitur quaſi *ſtimulus* vel *veru*; auditorum & ſpectatorum *corda* fodicat, admonens & docens vt admoniti periculo & damno alieno, *diſciplinam* Dei amplectantur, ne ſimilia peccantes ſimilia ſupplicia ſubeant. ideo orditur ab exhortatione. Cõtinuatio.

O vos omnes, qui tranſitis per viam, attendite & videte: ſi eſt dolor ſicut dolor meus: quoniam vindemiauit me, vt locutus eſt Dominus in die iræ furoris ſui.

Qui ad vos, omnes, qui tranſitis per viam, conuertite vos, & videte, ſi eſt dolor iuxta dolorem meum, qui factus eſt. Loquutus in me humiliauit me Dominus in die iræ furoris ſui.

DVo dicit: proponit ſpectandam miſeriæ magnitudinem, & fontem eius oſtendit. illam dicit incomparabilem, hãc ait eſſe Dei minarum veritatem, & iudicij ſeueri diſtrictionem. Verba ſatis clara ſunt, ſed à Nouatorum calumniis verſio noſtra eſt defendenda. Analyſis.

Primò pro *ô vos*, Hebraicè eſt *Lo' Alechem* לוא אליכם, quod Arias vertit, *non ad vos*; Pagninus, *non ſit vobis graue*, quaſi dicat, ita vobis nihil ſimile eueniat, vt miſerti fueritis mei, *ſic exponit Clarius*. LXX. vertunt, οἱ πρὸς ὑμᾶς, *qui ad vos*. quod valdè obſcurum eſt: Ant. Agellius corrigendum putat εἰ πρὸς ὑμᾶς, *ſi ad vos*. q. d. vtinam ad vos qui per viam tranſitis dolor meus perueniat, ita vt petitio mea vobis placeat, vtinam exorem: qui poteſt eſſe ſenſus noſtræ verſionis. Nec diſplicet coniectura Figueiri, qui corrigit οὐ πρὸς ὑμᾶς, *Ne ad vos*: vt ad verbum eſt Hebraicè. Noſter breuitati ſtuduit, contentus particulâ inuocandi, ſubaudiendo tacitam, ſed blandam adiurationem; q.d. Sic precor vobis meliora, meis ſucceſſibus. Sic Chaldæus; *Asbeeth Lechon* אשבעת לכן adiuro vos. Ne ad vos formula precandi cum adiuratione. Verſio LXX. correcta.

QVI TRANSITIS] quamtumuis feſtinetis, declinate paululum, & ſubſiſtite, & conſiderate magnitudinem afflictionis meæ, videre ſpectaculum inſolitum.

SI EST] Hebraiſmus, pro *quia non eſt*. Sic Dan. 9. 12. docet nullam gentem acerbiora paſſam: *ſuperinduceret in nos magnum malum, quale numquam fuit ſub omni cælo ſecundum quod factum eſt in Ieruſalem.* Hebr. Si pro non.

SICVT DOLOR] Sic LXX. Reg. & Complut. ὡς ἄλγος. Aldi. & Rom. κατὰ τὸ ἄλγος. *iuxta dolorem*. Senſus idem eſt.

VINDEMIAVIT] aliquando ſumitur vox iſta propriè de primâ vuarum collectione; & quidem de hac ipſa vineâ ſeu Synagogâ, pſa. 79. 13. *vindemiant eam omnes qui prætergrediuntur viam.* Apoc. 14. 18. *Mitte falcem tuam acutam & vindemia botros vineæ terræ, quoniam maturæ ſunt vuæ eius.* Vbi Græcè habes verbum τρυγάω Hebraicè eſt ארה *Arah* decerpere colligere. Aliquando ſignificat ſecundam reliquiarum. Vindemiare.

Racemare. rum collectionem, quod Latinè dicimus *racemare,* ſic hoc loco accipiendum, quaſi dicat nihil nec diuitiarum, nec honoris, nec Sacrorum manet reliquum. nam reſiduum quod non abſtulerat Nechao, abſtulit Nabuchodonoſor. Sic accipiendam vocem *vindemiandi,* patet ex Hebræo *Olal* עולל, quam id ſignificare facilè deprehendes ſi

עידל

Leuit. locus. 19.10.

contuleris fontem cum verſione noſtrâ, Leuit. 19. 10. vbi agitur de racematione & ſpicilegio: *cúmque meſſueris ſegetes terræ tuæ, non tondebis vſque ad ſolum ſuperficiem terræ: nec remanentes ſpicas colliges. Neque in vineâ tuâ racemos & grana decidentia congregabis, ſed pauperibus & peregrinis carpenda permittes*] ſcilicet vt poſtquam tu vindemiam feceris, illi racement. Hebraica enim ſonant, & vineam tuam non racemabis & eſt

Locus Ier. 6.9.

idem vocabulum עולל. Nam Ieremiæ 6.9. *vſque ad racemum colligent* „ *quaſi in vinea reliquias Iſraël:* Hebraicè, racemando racemabunt velut „ vineam reſiduum Iſraël. *Olel Ieollu* עילל יעוללו. nec acinum vnum relinquent. Sic noſter ſolet accipere *Vindemiare,* in his threnis 1.v.22. *vindemia eos ſicut vindemiaſti me.* & cap. 2.20. *conſidera quem vindemiaueris ita.* Confirmant LXX. qui hoc loco (prout legit Theodoretus) verterunt ἐπιφυλλισέ μοι, vt verterunt etiam d.v.20. & d.v.22. hoc loco alij legunt, ἐταπείνωσεν, *humiliauit.*

Loqui ſuper aliquem.

Vt locvtvs] vide v. 5. Sic Dan. 9. 11. de Deo: *ſtatuit ſermones ſuos, quos locutus eſt ſuper nos, & ſuper principes noſtros, qui iudicauerunt nos, &c.*

In die] hoc iungendum, non cum *locutus,* ſed cum *vindemiauit.*

Ira furoris Dei. Fumus naſi. Comparatio flammæ & iræ.

Iræ fvroris] Ira furoris ſignificat rigidam & ſeueram Dei vindictam, & illud iudicium quod ſolet miſericordiæ opponi: Hebraicè habemus *Charon Apho* חרון אפו excandeſcentiæ naſi, hoc eſt iræ inflammatæ & vehementer accenſæ. Solent enim iratorum nares dici fumare. Iob. 41. 11. *de naribus eius procedit fumus.* 2. Reg. 22. 9. *Aſcendit fumus de naribus eius.* de quo dixi multa in Adagiis ſacris §. 154. Loquitur Ieremias de irâ Dei, velut de flammeo halitu materiam aridam afflatu conſumente, vt Moyſes Exod. 15. 7. *Miſiſti iram tuam, quæ deuorauit eos ſicut ſtipulam.* Pro *racemauit,* hoc loco noſtro Symmachus vertit, *excoxit me* ἧψέ μοι, arefecit. Meliùs iam intelliges cur dictum Ierem. 10. 24. *corripe me, Domine veruntamen in iudicio, & non in furore, ne forte ad nihilum redigas me:* vt ſtipulam vel limum flamma. Vbi *iudicium* pro clementiâ poſitum, quia furori, & non miſericordiæ, oppoſitum.

Symmachi locus. Locus Ieremiæ. 10. 24. Iudiciũ pro clementia.

Mystice. Lateburius de animâ in lethali culpâ moriente hunc locum elegànter *ſecundùm Anagogiam* explicat cap. 39. & 40. de B. Virgine compatiente, & de Christo patiente ſenſu *accommodatiuo* cap. 41. poteris etiam *Tropologicè* de perſeuerante in peccatis homine: de quo & ſequitur,

Vvlga

VVLGATA. LXX. VERS. 13
MEM. μήμ.

מ D. Ambroſio *ex intimis* vel *ex vltimis*; Hierony mo & Iſaaco, *ex ipſis*; Zamorenſi, *aliquid*; Caninio, *macula* eſt.

Non paruum *aliquid*, ſed ingens malum luget, (ſicut ſumimus cum dicimus, *eſſo ſi que es algo*, hoc verè aliquid eſt) quæ ob inolitam longâ conſuetudine peccati magni *maculam*, *ex ipſis intimis* ſeu *vltimis* viſceribus meritò planctum ducens continuabat. Continuatio.

De excelſo miſit ignem in oſſibus meis, & erudiuit me: expandit rete pedibus meis, conuertit me retrorſum; poſuit me deſolatam, tota die mouere confectã.

De excelſo ſua miſit ignẽ, in oſſa mea deduxit eum: expandit rete pedibus meis: conuertit me retrorſum: dedit me deſolatam, tota die mœrore confectam.

NVNC memorat multiplicem iræ illius diuinæ effectum. Primò robur omne conſumpſiſſe. Secundò fugæ omnẽ viam obſepſiſſe, & in terram proſtrauiſſe prehenſam, Tertiò ſic iugi oppreſſam mærore & deſolatione. Analyſis.

DE EXCELSO] cæleſtis prouidentiæ decreto, altiſſimi furor accenſus me fulminauit. nam *miſit ignem in oſſibus* hoſtibus meis faces accendit, quibus non cutem modò & carnem (hoc eſt villas & vicos Iudææ parum munitos) ſed arces quoque & oppida caperet diruerent, incendio abſumerent. *Sic Origines & Tharg. Chaldaicum.* conſtat hoc à Sennacherib, & priore aduentu Nabuchodonoſor factum, & oſſium nomine in ſacra Scriptura robuſtiora quæque comprehendi, quia reſpub. corpori humano comparatur, in quo oſſa ceteris membris ſunt fortiora. Poſſunt etiam intelligi Principes & optimates populi qui partim occiſi partim abducti fuerunt: de quibus exponunt D. Bonauentura & alij. Sicut ſumi volunt in Ezechiel. cap. 24. 4. *Pone ollam, pone inquam: & mitte in eam aquam. congere fruſta eius in eam, omnem partem bonam, femur & armum, electa & oſſibus plena. Pinguiſſimum pecus aſſume, compone quoque ſtrues oſſium ſub ea: efferbuit coctio eius, & diſcocta ſunt oſſa illius, in medio eius.*] & verſ. 10. *congere oſſa, quæ igne ſuccendam: conſumentur carnes, & coquetur vniuerſa compoſitio, & oſſa tabeſcent.* Vbi lege commentar. Hieronymi de Prado. Verùm tunc *ignis* apud Ieremiam capiendus eſſet Metaphoricè, pro tribulatione magnâ, quod in ſacris litteris frequentiſſimum eſſe norunt omnes. Dixi *fulminauit*, quia ſic comparatio elegantior. nam fulmen parcit mollioribus, & duriora conſumit, vt gladium illæſâ vaginâ, oſſa carne intactâ. Nabuchodonoſor paupe-

Oſſa. Ignis. Fulminis. comp.

ribus terræ pepercerat, Principe et afflixerat.

Erudire. ERVDIVIT ME] corripuit, caſtigauit, afflixit, vt vexatio daret intellectum: docuit ſe non impunè contemni aut à peccatoribus laceſſiri. Hebræum *Rada* רדה ſignificat dominari & humiliare, inde extenditur ad caſtigare, & erudire, quia ſacra Scriptura hæc omnia pro iiſdem ſolet vſurpare, quoniam vnum eſt cauſa alterius. Iſai. 8. 11. *in manu forti erudiuit me.* Ierem. 31. 18. *caſtigaſti me, & eruditus ſum, quaſi iuuenculus indomitus.* Sic etiam caſtigatio nomine *diſciplina* donatur paſſim.

רדה

Diſciplina.

Vt reti cingere, Adag. EXPANDIT RETE] omnes ſemitas interclùſit, ne qua fugiendi via pateret. ſumpta comparatio à venatoribus, qui ſiluas cingunt indagine, ne vllæ feræ euadant. Sic hoſtes cinxerunt Ieroſolymam. comparatio exſtat. 2.Reg.17. 13. *Quod ſi vrbem aliquam fuerit ingreſſus, circumdabit omnis Iſraël ciuitati illi funes, & trahemus eam in torrentem.* phraſis exſtat, Oſee. 7. 12. vbi Deus: *& cùm profecti fuerint, expandam ſuper eos rete meum: quaſi volucrem cæli detraham eos.* Ezech. 12. 13. *extendam rete meum ſuper eum, & capietur in ſagenâ meâ.* & iiſdem verbis repetit. cap.17. 20. cap. autem 19. 8. *Conuenerunt aduerſus eum Gentes vndique de prouinciis, & expanderunt ſuper eum rete ſuum, in vulneribus earum captus eſt. Et miſerunt eum in caueam,* &c. cap.32. 3. *Expandam ſuper te rete meum in multitudine populorum multorum, & extraham te in ſagena mea. Et proiiciam te in terram, ſuper agri faciem abiiciam te.*] Ex quibus verbis vltimis interpretor quod hîc ſequitur.

Cōuerti retrorſum. CONVERTIT ME RETRORSVM] quaſi pugno vel cubito repulſam detruſit in ſolum. *Vide ſup. verſ.* 8. Olympiodorus exponit metaphoram. ex proſpero ſtatu in infelicem: meliùs, quàm Chaldæus, vt hoſtibus terga darem. Præcluſa erat fugæ via: & ipſo reti periculum ineuitabile ſignificatum iuxta Olympiodorum & Theodoretum.

Ponere. POSVIT ME DESOLATAM] abductis ciuibus deſolauit, & mœrore impleuit. Hebraiſmus, *dare* ſeu *ponere* pro facere, ſeu (vt vult Olympiodorus) oſtendere ſeu exhibere talem. Sic Ierem. 12. 10. *dederunt portionem meam deſiderabilem in deſertum ſolitudinis. Poſuerunt eam in diſſipationem, luxitque ſuper me: deſolatione deſolata eſt terra.*]

Deſolatum.

Vindictæ Dei comparationes. TOTA DIE] iugiter. Nota diuinam vindictam comparari igni, illaqueationi, ſubiugationi, calcationi, & expreſſioni vuarum in torculari. vide Thren. 3. in Daleth.

TROPOLOGIAM pete à D. Hieronymo. nam quas Richardus & Rupertus tradunt, parùm conſentaneæ ſunt contextuj. Meliùs de multiplici igne, & variis retibus vitiorum diſſeruit Lateburius cap. 46. cum duobus ſequentibus, allegoriam idem tradidit cap. 45. & 44.

VVLGA

VVLGATA.	LXX.
NVN.	*νοῦν.*

נ D. Ambroſio *vnicus*; vel *paſcua eorum*; Hieronymo *ſempiternum:* Zamorenſi, *Filiatio* vel *progenies*; Iſaaco, *proles*, Caninio *piſcis*. VERS. 14.

Sic quaſi *piſcis* capta Ieruſalé in ſagena: & *Filiis*, ac *progenie* ſua priuata, Regem captũ, vt *vnicum* luxit, & *principes* vt arietes emaciatos, quia defecerant *paſcua eorum*: (ſ. v. 6. (ideò meritò metuebat ne hæc calamitas *in ſempiternum*, duraret. Denique *Nun* נ iugo ſimilis. Cõtinuatio.

Vigilauit iugum iniquitatum mearum: in manu eius conuolutæ ſunt & impoſitæ collo meo: infirmata eſt virtus mea: dedit me, Dominus in manum, de qua nõ potero ſurgere.	*Vigilauit ſuper impietates meas: in manibus meis complicatæ ſunt: aſcenderunt ſuper collum meum. Infirmata eſt virtus mea: quia dedit Dominus in manibus meis dolores: non potero ſtare.*

NVNC exprimit, quo pacto illam Deus ſeruituti mancipauerit. Primò fruſtrà conatam ſe libertatem priſtinam conſeruare. 2. Virium priuationè cognita valdè perturbatam. 3. Deſperare remedium. Analyſis.

VIGILAVIT] Hæretici hic multa culpant. Caluinus & Mercerus: quòd noſter legerit נשקד *Niſchad*, cum *Scin* ſtridulo, pro *Niſcad* cum leni, quod ſignificat *ligatum eſt*. Kyberus quod verbum Hebræum paſſiuum reddiderit per actiuum. Rabbini, quos multi recentiores ſecuti, quòd crediderit eſſe Niphal, quo ipſi contendunt verbum iſtud carere. Ad primum reſpondeo cum D. Hieronymo LXX. legiſſe cum *Scin*, & ideò potiùs credendum hodie in libris Hebræis malè ſcribi cum *Sin*, quam LXX. & Hieronymum alucinatos. Ad ſecundum ab eo ſupponi falſum, nempè legi *Sakad* & non *Schakad*, quod eſt actiuum & non paſſiuum, & propenſum animum, ac alacritatem ad aliquid denotat, attendit, vacauit, intentè obſeruauit. Ad tertium etiamſi hoc tantum loco in Niphal reperiatur, id ſufficere, vt credamus potiùs eſſe Niphal verbi *Schakad*, quam rapi nos ſinamus per deuia coniecturalium ſomniorum Abenezræ, Iarrij, & Kimhi, apud Pagninum in שקד. Deinde R. Ioſeph idem ſenſit quod LXX. & (teſte Petro Figueiro) quidam codices Hebræi Danielis 9.14. non ישקוד *Iskod*, ſed נשקד *Niſchad* habent, vt noſter hoc loco, cui tam fauet Chaldæus, quàm aduerſariis, cùm vertit, *Aggrauatum eſt*. Quod verò quidam vertunt, *punctis quibuſdam deſignatum eſt*, nimis longè accerſitur, alioqui ſenſu non incommodo deſignatur Deus peccata quaſi numerare, & ſingula in tabellas referre, & poſtea velut in faſcem conuoluta iugo appoſita humeris imponere, vt obſeruat Paniguerola. Porrò *Vigilare* dicitur Deus,

Vigilare, שקד. Ligari, שקר. Lectio Hebræa verior contra Nouatores.

Vigilare Dei quid.

quando reipſa oſtendit ſe diligenter & ſerio ad puniendum ferri, ſicut dicitur dormire, quando diſſimulat & differt vltionem peccatorum, vt benè D. Hieronym. hic & ad d. cap. 9. Daniel. v. 14. vbi legitur. *Vigilauit Deus ſuper malitiam & adduxit eam ſuper nos.* Pſalm. 77. verſ. 65. *Excitatus eſt tanquam dormiens Dominus, tanquam potens crapulatus à vino.* Ierem. 1. 11. *Virgam vigilantem, ego video,* feſtinantem protrudere vindictam, ſicut ſolet amygdalus præcox eſſe ad floritionem; quæ comparatio ex LXX. illic colligitur, & ex Kimchi in libro radicum. Sic dict. cap. 1. verſ. 12. *Benè vidiſti, quia vigilabo ego ſuper verbo meo, vt faciam illud.* Vt quod minatus, celeriter exſequar. & cap. 44. verſ. 27. *Ecce, ego vigilabo ſuper eos in malum.* Continetur hoc verſiculo perelegans comparatio. *Si iugum iniquitatum* ſumas pro ipſa vindicta peccati, ſicut ſolet ſumi peccatum pro ſupplicio, vt cauſa pro effectu. Deuter. 23. 21. *Reputabitur tibi in peccatum,* cenſeberis meritus pœnam: & 24. 15. *ne clamet contra te ad Dominum, & reputetur tibi in peccatum.* Leuit. 22. 9. *Cuſtodiant præcepta mea, vt non ſubiaceant peccato, & moriantur in ſanctuario.* Tunc comparatur ipſa hæc pœna, amygdalo vt dixi, quæ pridie quaſi arida & emortua feſtinat ſtatim gemmare & efflorеſcere. Sic pœna ſubitò & repentè irruit ſuper Ieroſolymã, quæ & ab Ægyptiis & Chaldæis ſubiugata, tributis oppreſſa fuit. Deinde redditur ratio, cur tam velox vltio iſta & tam inopinata: quia qui inflixit, robuſtiſſimus eſt, & eius manum nemo poteſt effugere: tunc comparatur Deus agricolæ tauros feroces ſubiuganti: qui principio, feſtinat taurorum cornibus iugum forti, ac tenaci loro alligare. Sic Ierem. 28. 14. inquit, *iugum ferreum poſui ſuper collum cunctarum gentium.* & cap. 27. iubet Ieremiã vincula & catenas mittere ad omnes Reges, verſ. 3. Quos ait ſe velle curuare collum ſuum ſub iugo Regis Babylonis, & ſeruire illi, *verſ.* 8. *&* 11. de hoc ergo iugo nunc loquitur. Deinde ſi videat agricola tauros eſſe proteruos & calcitroſos, lorum contortuplicat circum iugum, & circum brachium ſuum: & conuoluit quaſi propagines vitis (ait Chaldæus) & manu fortiter retinet, vt non modò nequeãt iugum excutere, ſed præterea cogantur manui habenas tenenti obedire. Sic ait; IN MANV EIVS CONVOLVTÆ SVNT, &c. implicauit lora circum ceruicem Ieruſalem: & ideò non poterat iugum excutere, niſi lorum è manu tenentis eriperet: Verùm vt eſt in adagio, faciliùs Herculi clauam extorqueret, quàm vindictam Deo; qui dixit; *Ego occidam & ego viuere faciam, percutiam & ego ſanabo, & non eſt quis de manu mea poſſit eruere.* Deut. 32. 39.

Dormire Dei.

Cõparatio amygdali.

Peccatũ pro pœna.

Cõparatio ſubiugantis taurum, & Dei.

INFIRMATA EST VIRTVS] conata fui iugum Babyloniorum excutere, ſub Rege Ioachaz; ſed irrito niſu, contra ſtimulum calcitraui, & ideò adhuc imbecillior reddita ſum; Ioachin & principibus, & omni robore virorum abducto. Hebraicè eſt; *corruere fecit robur meum, debilitauit me prorſus.*

IN MANVM] dominium & poteſtatem.

DE QVA NON POTERO SVRGERE] accipiunt de vaſtatione per

per Romanos, à qua numquam liberati; ſed hoc loco non propheta vaticinatur; verum populus loquitur, & deſperat de liberatione, vt ſolent miſeri, de quibus Seneca in Hercule Furente, Miſeri deſperant meliora.

» *---quod metuunt nimis*
» *Numquam amoueri poſſe, nec tolli putant.*
» *Prona eſt timori ſemper in peius fides:*

& Statius 3. Thebaid.

» *Peſſimus in dubiis augur timor.*

Tropologice Nectit ſibi peccator funem ſeu cathenam qua collum onuſtus in die tremendi iudicij detrahetur in infernum, ſub manu diaboli de cuius poteſtate in æternum non poterit ſurgere. Panig.

VVLGATA	LXX.
SAMECH	σαμὲχ.

Vers. 15.

ט. S. Ambroſio, *audi*, vel *firmamentum*; D. Hieronymo, *adiutorium*; Zamorenſi, *coniunctio, appoſitio, ſuſtentatio*; Iſaaco, *applica*. Caninio, *baſis*; cæteri exponunt *continuatum* & *in ſe ductum*: quaſi Samuch attendentes ad formam caracteris, vel ad ſimilitudinem verbi & nominis litteræ: quæ omnia eodem recidunt.

Nam cauſam reddit ſuæ deſperationis. *Audi* (inquit) cur putem me in priſtinum ſtatum non reſtituendam. Quia Regem Principes, Sacerdotes, & Robuſtos, qui erant quaſi *vinculum* connectens membra reip. & quaſi *baſis* & *firmamentum*, eius, vnde *auxilium* aliquod ſperari potuit, ablatos cerno. Cõtinuatio.

VVLGATA	LXX.
Abſtulit omnes magnificos meos Dominus de medio mei: vocauit aduerſum me tempus, vt contereret electos meos: torcular calcauit Dominus Virgini filiæ Iuda.	*Abſtulit omnes fortes meos Dominus de medio mei: vocauit ſuper me tempus conterendi electos meos. Torcular calcauit Dominus Virgini filiæ Iuda. Super his ego ploro.*

Vnicum membrum videtur, certo & conſtituto die Deum omne robur Regno abſtuliſſe, & tunc ei torcular calcaſſe. Vis ſcire (ait) quo pacto *virtus mea fuerit infirmata*? cùm vellet Deus hoſtili pede Iudam conculcari, eripuit illi de medio fortes & electos omnes, præſidium & decus; qui futuri videbantur hoſtibus obſtaculo, in quod feſtinãtium irruere pedes impingerent. Analyſis.

Abstvlit] peſte, fame, gladio, captiuitate. Porrò Chaldæus, *collegit omnes fortes meos Dominus in medio mei*. q. d. congregauit in

סלה.

vnum vt ſimul eos conteret. Hebraicè eſt סלה *Silah*, quod Arias *proſtrauit*, alij *conculcauit* reddunt, hoc eſt inquit Vatablus habuit loco viæ ſeu itineris. Doctè notauit Agellius, eſſe locum ſimilem illi Ieremiæ 50. verſ.26. *Venite ad eam ab extremis finibus, aperite vt exeant, qui conculcent eam: tollite de via lapides & redigite in aceruos: nec ſit quicquam reliquum. Diſſipate vniuerſos fortes eius, deſcendant in occiſionem: Væ eis, quia venit dies eorum. tempus viſitationis eorum.*] Habes ibi conſtitutum *tempus* vt hic: habes *conculcationem*, vt hic; habes robuſtorum oblationem, vt hic. Nam pro *magnificis* Hebraicè eſt אבירי *Abbira*, quod L X X. & Chaldæus exponunt *robuſtos*. Noſter ne de ſolo robore corporis acciperes, *magnificos*, hoc eſt potentiores quoſque. Sanè ſic ſoliti tyranni, cùm volunt populum intolerabili iugo premere, iuxta conſilium Periandri, ſumma papauera decutiunt. Vide quæ hac de re notaui in illud Senecæ; in Octauia v.465.

אבירי.

Magnifici.

Tyrāni optimates necant.

--- *Quicquid excelſum eſt, cadat.*

Iam ſæpè dixi à Chaldæo ſolam plebeculam relictam.

ABSTVLIT] ſcilicet eos proterens & conculcans, ex Hebræo.

Tempus. מועד.

VOCAVIT] ſtatuit decreuit certum diem, מועד *Moed*, quo calatis comitiis & congregatis exercitibus hoſtium interficeret omnem meam militarem iuuentutem. Theodoretus notat Syros & Chaldæos ſolitos voce *temporis* calamitatem ſignificare; intellige quæ ſtatuto & decreto die infertur. Porrò hæc omnia prædicta fuerant à Prophetis; de optimatibus Eſaiæ 3.2. *Auferet à Ieruſalem & Iuda validum & fortem, omne robur panis, & omne robur aquæ: fortem & virum bellatorem*, &c. tale illud Zachariæ 11.2. *Vlula abies, quia cecidit cedrus:* (hoc eſt ploret populus, quia optimates occiſi, captiuè, vt exponunt Euſebius, Hieronymus, & Cyrillus apud Riberam ibi) & ſequitur, quaſi explicatio, *quoniam magnifici vaſtati ſunt: Vlulate quercus Baſan, quoniam ſuccifus eſt ſaltus munitus.* De vocatione quoque, interminatus fuerat Deus Iſaiæ 7.18. *Et erit in die illa: ſibilabit Dominus muſcæ, quæ eſt in extremo fluminum Aegypti,* (nempè Pharaoni Nechao) *& api, quæ eſt in terra Aſſur,* (primò Sennacherib, poſtea Nabuchodonoſori:) *& venient & requieſcent omnes in torrentibus vallium, & in cauernis petrarum, & in omnibus frutetis, & in vniuerſis foraminibus:* (exercitibus ſuis omnia implebunt & depopulabuntur loca) *In die illa radet Dominus in nouacula conducta, in his qui trans flumen ſunt, in Rege* (inquam) *Aſſyriorum, caput & pilos pedum, & barbam vniuerſam.* Regem, & plebem vaſtabit, & optimates omnes. Ierem. 25.9. *Pro eo quòd non audiſtis verba mea: ecce ego mittam, & aſſumam vniuerſas cognationes Aquilonis, ait Dominus: & Nabuchodonoſor Regem Babylonis ſeruum meum, & adducam eos ſuper terram iſtam*, &c. Vbi pro *adducam* Hebraicè eſt, verbum בוא *Bo*, & Græcè ἄξω ſeu ἐπάξω, vt & verſ.13. hic autem Hebraicè eſt verbum קרא *Kara*, & Græcè ἐκάλεσεν; quæ vt Hebraicè & Græcè ſunt diuerſa, ſic etiam Latinè *vocare*, & *adducere*: nec vnum pro alio capiendum: Sed intelligendum vtriuſque eundem eſſe effectum ſeu efficacitatem: nam quando hoſtem Deus vocat, ille confeſtim

Locus Zachariæ 11 2

Locus Iſaiæ 7. 18.

Vocare non idem quod adducere contra Nauarrete.

ſtim adeſſe properat; ſicut quando Deus benedicit, ſimul benefacit:& hoc ſenſu dicere ſolemus, Dei dicere eſt facere, Dei benedicere eſt benefacere; ſic Dei efficax vocatio, eſt adductio, non ex vocis ſignificatione,ſed ab euentu & conſecutione.Propriè igitur capiendum *vocauit*,hoc loco & ſequentibus:pſal. 104.16. *vocauit famem ſuper terrã.* Ezech.36.29. *vocabo frumentum & multiplicabo illud,* Iſai.42. 6. *vocaui te in iuſtitiâ.*& 41.4.*vocans generationes ab exordio.* Aggæi 1.11.*vocaui ſiccitatem ſuper terram.* quibus omnibus locis eſt יקרא nullo בוא quid multis? Amos 5.8.*qui vocat aquas maris & effundit eas ſuper faciem terræ.* quod repetit c.9.6.diſtinguit vocationem ab adductione.

Tempvs] Viegas, cum D.Thoma, commentar.in Apocalyp.explicat de extremi iudicij die:ſed non eſt ſenſus litteralis, quia non cohæret cum præcedentibus & ſequentibus: vt nec multi alij ſenſus, quos hîc Nauarretus coaceruat more ſuo.

Electos]de iuuenũ fortitudine Chaldæus explicat,hoc eſt de iuuenum fortiſſimis,quales ad militiam deligi ſolent. ideo *Bachur* בחור promiſcuè ſignificat electum & iuuenem,nam verſ. 18. vertit *iuuenes.* Electi.

Torcvlar calcavit] ducta Metaphora adagialis, ab vuas calcantibus in torculari,qui nec vnum acinum relinquunt inconculcatum & inexpreſſum,ita Theodoretus.ſic de victoriâ cum hoſtium internecione parta Iſaias capit.63.3.*Tolcular calcaui ſolus.*& Apocal.19.15. *ipſe reget eos in virgâ ferreâ, & ipſe calcat torcular vini furoris iræ Dei.*ſignificatur ergo ſupplicij acerbitas,quam Iudæis Deus propinauit.Eleganter Olympiodorus in cathenâ, *Omnia peccata Deus ſimul collegit* (quaſi botros vindemię in torcular coniectos)*quibus calcatis fecit vinũ, de quo pſal.74.calyx in manu Domini vini meri, id eſt ira examinata namque peccata & quodammodo expreſſa diuinam diſtillant iram, qua potantur peccatores.*] ſic ille:& ita malo accipere,quam de ſanguine Iudæorum ab hoſtibus effuſo: vel de ſanguine virginitatis conſtupratarum cum Chaldæo. Torcular calcare adagium.

Virgini filiæ ivda] In damnum & exitium populi Iudaici. Nota in ſacra Scriptura quemuis populum vocari filiam & virginem quia regnum(ait Sa) ſolet more virginis cuſtodiri.Iſaię 23.12.*virgo filia Sidonis.*37.22.*virgo filia Sion.*47.1.*Virgo filia Babylon.*Ierem. 31. v. 4.& 21.*virgo Iſraël.*& 46.11.*virgo filia Ægypti.* falluntur qui virginem reſtringunt ad populos nondum captos, vt olim Belgæ, *virgo Antuerpia,virgo Mechlinia,*&c. nam Sion à Dauide, & Ieruſalem iam à Nechao capta,& ſemel à Chaldæis.Deinde ſemper his locis Hebraicè *Bethula* בתולה ponitur,quæ vox etiam de corruptis vſurpatur, & LXX. Vocem *virginis* aliquando omittunt vt d. v.12. Chaldæus autem ſolet ſimpliciter cætum vel congregationem interpretari. Idem porro eſt *virgo filia Iuda* quod *virgo Iuda* vt patet ex verſ.2. Thren.2.in LXX. Rom. & Aldin. hîc additur: ἐπὶ τούτοις ἐγὼ κλαίω. *ſuper his ego ploro.* quod noſter & Hebræus, ſed & Complut. & Reg. ponunt initio verſ. ſequ. Virgo & filia quid.

TROPOLOGICE hæc de peccatore eleganter Ioannes Latebu-rius cap.52.& 53. Senſus de paſſione CHRISTI eſt accommodatitius, quem proponunt Richardus hîc & S. Ambroſius in pſ.118.ſermo.15.

VERS. 16.

VVLGATA.	LXX.
AIN.	ἀϊν.

Continuatio.

ע Omnes interpretantur *occulum* & *fontem* propter ſimilitudinem characteris & oculi, & multa communia oculo cum fonte. Ipſa verba contextus indicant continuationem.

Idcirco ego plorans, & oculus meus deducens aquas: quia longe factus eſt à me conſolator conuertens animam meam: facti ſunt filij mei perditi, quoniam inualuit inimicus.	*Oculus meus deduxit aquam: quia longe factus eſt à me, qui conſoletur me, qui reducat animam meam: facti ſunt filij mei perditi: quoniam inualuit inimicus.*

Analyſis.

IEROSOLYMAM nobis proponit ſimilem viduæ ploranti iugiter 1. quia derelicta ab ſolatio. 2. quia filiis repentè orbata. 3. quia hoſti victori ceſſit in prædam.

Comparatio.

Aptè torculari ſubdit fontem: quaſi dicat ne vinum expreſſum à calcatore merum caput feriat: ecce vt diluam copioſis lymphis, oculi mei dies noctéſque iugi fletu, veluti fontes aquis perennibus ſcaturiunt. Nam comparationem iſtam *Ain* initialis littera ſubindicat. Hebræa ſunt valdè Pathetica: *propter hoc oculus meus, oculus inquam meus defluit in aquas* repetitio indicat nullam requiem vel interruptionem interceſſiſſe: ſicut dixerat v. 2. *plorans plorauit in nocte & lacryma in maxillis eius*. Defluere in lacrymas eſt liqueſcere, & ſolui. & quaſi verti in lacrymas, vt de Niobe Smyrnæus lib.1. item de Aci nympha, Ouid.

Repetitio.

Defluere in lacrymas.

Deducere lachrymas.

DEDVCENS] ſic Ierem. 14. 17. *Deducant oculi mei lacrymam per noctem & diem, & non taceant*. id eſt non ceſſent. AQVAS] hoc ait vt copiam indicet & profuſionem lacrymarum, ſicut Thre. 2. 18. *Deduc quaſi torrentem lacrymas per diem & noctem: non des requiem tibi, neque taceat pupilla oculi tui.*

LONGE FACTVS CONSOLATOR] Ægyptij quibus confidebant à quibus deſerendos dixerat Ieremias c.2.18. necnon idola quibus ſacrificarant *vt ibid. v.* 28. necnon verus conſolator Deus, quem quia dereliquerant & ei tergum obuerterant, minatus eis fuit à ſe quoque deſerendos vt docet propheta toto illo cap. 2. Dicitur Deus ſe ab eo elongare quem non adiuuat *ſic Theodoretus & Paſchaſius*.

Deum ſe elongare.

Conuertere animam.

CONVERTENS ANIMAM MEAM] fugitiuam quaſi retrahens & corpori

corpori vitam reddens conſolatione ſuâ refocillans & refouẽs, *ἀνακλώ-*
» *μενος* vt vertit Symmachus apud Originem Chaldæus, *qui confortaret*
» *me & loqueretur conſolationes animæ meæ*, hæc ergo ſignificatio huius Hebraiſmi. ſic enim noſter infer. v. 19. vertit *vt refocillarent* Chaldæus *vt ſuſtentarent*. LXX. verò in Complut. & regio Hebraiſmum vtrobique retinuerũt *ἵνα ἐπιστρέψωσιν vt conuerterent animas ſuas*. para boluer el alma al cuerpo. Hiſp.

FACTI SVNT FILII MEI PERDITI] fuere ciues mei pars. deleti gladio, fame, peſte: pars in diſperſionẽ acti, vt Iere. 50. 9. *Grex perditus factus eſt populus meus*. ceteri *deſolati* vt Chald. & Symmachus *ἔρημοι*, ſeu & LXX. *ἠφανισμένοι* ſic metu externati vt neſciant quid facere debeant. Perditi.

INVALVIT] præualuit & ſubiugauit Nabuchodonoſor, cõtra quẽ ceruicẽ tollere non valemus. Non ſequor D. Ambroſ. qui ſerm. 16. in pſ. 118. retulit ad Romanos. ALLEGORIAM egregiam pro hoc & ſequentibus verſibus de Eccleſiâ legite apud Petrum Bleſenſem ſerm. ad cætum Cardinalium, qui incipit; *facti ſunt filij perditi*.

VVLGATA. PHE.	LXX. φή.

VERS. 17.

פ Zamorenſis putat eſſe *hîc* loci; D. Hieronymus & alij *os* oris: S. Ambroſius *os aperui*, item *erraui*.

Raró fletus eſt ſine querelâ & verbis. ſic errabunda Ieruſalem cernens miſerias ſuas, *os aperuit*, & *hîc*, hîc inquiebat decet lacrymas lacrymis miſcere, queſtus queſtibus cumulare, decet omnibus manum ſupplicem porrigere hoc narrat. Continuatio.

Vulgata	LXX
Expandit Sion manus ſuas, non eſt qui conſoletur eam: mandauit Dominus aduerſum Iacob in circuitu eius hoſtes eius: facta eſt Ieruſalẽ quaſi polluta mẽſtruis inter eos.	*Expandit Sion manum ſuã non eſt qui conſoletur eam. Mandauit Dominus ipſi Iacob in circuitu eius tribulantes eũ: facta eſt Hieruſalem in pollutam menſtruis inter eos.*

ITERVM interloquitur propheta, & occaſione eorũ quæ Ieruſalem conqueſta fuit, proponit nobis eam quaſi videndam, geſtus exhibentem mulieris vehementer afflictæ: quæ modo manus complicat & complodit, modò ſuper caput ſuum ponit, *Ierem*. 2. 37. 2. *Reg*. 13. 19. modò ſuprà pectus ſtringit, modò genua ſedens complectitur, modò exclamãs ſicut natans ad natandũ brachia expandit *Iere*. 4. 31. *Iſaiæ* 27. 11. id faciẽs vel vt auxilium ab aliis poſtulet; vt hoc loco vel quaſi defecta viribus & intermortua, d v. 31. & vt exiſtimabat concubinam ſuam Leuita *Iudicum* 19. 27. Mulieris plangentis descriptio. Analyſis.

Tria ſunt membra verſ.1.ab omnibus auxilium & opem petere,ſed
Analyſis. fruſtra quiritari.2. Deum hoſtibus illam mancipaſſe. 3. ipſis hoſtibus abominationi eſſe.

Expandit] vetus ſenſus eſt, quem dixi ſumpta metaphora à natantibus, maximè qui metuunt ſummergi, qui manus & brachia huc illuc iaciunt ſparguntque,vt accurrens aliquis eos periculo eripiat, vel ramum aut ripam apprehendentes illi adhæreſcant,& ſic aquis ſupereminēāt. Confirmat verſio LXX. διεπέτασεν.& Chaldæus addita comparatione, *Expādit Sion manus ſuas præ anguſtiâ, ſicut expādit mulier quæ* »
ſedet ad pariendum: clamauit & non eſt qui loquatur cōſolationes ad cor eius. »
Hebraicè eſt verbū פרש *Pharas* quod cū puncto in ſiniſtro cornu ſi- »
gnificat extēdere & expandere: cū puncto verò in dextro diuidere, ſeparare, frangere. Dauid Kimchi hîc accepit poſteriore modo , quem Vatablus, Pagninus, Panigorola ſecuti, vt aliquid noui deferrent. Ego veteres malo, quos hîc etiam Arias & Iſidorus Clarius ſequuntur: hoc enim cohæret meliùs cum ſequentibus.

Sion. Sion] Origenes vult montem ipſum vocari Sionem; ſed Iacob dici
Iacob. totum populum ſeu omnes tribus. Ego per Sion intelligo Ieruſalē, per Iacob totam Iudā & Beniamin. Nam de reliquis tribubus non agitur.

Consoletvr] nullus eſt cōſolator, neq; lex, neque propheta, inquit Olympiodorus. Ego, nullus mortalium, nec amici, nec inimici. Solent enim in ſummis miſeriis miſeri, hoſtibus eſſe miſerandi. Nahum. 3.7. *Vaſtata eſt Niniue. quis commouebit ſuper te caput? Vnde quæram conſolatorem tibi* & poſtea verſ. 11. *& eris deſpecta, & tu quæres auxilium ab inimico.* Sic apud Maronem Græcus ille, de ſuis; ---*Vel Priamo miſeranda manus.* & in Orcheſtra alius; --*cladibus noſtris daret Vel Troia lacrymas.* Non tamen eſt quod hominum accuſet inhumanitatem; iuſtè patitur, quia.

Mandavit dominvs] Deus iuſto iudicio puniens hoſtibus præcepit, vt in eam quàm poſſent ſæuiſſima ſtatuerent exempla.

Adversvm iacob] multò hæc noſter luculentius, quā vel LXX. vel apud Originem Symmachus.

In circvitv] præcepit Deus vt veluti feram cingerent indagine. Symmachus; mandauit Dominus in circuitu eius fieri tribulantes eum ἐνετείλατο κύριος κύκλῳ γενέσθαι αὐτοῦ, τοὺς θλίβοντας αὐτόν. omnes fugæ vias (vt ante dixit) præcludentes. Ierem. 4. 16. *Ecce auditum eſt in Ieruſalem, cuſtodes venire de terra longinqua, & dare ſuper ciuitates Iuda vocem ſuam. Quaſi cuſtodes agrorum facti ſunt ſuper eam in gyro: quia me ad iracundiam prouocauit, dicit Dominus*] & cap. 6. 2. *ſpecioſæ & delicatæ aſſimilaui te filiam Sion ad eam venient paſtores & greges eorum: fixerunt in ea tentoria in circuitu: paſcet vnusquiſque eos, qui ſub manu ſua ſunt. Sanctificate ſuper eam bellum: conſurgite & aſcendamus, &c.* ſic circumcirca hoſtili exercitu cincta, & capta *facta eſt Ieruſalem inter eos.*

Qvasi pollvta menstrvis] abominabilis, & omnium conſortio ſeparata. *Nada* נדה ſignificat aliquid remouere & repellere tanquā immundum, inde fit *Nidda* verbale, ſignificans aliquid ſeparatum, vel

remo

remotũ ab alijs, quaſi pollutũ aut execrandum. noſter aliquãdo vertit *ſeparatum*, vt Amos. 6. 3. *Qui ſeparati eſtis in diem malum.* aliquando odibiles ſeu exoſos, Iſai. 66. 5. *fratres veſtri odientes vos & abijcientes.* hic vero *pollutam menſtruis.* quia menſtruatas Iudæi non tantum à cubili, vt immundas, arcebant Leuit. 20. 21. *Qui coierit cum muliere in fluxu menſtruo* &c. ſed ſeptem etiam diebus à templi ingreſſu, Leui. 12. 2. & 15. 33. & quia turpis iſta infirmitas, ideo res turpes menſtruatis comparabant Eſther: 14. 16. *deteſter illud ſicut pannum menſtruatæ.* Eſai. 3. 22. *diſperges ea ſicut immunditiam menſtruatæ.* 64. 6. *facti ſumus vt immundus omnes nos, & quaſi pãnus menſtruata vniuerſæ iuſtitiæ noſtræ.* Ezech. 36. 17. *in ſtudijs ſuis iuxta immunditiam menſtruatæ facta eſt via eorum coram me.* vſus hac Hebræâ voce potiſſimum, quia de ſeparatâ ab hominum cõſortio, nondum tamen diris deuotâ ſermo erat: & Hebræi excommunicatio, minimæ genus *Niddou*, נדוי hoc eſt ſeparationẽ, reiectionem, expulſionem, vocant, quod erat *facere extra Synagogam*, ſeu ἀποσυνάγωγον Ioan. 9. 22. Sunt autem genera excommunicationis iſta: primum eſt *Niddu*, quo arcebantur à conuentu in Synagogâ. Si hoc non proderat, feriebant ſecundo dicto *Herem*, חרם quod ſignificat anathema propriè dictum, quo deuouebatur quis diris. Tertio perſtantibus in contumacia dicebant *Sam Atha* אתא, שם per *Sin*, quaſi Sam attha, duplici t, *tu rebellis.* alij deducunt ex *Sam & mitha*, q. d. *ibi mors*, aut in *ea eſt mors*; tunc ſcribendum *Sam Matha* duplici M. alij malunt *Samatha* vnico M & vnico t, vt Elias & Samuel, & nonnulli explicant *Sam Thethe* eo veniet: alij *Dominus venit* quod placet, quia *nomine* שם *Schem* Hebræi non rarò per antomaſiam intelligunt, idem quod per *Aſſem* השם ipſum nomen, nempe nomen Dei Tetragrammatum, vt Leuit. 24. v. 11. cum v. 16. Sic 2. Samuel. 6. v. 2. *ſuper quam inuocatum eſt nomen Domini*, Hebraicè eſt *Scem Scem Iehoua.* h. nomen, nempe nomen Tetragrammatum. ſicut intelligitur illud pſ. 105. 7. *aſcendentes in mare rubrum*, h. in mare, nempe mare rubrum. Hoc igitur *Samatha* volunt eſſe extremum ac perniciociſſimum genus excommunicationis, quod vocant σαμαθίζειν, & eius auctorem ſuſpicantur fuiſſe Enoch, ex epiſt. Iudæ v. 14. de quo valde dubito, illud eis credo ſic intelligẽdum *Anathema Maranatha* apud D. Paulum 1. Cor. 16. in fine. hęc obſeruata ex Elia in Tiſbi, Caninio, Mercero, Cornelio Druſoque varijs locis.

Menſtruum & menſtruata. — Sicut pannus menſtruatæ adag. — Excommunicatio triplex. — Facere extra Synagogã. — Samatiſin. — Maranath

TROPOLOGICE talis eſt Deo anima peccatoris execrata pro pertinaciæ magnitudine. vide S. Ambroſ. ſer. 17. in pſ. 118.

VVLGATA.	LXX.
SADE.	σάδη.

צ D. Hieron. & Zamorenſi *iuſtitia* D. Ambr. *conſolatio*, Iſaaco, *venari.* Caninio *hamus*: hic ad formã litteræ attendit, illi ad ſignificatio-

nem vocis *Sadaq* צדק iuſtum eſſe,fieri,aut facere.

Cōtinuatio. Solet Deus,ſicut piſces *hamo* aquis extrahuntur, homines cæno peccatorum & ſordibus,per lineam *iuſtitiæ*, & *hamum* tribulationum eductos eripere,& ſic *conſolari* eos, qui vitam meliùs inſtituunt: qui verò per prophetas & concionatores (hi ſunt piſcatores) monenté & erudientem obſtinati ſpernunt,eos hamo ſuſpenſos ſinit ludere, & ipſo motu atque impatientiâ torqueri acerbiùs,vt piſciculis accidit, qui hamo deuorato,tandem cum cruciatu tremuli emoriuntur. Hoc accidiſſe Ieroſolymæ nunc oſtendit.

IVSTVS eſt Dominus, quia os eius ad iracundiam prouocaui. audite obſecro vniuerſi populi, & videte dolorem meum: virgines meæ,& iuuenes mei abierunt in captiuitatem.

Iuſtus Dominus: quia os eius ad iracundiam prouocaui. Audite,obſecro,vniuerſi populi, & videte dolorem meum. Virgines meæ & iuuenes mei abierunt in captiuitatem.

CHALDÆVS Paraphraſtes hunc verſiculum refert ad Ioſiam Regẽ,quoniam cùm à Deo iuſſus fuiſſet quieſcere, temerè
Nechao. bellũ cõtra Pharaonẽ claudũ(hoc ſignificat *Nechao*) ſuſcepit, & in prælio ſagittâ ictus paullo poſt interijt. vult ergo vulneratũ in hæc erupiſſe verba, *Iuſtus eſt Dominus quia verbum eius* (ſeu iuſſionem) *tranſgreſſus ſum*. Reliqua verba dicit eſſe Ieremiæ populum inuitãtis, ad audiendũ Ieſũ.quẽ regi defuncto cõpoſuerat: cuius initiũ fuerit, *Audite obſecro vniuerſi*,&c. & quæ ſequuntur eiuſdẽ planctus eſſe mẽbra. Hanc ſententiã refutaui in procemialibus, agens de libri epigraphâ. Nequam recutitus ita conabatur obſcurare crimen idololatriæ, quoad primum & ſecundum alphabetum, & parricidium in CHRISTO commiſſum,quoad tertium & quartum.

Analyſis. Cenſeo loqui ipſam Synagogam: quæ primò fatetur ſe peccaſſe grauiter,nec eſſe cur quiſquam rigorẽ nimiũ Deo impingat. Secũdò inuitat vicinos omnes ad audiendum luctum eius.tertiò narrat vnum ex grauiſſimis malis,quibus obruta.

Deus iuſtus in puniẽdo. IVSTVS EST DOMINVS] Sic etiam Iob.34.10. *viri cordati audite me, Abſit à Deo impietas,& ab omnipotente iniquitas.Opus enim hominis reddet ei, & iuxta vias ſingulorum reſtituet eis.Verè enim Deus non condemnabit fruſtra,nec omnipotens ſubuertet iudicium*.pſ.10.vlt.*Iuſtus Dominus & iuſtitias dilexit:æquitatem vidit vultus eius.* Sap.12.15. *Cùm ergo ſis iuſtus,iuſtè omnia diſponis:ipſum quoque, qui non debet puniri, condemnare, exterũ æſtimas à tua virtute.* Sic legitur in Biblijs Sixtinis,& eſt vera lectio conſentanea Græco fonti. *Vide commentarium P. Gaſparis de Mena eo loco*; & conſidera hoc loco Ieremiæ, doloris magnitudinem vel inuitæ Synagogæ veritatem extorſiſſe. Sed irrita confeſſio fuit, ſicut Antiochi in Hiſtoria Machabæorum, quia fatetur

tetur ſe ream & iuſtè puniri: ſed de emendatione morum cogitat neque pollicetur, deinde dolet de damno temporali. ſpirituale malum culpæ contemnit.

Os ÆIVS] D. Auguſtinum *lib. de eſſentia diuinitatis* ſecuti Paſcaſius & Richardus hic exponunt, CHRISTVM verbum Patris: exacerbatū quando clamarunt: non habemus Regem niſi Cæſarem. Sed eſt ſenſus allegoricus. Theodoretus *os Dei* interpretatur legem à Deo latam. Mallem cum Origine & D. Bonauentura exponere prophetas per quos vt per os ſuum Deus locutus. Sic vocari prophetas fusè docui ad Iſaiæ 1. 20. & hic multa congerit Nauarrete. Mēbra Dei quid ſignificent.

Nihilominùs eos hoc loco ſequi malo, qui exponunt ipſum Deū. ſicut cū dicimus, dixit ore ſuo: hoc eſt ipſemet dixit. *Os* Deo tribuitur, non quòd corporea membra Deus habeat; ſed, quia ad ſignificandā virtutem & operationes Dei, vtitur ſacra Scriptura appellatione partium, quibus homines ſimilia operari conſueuerunt, vt fusè docent S. Hieronymus *tom. 4. in epiſt. de his quæ Deo in Scripturis tribuuntur*, & S. Auguſt. *commentar. in pſal. 9. & epiſt. 3. quæ eſt de videndo Deum*. Sic dicitur Deus ore loqui, quia voluntatem ſuam plectro propheticæ linguæ manifeſtat: ſuperius autem dictus fuit *loquutus ſuper Ieruſalem propter multitudinem iniquitatum eius* v. 5. hoc eſt comminatus ei dira ſupplicia: Deus autem ſupplicia non minatur. niſi irritatus, exacerbatuſque iniuriâ, vt more noſtro loquamur. Itaque tunc *os Dei* hoc eſt ipſe Deus ad iracundiam dicitur prouocatus, quando quodammodo *κατὰ ἀνθρωποπάθειαν* ad igitur ad comminandam vltionem: & iſte perſpicue ſenſus eſt noſtri loci & ſimilium, vt illius Iſaiæ d. v. 20. *Quod ſi nolueritis, & me ad iracundiam prouocaueritis: gladius deuorabit vos, quia os Domini locutum eſt.* hoc eſt quia hoc ipſum ſum comminatus ego Dominus. Eodem ſenſu capio, *ſi non audiueritis vocem Domini, ſed exaſperaueritis ſermones eius,* hoc eſt coegeritis erumpere in minas, 1. Reg. 12. 15. & illud; *exacerbauerunt eloquia Dei, & conſilium altiſſimi irritauerunt.* pſal. 106. 11. *Locus Iſai. 1. 20.* Exaſperare ſermones Dei. *Locus. 1. Reg. 12. 15.* *Exacerbare eloquia Dei.* Locus pſ. 106. 11.

AD IRACVNDIAM PROVOCAVI] LXX. *παρεπίκρανα* exacerbaui, amaricaui. Hebræum *Marithi* מריתי Pagninus vertit *rebellaui*, ſic etiam Vatablus, & exponit quia petierunt auxilia ab Aegyptijs, quod Deus prohibuerat. Hebræa radix מרה *Mara* vt & מרד *marad* ſignificat inobedientem fuiſſe, & propterea irritaſſe Dominum, cuius mandatis non obtemperarit. & quia qui iuſtè irritatur amaro fit animo, ideo etiam pro amaritudine ſolet ſumi à noſtro v. 20.

VIRGINES ET IVVENES MEI] horum meminit, quia cum iuuentute ſpes ſobolis & reparationis ſublata. (*D. Hieronym.*) Huc refer Ieroſolymæ querelam Ieremiæ 51. 34. *Comedit me, deuorauit me Nabuchodonoſor Rex Babylonis: reddidit me quaſi vas inane, abſorbuit me quaſi draco, repleuit ventrem ſuum teneritudine mea, & eiecit me.*] hoc eſt doloſè me inuaſit, ſpoliauit omnibus opibus & ornamentis, vrbem Babylonem, & regni intima impleuit iuuenibus & virginibus meis te- *Locus Ieremi. 51. 34.*

nerrimis. Nam in his deliciæ & treſauri rerumpublicarum repoſitæ. His abductis dicitur ciuitatem eieciſſe.vi(ait) eiecti ex terra, quæ in pignus paternæ hereditatis diuinitùs illis fuerat conceſſa in ſedes quietas & domicilia diuturna tranquillaque ad poſteros tranſmittenda. Ideo vt rem valdè acerbam hanc in Babyloniam abductionem, maximè illius ætatis, quę commiſeratione dignior & penes quam vel nulla vel exigua culpa toties auribus inculcat.

Vers. 19. VVLGATA. LXX.

COPH. κώφ.

Cõtinuatio. comparatio ſimiæ. ק D. Ambroſio eſt *aſpice*, vel *concluſio*. D. Hieronymo *vocatio*, Zamorenſi *circumdatio* ſeu *fortificatio* Iſaac *circumcurre*, Caninio *Simius*. vt eſt in veteri carmine, Simia quam ſimilis turpiſſima bellua nobis, dextrè hominem imitatur, & ignaros ſimilitudine actionum humanarum nõ rarò decipit: ſic perfidi fœderati & infideles ſocij ſpecietenùs amici ſunt re ipſa damnoſi vocari volunt amici, & non ſunt, *circumdant* menſas *circum circa currunt* ad lautiora conuiuia; & iubent vt eis ſi indigeat amicus, audacter *vocet* ad opem ferendam: ſe illi præſidio futuros: ſed vanis promiſſis in fraudem inducunt, & quaſi in naſſa concluſos *perdunt*, eos qui ipſis confidunt, & cùm deceperint irrident, & inſuper minantur, *haziendoles la mamona y cocos*.

Aſpice ait quis exitus & cataſtrophe ſeu *concluſio* fuerit, fiduciæ meæ in fœderatis collocatæ; putabam illos mihi pro muro & propugnaculis circumcingentibus futuros. *Vocaui* vt auxiliarentur: ſed illi fefellerunt, & deriſerunt me.

Analyſis. Primo ponit perfidiam ſociorum. Secundò honoratiorum ciuium interitum. tertiò dicit eum fuiſſe miſerrimum, vt pote præ fame.

Vocaui amicos meos & ipſi deceperunt me: ſacerdotes mei, & ſenes mei, in vrbe conſumpti ſunt: quia quæſierunt cibum ſibi, vt refocillarent animam ſuam.

Vocaui amatores meos: ipſi autem deceperunt me. Sacerdotes mei, & ſeniores mei in vrbe defecerunt: quia quæſierunt cibum ſibi, vt refocillarent animas ſuas, & non inuenerunt.

Vocavi] Luctus, vt inſaturabilis querimoniæ, mirè ſolet eſſe ingenioſus in eadem re diuerſimodis explicanda. Perſiſtit in metaphora mulieris adulteræ. Ego (ait) ipſamet amaſios meos procabar; LXX. ἐράστας μου. nempe idola) ſecundũ Theodoretũ) & idololatras, Ægyptios, vide ſup. v. 2. & Eſai. 30. 2. Ierem. 2. & 36.

finxerunt

finxerunt enim dumtaxat ſe Ieruſalem ire ſuppetias, & tum Chaldæi ſoluerunt obſidionem : ſed illis ſecundò reuerſis, nihil Ægyptij mouere ſunt auſi, lege Ierem. 37. à verſ. 4. Nam hic quod futurum paulò pòſt tempore Sedechiæ prædicit, & prophetice deplorat quaſi iam accidiſſet.

Deinde deſcribit famem, quæ tum futura maxima, duabus circunſtantiis. Prima quòd præ virium propter inediam imbecillitate non poſſent, eruptione facta fortiter, in hoſtium caſtris pugnantes occumbere: altera quod obſcæna hac fame non plebecula tantùm interitura, ſed nobiliores etiam ac ditiores. Nempè *Sacerdotes*, & *Senes*, hoc eſt honoratiores quique. Subaudi, tunc neceſſariò rempublicam ruituram : quando defuturi, qui vel Deo populum conciliarent, vel conſilio & prudentia regerent. In fine verſiculi LXX. Vaticana editio addit, *& non inuenerunt*, καὶ οὐχ εὗρον. Sic etiam Aldina: ſed non eſt in Regiis, vel Complutenſibus libris : nec in Hebræo, vel Chaldæo : & patet ſubaudiri.

TROPOLOGICE tales ſunt amicitiæ non fundatæ in virtute: item opes & honores, quæ animam deſtituunt inopem, & ludibrio habẽt.

VVLGATA. RES. | LXX. ῥῆς. — VERS. 20.

ר. Zamorenſis vult etiam ſignificare *paupertatem*; ad quam videmus Ieruſalem redactam. Fatetur nihilominùs; quod cæteri dicunt, eſſe verum, & ſignificare *primum, principium, primatum, ſeu caput:* quaſi ראש *ros*. Certè *principium* ſapientiæ, & *caput* omnis remedij in miſeriis eſt ad Deum confugere, & eius opem implorare. Nota ſic Ieruſalem hic primò ad Deum conuerti precéſque fundere: ſecundò narrare triſtitiæ magnitudinem, tertiò cauſam proponere. — Cõtinuatio. — Analyſis.

VVLGATA.	LXX.
Vide Domine quoniam tribulor: conturbatus eſt venter meus: ſubuerſum eſt cor meum in memetipſa, quoniam amaritudine plena ſum: foris interficit gladius, & domi mors ſimilis eſt.	*Vide Domine, quoniam tribulor: conturbatus eſt venter meus: & cor meum verſum eſt in me; quoniam exacerbans exacerbata ſum; foris orbauit me filiis gladius, ſicut mors in domo.*

CONVERTIT ſe iterum vidua noſtra à ſpectatoribus ad Deum. q.d. nullus mei miſeretur, omni auxilio & fiducia hominum deſtituta, deſerta ab amicis, à ſociis decepta; ad te qui ſolus es refugiũ miſerorum, defenſor pupillorum & viduarum; confugio. Tu ſaltem VIDE] hoc eſt aſpice & miſerere, — Videre.

vt ſup.v.11.& v.9. Quoniã æque vehementer concuſſa, labefactata, & alliſa ſum, immodica hac tribulatione, ac ſolet mulier partu difficili; cuius intima penetralia ſic ſurſum deorſum conturbantur & voluuntur, ſicut materia cœmentarij ligone & trulla confutatur, protruditur, ſubigitúrque: patebit quam apta ſit ſimilitudo explicatione verborum Hebræorum, מעי *Meai* & חמרמרו. & *Chomarmaru*. Nam Hebræum חמר *Chemar* vel חמר *Chomar*, ſignificat lutũ vel cæmentum, quod ex argilla & calce componitur à cæmentario: inde *chamar* verbum *turbauit*, quo hic vtitur Propheta, & LXX. vertunt ἐταράχθη *conturbatus* eſt, vt & Chaldæus, & Vatablus, licet etiam probet, *trahendi* verbum; Arias verò *conſtipandi* maluit, quod non arridet, Pagninus *intumeſcendi*: quod pertinet ad aliam Metaphoram, maris procelloſi, vel ollæ ignis vi ebullientis.

Deuteron. מעה. Venter. Alia dictio מעי exponitur à recentioribus & Chaldæo *viſcera*. L X X. vt noſter *ventrem*, qua voce ſolent intima viſcera ſignificari. Sic Ierem.4.19. *Ventrem meum, ventrem meum doleo. Senſus cordis mei turbati ſunt in me.* Vbi cor additur vt hic. Habac. 3.16. *audiui & conturbatus eſt venter meus.* Vide quæ ſcripſi Cant.5. verſ.4. ſect.3. in l.

Cor ſubuerſum. Addit Cor, vt coniunctione ventris & cordis omnia interiora comprehendat, teſte Olympiodoro. Ipſum etiam *cor meum*, quod teſte Galeno *lib. de vſu partium*, eſt, caloris natiui quo vita continetur domicilium vnicum, intra me ſubuerſum eſt: ita ſignificat ſe in animæ deliquium incidiſſe; vel ſanè non ampliùs viuere, ſed quaſi vmbram reſtare; lætitiæ, quæ veræ vitæ propria, expertem, vt ſubdit. Nam *cor ſubuertere* vſurpat S. S. pro timore iniicere, facere puſillanimem, & animo fracto: cor enim pro audacia ſumi notum, vel ex Hieroglyphicis. Num. 32. 9. de malis exploratoribus, *cúmque perueniſſent vſque ad vallem botri luſtrata omni regione, ſubuerterunt cor filiorum Iſraël, vt non intrarent*, &c. Deut. 1.28. explicat: *nuntij terruerunt cor noſtrum.* & Ioſu.14.18. *diſſoluerunt cor populi.* confer cum Num.13. à v.24.

Plena svm amaritvdine] LXX. *amaricans amaricaui* παραπικραίνουσα, παρεπίκρανα alij libri παραπικραίνουσα, παρεπικράνθην *exacerbans exacerbata ſum*; vel etiam *exacerbans exacerbaui*. Longè alia ſententia: priori verſione ſignificaretur, quod feci paſſa, Deum peccatis exacerbaui, ille me ſupplicijs. Omnino ſeruant alluſionem Hebraiſmi,

Amaritudo. מרו מריתי *Maro marith, rebellando rebellaui*, de quo ſup.v.18. iugiter Dei præcepta tranſgrediens eum ad iracundiam maximam prouocaui, & ideò conſcientia mea me vrget, torquet, & abſynthio potat: *à Dios ha ofrecido açibar, y el me ceua de retama.* Amaritudo hic etiam ſignificat irritationem & exacerbationem: ideò Iſraël vocatur *domus exaſperans.* Ezech.2.9. בית מרי *Beth meri.* Pro hac contumacia rependit Deus, ineuitabile malum. Nam *foris*, &c.

Similis] ſiue in vrbe quis maneat, ſiue alio migret mors certa imminet, ſimiliter & æquè crudeli leto quis exponitur. Mam foris

Adag. *foris mors & intus timor.* hoſtiles gladij, intus famis & peſtis pericula ſubeunda. Sic prædictum Deut.32.25. *foris vaſtabit eos gladius, & intus pauor*, nempè ſimilis

lethi:

» lethi: iuxta Tragicum, ſæpè peior eſt letho timor ipſe lethi. Explicat Exechiel. 7.15. *Gladius foris: & peſtis & fames intrinſecùs: qui in agro eſt, gladio morietur: & qui in ciuitate peſtilētia & fame deuorabuntur.* Zachar. 8.10. *neque introeunti, neque exeunti erat pax præ tribulatione.* 2. Cor. 7.5. *nullam requiem habuit caro noſtra, ſed omnem tribulationē paſſi ſumus: foris pugnæ, intus timores.* Videtur ſimul imitatus locum Deut. & Zachar.

TROPOLOGIAM pete à B. Gregorio Papa lib. 3. Moral. c. 24.

VVLGATA. SIN.	LXX. σίν.

VERS. 21.

ש. Zamorenſis interpretatur *mutationem*, vel *ſecundationem*: Iſaac, *diſce*, cæteri, *dentem*.

Certè dentatus hic verſiculus, in quo doloris magnitudine oppreſſa, & quaſi moriens, diras hoſtibus ac cōmutationem lætitiæ in mœrorem prædicit: aptiſſimè. Nam morientium vaticinia ſolita ſortiri effectum, & ideò ea veteres obſeruare ſolita fusè oſtendi, aduerſar. & commentariò in Senecæ Agamemnonem planè in calce. Cōtinuatio. Vaticinia morientiū.

Duæ ſunt partes, vna queritur de hoſtium ſæuitia; altera illis imprecatur paria, q. d. Analyſis.

» *Quæ tibi factorum pœnas inſtare tuorum*
» *Vaticinor moriens, noſtri ſolatia lethi.* Ait:

Audierunt quia ingemiſco ego, & non eſt qui conſoletur me: omnes inimici mei audierūt malum meum: lætati ſunt quoniam tu feciſti: adduxiſti diem conſolationis, & fient ſimiles mei.	*Audite obſecro, quia ingemiſco ego: non eſt, qui conſoletur me. Omnes inimici mei audierunt mala mea, & lætati ſunt, quoniam tu feciſti: adduxiſti diem, vocaſti tempus: facti ſunt ſimiles mihi.*

PRÆCEDENTI miſeriæ grauem acceſſionem nunc adiicit, quam vt exaggeret, patheticè vocabulum, *audierunt*, ingeminat. QVIA] non eſt cauſale, ſed demonſtratiuum, audierunt gemitus meos, ſiue me gementem. In felicitatis (ait) aliqua parte reponerem, ſi malum meum hoſtibus clam fuiſſet: ſed illi gemitus meos audierunt, & intellexerūt me omni ſolatio & auxilio deſtitutam: audierunt inquam non aliqui beneuoli, quos nullos iam numero cunctis odioſa: Sed inimici capitales, qui me deceperunt, & ſunt depopulati; & exultant de interitu meo: quod acerbiſſimum: ideò Dauid in planctu de morte Saulis hoc deprecatur: *Nolite annunciare in Geth, neque annuncietis in compitis Aſcalonis: ne fortè lætentur filiæ Philiſtiim, ne exultent filiæ incircumciſorum.* 2. Reg. 1.20. &

Micheas.c.7.8. *Ne læteris inimica mea ſuper me, quia cecidi: conſurgam cum ſedero in tenebris.*

QVONIAM TV FECISTI] Non tantum exſultant quoniam ego oppreſſa; ſed etiam quia tu mihi auctor & illator cladis, quē ego ſola colebam, & cuius promiſſis confidebam, hoc ipſum improperant me à te, quē noſſe me & colere gloriabar, ſic malè mulctatam. Quo hæc illi fine? nonne vt inducant vt te deſeram, & pro Deo meo, meorúmque patrum ampliùs non agnoſcam, non verear? Hæc cogitatione in iram excandeſcit, & ſpem concipit tantam malitiam non fore impunitam.

ADDVXISTI] Non ſines profectò ô Deus, vindex malorum iuſtiſſimè, inultam hanc calumniam blaſphemiæ mixtam. Erit, erit aliquãdo dies, quam vocabis ſuper illos, ſicut *ſuper me vocaſti* (ſup.v.15.]

Babylonis excidium. & per Prophetas adducturum te promiſiſti. Habeo fidem vaticiniis illorum de Chaldææ gentis & Babylonis excidio; remetieris illis menſura, quã mihi nunc referta oppreſſiones admetiuntur: habes haſce prophetias. Pſal.136.8. *Filia Babylonis miſera, beatus qui retribuet tibi retributionem tuam, quam retribuiſti nobis:* (præteritum pro futuro) *Beatus qui tenebit, & allidet paruulos tuos ad petram.* Vt tu feciſti Sioni:

Ammonitarum. deſcribit Deum hunc diem adducentem luculentiſſimè Iſaias toto c. 13.& 21. Idem Ammonitis, qui & ipſi exſultarant in excidio Ieroſolymæ minatur Ezech.25.3. *Pro eo quod dixiſti, Euge, euge ſuper ſanctuarium meum, quia pollutum eſt: & ſuper terram Iſraël, quoniam deſolata eſt: & ſuper domum Iuda, quoniam ducti ſunt in captiuitatem: idcirco ego tradam te filiis Orientis,* &c. verſ.6. *Pro eo quod plauſiſti manu, & percuſſiſti pede, & gauiſa es ex toto affectu ſuper terram Iſraël: idcirco ecce ego extendam manum meam ſuper te:* idem minatur Moabitis, *v.*8. Idumæis *v.*13. Philiſtæis *v.*15. de his omnibus accipio vocem, *inimici.*

ADDVXISTI DIEM CONSOLATIONIS] LXX. adduxiſti diē, vocaſti tempus, factum eſt, ἐπήγαγες ἡμέραν ἐκάλεσας καιρὸν, ἐγένετο. Hebraicè ad verbum; *adduxiſti diem, vocaſti.* Oratio elliptica; *pro quem vocaſti,* vt Pagninus vertit, vel ſubaudiens quod præceſſit, adduxiſti diem, vocaſti inquam diem, vt videntur intellexiſſe LXX. & Chaldæa paraphraſis his verbis; induxiſti ſuper me diem vltionis, conuo- «
caſti ſuper me conuocationem in deſolationem meam: & conuocabis «
ſuper eos, & erunt deſolati ſicut ego.] Noſter clariſſimè & breuiſſi- «
mè ſententiam expreſſit.

ADDVXISTI] pro futuro poſitum, adduces, confido, diem illam quam indixiſti, & prædixiſti per Prophetas tuos (vt ſuprà)

Conſolationis dies pro die vltionis. quæ mihi dies futura conſolationi; ſicut ipſis nunc iſta eſt: & erit illis deſolationi, ſicut nunc iſta mihi: vel potiùs, vocat *conſolationis* reſpectu Dei diem illum adducentis. Solent enim Prophetæ ἀνθρωποπαθῶς dicere Deum *conſolari*, quando vindictam ſumit. Sic Deus ait Eſaiæ 1.v.24. *Heu conſolabor ſuper hoſtibus meis, & vindicabor de inimicis meis:* comma poſterius eſt explicatio prioris Ezech. 5.13. *& complebo furorem meum, & requieſcere faciam indignationē meam in eis, & conſolabor.*

Deuter.

Deuter.28. 63. *Sicut ante lætatus eſt Dominus ſuper vos, benè vobis faciens vóſque multiplicans: ſic lætabitur diſperdens vos, atque ſubuertens.*

Similes mei] miſeri, & ludibrio. Aldina editio, & Theodoretus, *ἐγένεντό μοι, ὄιμοι, ὄιμοι factī ſunt mihi heu, heu.* minùs rectè. Nam Complutens. & Regia, vt eſt Hebraicè, & legit Chaldæus, & vertit noſter; *ἐγένετο ὅμοιοι μοι*, poſſet etiam legi *ὅμοιοι ἐμοὶ*.

VVLGATA. — LXX.

THAV. — *Θαῦ.* — Vers. 22.

ת D. Ambroſio, *errauit*, vel *conſummauit*; Hieronymo *ſignum*. Zamorenſi *ſtupor*, ſed Syriacè. Iſaaco *ſcriptura* Caninio, *crux*: aliis, *terminus*. Sanè cruces olim, vt hodie patibula in confiniis, defigi ſolitas, non dubito, & inde *crucem* Latinis *gabalum* vocatam, quia Hebræis *Gabal* גבל terminare de *Thau* quomodo ſit ſignum crucis hîc multa allegoricè Paſcaſius, & quædam D. Hieronymus *in Ezech. lib. 3. cap. 9.* „ vnde illud nunc nobis vſui: Antiquis Hebræorum litteris quibus vſ- „ que hodie vtuntur Samaritaní, extrema *Thau* littera crucis habet ſi- „ militudinem.] *item*, vltimam eſſe Alphabeti, vt perfectam in viris ge- „ mentibus & dolentibus ſcientiam demonſtraret.] Certè prima alphabeti *Aleph* doctrinam ſignificat; ſi vltima *crucem*: certè *crux*, quæ *ſtupori* fuit Gẽtilibus, & *errori* Iudæis, nobis *ſignum ſalutis*, & omnis Scripturæ, doctrinæ ac perfectionis, *conſummatio* eſt: Ægyptiis Thau littera cruci figuram præfert, (vt Æthiopibus quoque) & ſignificat vitam venturam; vt dicit Reatinus in Indice Hieronymiano. Hanc Christvm ſecuti humeris tollamus, ſed audiamus miſeram Synagogam, pergentem victoribus ſuis diras cruces imprecantem.

Continuatio.

Thau, ſignũ crucis.

Ingrediatur omne malum eorum coram te: & vindemia eos ſicut vindemiaſti me propter omnes iniquitates meas: multi enim gemitus mei & cor meum mœrens.	*Ingrediatur omnis malitia eorum ante faciem tuam, & vindemia eos, ſicut vindemiam fecerunt pro omnibus peccatis meis. Multi enim gemitus mei: & cor meum mæret.*

TERTIA dicit, primò hoſtibus malè precatur. Secundò cauſam addit à ſimili ratione, me puniſti propter peccata: at eorum meis minora non ſunt. Tertiò reuoluitur ad magnitudinẽ miſeriç ſuæ, & vnde cæperat threnus ibi finitur. — *Analyſis.*

Quoad primum illud obſeruãdum, regulam communem Patrum S. *Anacleti epiſt. 2. Chryſoſtomi hom. 6. de laudibus Pauli, Euthymij in Pſa. 108. S. Hieronymi & Paſcaſij hic & aliorum*, nempe huiuſmodi imprecationes in S. S. cùm à Sanctis viris vſurpantur, non imprecantis affe- — *Canon de diris ſeu imprecationibus. Thren. 1. 22.*

ctu,ſed prophetantis Spiritu dici, & proinde non explicandas, quaſi id optent contingere, ſed quaſi prædicant ita malis malè euenturum: veriſſimam eſſe,quando illi ex propria perſona & affectu ſuo loquuntur, non verò ſemper quando alterius perſonæ dicta referunt, vel imitantur, maximè ſi huiuſmodi paſſionibus iræ, vindictæ, impietatis,illa obnoxia erat. Hoc loco quia propheta ſynagogam Iudaicam ſub perſona mulieris ærumnis acerbatæ, quæ nec pia,nec ſancta, ſed dolore & ægrimoniis obruta,inducit iſta dicentem; præſtat ſequi Theodoretum, Chaldæam Paraphraſim, & D.Thomam, qui accipiunt vt verba deſiderantis hoſtem in ſui ſimiles calamitates incidere, & vindictam poſtulantis quod infirmitati ſynagogæ permiſſum olim cenſuit D.Ambroſius epiſt.quadam.

Senſus ergo; Cùm ſederis in tribunali tuo cauſam noſtram,meam & hoſtium, diiudicaturus; compone partis vtriuſque peccata, &, ſi repereris paria;ne ſis in illos lenis,in me ſeuerior:ſed ſicut pœnas pœnis cumulas, & poſt vindemiam racemas me, ſic es illis poſt vindemiam racematio ſuccedat,nihil ſinas inultum, nihil quod non ad vnguem reſeces.

Malum ingredi coram Deo. INGREDIATVR OMNE MALVM] hoc eſt narretur in iudicio, & velut de libro recitetur adeò clarè, vt oculis tuis,quaſi in tabula artificiosè depicta, ſpectandum proponatur. Hebraicè eſt *ante facies tuas veniat*. Sic Pſal. 108.14. *In memoriam redeat iniquitas patrum eius in conſpectu Domini: & peccatum matris eius non deleatur*, ſcilicet obliuione. Porrò MALVM præcipuè ſignificat peccatum, ſecũdariò ſupplicium: q.d.ſi conferas peccata cum pœna eorum,videbis nihil ferè luiſſe:me verò infanda exhauſiſſe ſupplicia.

Deuindemiare. VINDEMIA EOS SICVT VINDEMIASTI ME] de hac voce, vide dicta v.12.Rupertus hic legit, *deuindemia & deuindemiaſti:*& vult cõpoſito plus indicari,quàm verbo ſimplici,propiùs quidem accedit ad Græcum.Nam eſt ἐπιφύλλισον & ἐπεφύλλισαν:ſeu (vt alij libri) ἐπιφυλλίδα,quod Agellius ait reddendum *reuindemia*, & *reuindemiauerunt*, ſed Latinis propria eſt vox *racemationis*, non reuindemiationis,Hiſp.*rebuſca*.Hebraicè habemus, ועולל למו כאשר עוללת לי *Veolel Lamo Kaaſer Olaltha Li:& ſis cauſa eis quemadmodum cauſa fuiſti mihi:*ſeu vt Va-
Thren.1.22. tablus *fac eis ſicus feciſti mihi:*ſeu,vt Clarius, *eueniat illis quod euenit mihi.* »
Leo Iudas,ſicut noſter interpres vtitur vindemiandi vocabulo. Ver- »
bum עלל latiſſimè quiduis agere,facere,moliri ſignificat, ideo LXX. »
& noſter aptiſſimè explicarunt de ea actione quæ inſtituto conueniebat quàm optimè.

TROPOLOGIAM, Quando aut quomodo liceat homini Chriſtiano vindictam optare,lege apud S.Cyrillum lib.10.in Ioan.c.30.

COMMENTARIVS IN CAP. ſeu THRENVM II.

ARGVMENTVM.

Deplorat (vt ſapientiſsimè Rupertus hic prodidit) calamitates Ieroſolymæ, quas perpeſſa, quando propter Sedeciæ, Regis, filij Ioſiæ, rebellionem, Nabuchodonoſoris exercitus biennio Ieroſolymam obſedit, habes narratam hiſtoriam 4. Reg. 24. v. vlt. & cap. 25. per totum, & 2. paralyp. 36. à v. 13. Ieremiæ 39. & 52. Ioſephi lib. 10. Antiquita. cap. 9. & 10. & Sulpicij lib. 1. ſacræ hiſtoriæ in fine. De clade illata tempore Ioachin non poteſt intelligi, quia tunc ſammus ſacerdos non fuit abductus: nec de clade per Romanos illata, quia tunc Rege Iudæi carebant gentis ſuæ, & ille ipſe qui à Romanis conſtitutus Agrippa, nihil à Romanis mali paſſus, vtrumque tamen exigit infer. v. 6. in fine vbi vide.

VVLGATA.	LXX.	
ALEPH.	ἀλέφ.	VERS I.

א De his litteris Alphabeti, quia dicta ſuperiore alphabeto quæ videbantur dicenda, deinceps tacebitur. Notandum hoc capite præter hominibus illatas ærumnas, etiam deſcribi ruinam vrbis, & ædificiorum publicorum, & ipſius templi, quæ non accidere ante expugnatam vrbem ſub Sedecia.

Quomodo obtexit caligine in furore ſuo Dominus filiam Sion: proiecit de cœlo in terram inclytã Iſ-

Quomodo obtexit caligine in ira ſua Dominus filiã Sion? proiecit de cælo in terram gloriationem Iſrael: & non eſt re-

raël, & non eſt recordatus ſcabelli pedum ſuorum. || *cordatus ſcabelli pedum ſuorum.*

Analyſis. Cõparatio. VIDETVR comparare Deum homini feroci, qui puerulum inſtar trochi agit, rotátque donec vertigine excitata in ſolum deiiciat, & deiectum calcet, terátque q.d. primò calamitate obruit: deinde affligit ſolo: denique deſpicit & contemnit.

Quomodo. QVOMODO] ſic orditur tria alphabeta, 1.2.& 4. à particula ind.c.: admirationis, ob ſubitam mutationem Ieroſolymæ: ſicut etiam cap. 50.23. *Quomodo confractus eſt, & contritus malleus vniuerſæ terræ? quomodo conuerſa eſt in deſertum Babylon in gentibus.*

OBTEXIT CALIGINE] antequam quis vertigine turbatus in terram concidat, vt ait ille,

„ *Tinniunt aures, gemina teguntur*
„ *Lumina nocte.*

Hic perſiſtens in comparatione, quam dicebam;

„ *Seu quondam torto volitans ſub verbere turbo*
„ *Quem pueri magno in gyro vacua atria circum*
„ *Intenti ludo exercent.*

Sic ait Ieroſolymam iræ diuinæ flagello, velut habena rotatam; & animæ deliquio caſabundam: Flagellum hoc vocat caliginoſam procelloſamque nubem, quæ primò cœlum atrore ac denſitate ſua obnubilarit, tum impetu ſuo miſeram corripuerit ac proſtrauerit. Materia imbris eſt nubes denſata: nubem gignunt vapores eleuati &
Thren 2.1. denſiores, ac proinde caliginoſi (*Vide Ariſtotelem lib. 1. Meteor. cap. 9.*
Imber, *Plinium lib. 2. Natural. hiſtor. à cap. 38. Lucretium lib. 6.*) Cùm itaque
Nubes, iram diuinam imbri ſimilem & procellæ faciat, meritò caliginé præ-
Caligo, Caligo pro mœrore & tribulatione. mittit. Igitur *obtexit caligine* idem eſt quod obnubilauit, & nube atra inuoluit: hoc eſt afflixit, & mœrore obruit. Sic Iſaiæ 5. vlt. *Sonabit ſuper eum in die illa, ſicut ſonitus maris: aſpiciemus in terram & ecce tenebræ tribulationis, & lux obtenebrata eſt in caligine eius*, idem cap. 8.22. *Ecce tribulatio, & tenebræ, diſſolutio, & anguſtia, & caligo perſequens: & non poterit auolare de anguſtia ſua.* Ezech. 34. 12. *diſperſæ ſunt in die nubis & caliginis.* Hugo de Sancto Victore hic; caligo triſtitiam tribulationis deſignat. „ Victor Antiochenus in catena; caligo, animæ ærumnæ ſunt, ex ana- „ logia caliginis quæ hyemali tempore lucem ſolet obſcurare, ſic enim „
Tenebræ, Ieruſalem mœrore ſplendorem ſuum perdidit.] Paſſim in S.S. tene- „
Lux, bræ & nox, pro infœlici ſtatu; dies & lux, pro fœlici ac læto vſurpantur. Iob 15.22. *Non credit, quod reuerti poſſit de tenebris ad lucem, circum-*
Iobi locus 18.18. *ſpectans vndique gladium*, & cap. 18.18. *expellet eum de luce in tenebras*: iuxta nonnullos; ſed ego interpretor occidet, ſeu exterminabit eum, me-
Cap. 29.3. lior locus eſt cap. 29.3. *Quando ſplendebat lucerna eius ſuper caput meum: & ad lumen eius ambulabam in tenebris*, hoc eſt quando inter huius vi-
Cap 30.26. tæ mala ſemper Deum propitium experiebar, cap. 30.26. *Exſpectabam*
Nox. *bona, & venerunt mihi mala: præſtolabar lucem, & eruperunt tenebræ*, nam

prius

[illegible] Mos [illegible]

[illegible] perpetua tenebra.

Quia obduxit caligine] Hic exponitur de tenebris [illegible] qua Deus plerumque Iudæos puniuit, vt [illegible] manentibus [illegible] Deuter. 28. 28. Percutiat te Dominus amentia, & cæcitate ac furore mentis, & palpes in meridie ſicut palpare ſolet cæcus in tenebris, & non dirigas vias tuas. Iſai. 29. 10. Quoniam miſcuit vobis Dominus ſpiritum ſoporis, claudet oculos veſtros prophetas & principes veſtros, qui vident viſiones operiet. [Iuxta quam intelligendum illud eiuſdem cap. 42. 7. vt aperires oculos cæcorum & educeres de concluſione vinctum, de domo carceris ſedentes in tenebris.] verum huic verſ. 1. non quadrat ibi ſignificatio, niſi Tropologicè: cæcitas enim illa propriè ſpectat ad tempora Christi: hoc autem Threno lamentatur propheta mala temporum Sedeciæ.

Tenebriæ & caligo pro [illegible] pa.

In furore] hoc eſt vindicta: quam comparat vapori caliginoſo, quia quando in ſacra Scriptura Deus dicitur iratus punire, ſolet aſſimilari homini cuius præ æſtu iracundiæ fumus naribus erumpit, pſal. 17. 9. Aſcendit fumus in ira eius, & ignis à facie eius exarſit. Deut. 29. 20. quam maximè furor eius fumet. vide quæ dicam Adagio [illegible] 154.

Dei ira cur comparetur fumo.

Filiam Sion] Ieruſalem, vel ipſam Sionem, ſicut filius hominis pro homine ponitur, vt Victor Antiochenus.

filia Sion.

Proiecit] proſtrauit & humo afflixit, ſicut imber procelloſus ſegetes. Solet enim cōparari diuinā vindictā [illegible] docet phraſis illa 2. paral. 12. 7. Non ſtillabit furor meus ſuper Ieruſalē per manū Seſac. Micheæ 2. 6. Ne loquamini loquentes, non ſtillabit ſuper iſtos, non comprehendet confuſio. Et hoc minatus fuerat Deus. 2. paral. 34. 25. idcirco ſtillabit furor meus ſuper locum iſtum, & non extinguetur. loquens de hoc ipſo per Chaldæos excidio, tam ſub Sedecia, quam ſub Ioachin: quod completum indicat Daniel capit. 9. 11. ſtillauit ſuper nos maledictio, & deteſtatio quæ ſcripta eſt in lege Moyſi ſerui Dei. de qua phraſi plura d. Adagio 154. Dicitur proſtrauiſſe, quia fauore & priuilegijs in cælum quaſi ſublatam, caſu grauiore deiecit & ſolo alliſit: ſicut qui vas teſtaceum vult penitus conterere, priùs brachium in ſublime extollit. ſic pſ. 101. 11. à facie iræ & indignationis tuæ: quia eleuans alliſiſti me. deieciſti de ſumma gloria ad imam vtilitatem, de regno in ſeruitutem. Porro quod quidam hic tradit idem ſignificari vocabulis in cælo & de cælo: fallitur quia illud ſignificat palàm & in omnium oculis, vt Iſai. 34. 5. Quoniam inebriatus eſt in cælo gladius meus. ſed de cælo ſignificat de loco altiſſimo, vt indicat Antitheſis in terram nec aliter Apoca. 14. 2. audiui vocem de cælo, & alijs locis quæ congerit in [illegible].

filius hominis.

furor ſtillat.

In cælo, & de cælo differunt.

Inclytam Iſrael] Hebraicè decorem Iſrael, תפארת Tiphereth.

K LXX.

LXX. *[illegible] gloriam*, alibi dicit *corona gloria Iſraelis*, Ierem. 13. 18. [illegible] ſtet concretum pro abſtracto videtur poſuiſſe, ſeu effectum pro cauſa. *Iſraelem deiectam* pro eo ablato, quo Iſraëlitæ gloriabantur, templo [illegible] pe, quod incendit Nabuchodonoſor; quod gloria Iſrael propter arcam, quæ ſolet vocari *gloria*, pſal. 62. 3. *in ſancto apparui tibi, vt viderem virtutem tuam, et gloriam tuam*. 1. Reg. 4. 21. *Tranſlata eſt gloria de Iſrael, quia capta eſt arca Dei*. Ierem. 14. 21. *ſolij gloriæ tuæ recordare*.

Templum & arca gloria Iſraelis.

Comparatio ſcabelli reiecti.

NON EST RECORDATVS] comparationem hic verbis explicat Rupertus: Quaſi Regem aut quempiam perſonarum [illegible]trem oculis oſtendit, ſedentem in alta ſede; ſcabellum habentem ſub pedibus, tanta commotum ira, vt pedibus ſe non tenentibus ſcabellum ſuum longè proiecerit.

Scabellum pedum Dei. vrbs. de Angelis templi cuſtodibus.

SCABELLI PEDVM] Origenes, Hieronym. alij & exponunt ipſam Ieroſolymam; quam volunt ita vocari ob rationem, quam in Græca Catena ita tradidit Victor Antiochenus; quia ſuper eam olim diuinæ virtutes erant ingredi ſolitæ; quæ Dei virtutes dicuntur (*ab Apoſtolo Heb.* 1.) in miniſterium miſſæ propter eos, qui hæreditatem ſalutis ſunt accepturi; & quia proximè ſubiectæ ſunt Deo. itaque vltima captiuitate imminente (vt Ioſephus narrat lib. 6. de bello Iudaico) auditæ fuerunt in templo voces dicentium; Abeamus hinc. Tale illud Ezechielis, *Aſcendit gloria Domini ex mediâ vrbe*. cap. 11. 23. Propius ad rem Olympiodorus, *Scabellum Dei*, templum ipſum dicit, tamquam diuinâ præſentiâ de cælo in illud vſque perueniente; aut etiam Iſraëliticum populum, qui Dei cognitione dignus eſſet habitus. *Thronus* enim Dei vocatur cælum, vt potè cum illic Deus in illis puriſſimis rationabilibus creaturis requieſcat. *Scabellum* verò terra; cùm illius cognitio, ad nos quoque pro ratâ portione perueniat.] reſpicit ad Iſaiæ 66. 1. *Hæc dicit Dominus cælum ſedes mea, terra autem ſcabellum pedum meorum.* Vnde CHRISTVS ait non iurandum, *neque per cælum, quia thronus Dei eſt, neque per terram: quia ſcabellum eſt pedum eius: neque per Ieroſolymam, quia ciuitas eſt magni Regis*. Matth. 5. 34. quibus verbis etiam refellitur explicatio illa prior, nam negatur Ieroſolyma eſſe ſcabellum pedum Dei. Dicitur autem terra ſcabellum Metaphoricè, quia Deus comparatur Regi in ſolio ſedenti, & cælum terrâ ſuperius eſt, hæc cælo ſubſternitur. Probabilior adhuc mihi videtur explicatio Theodoreti huic conformis primæ Olympiodori, vt templum dicatur Scabellum pedum Dei; nõ ſimpliciter, ſed ratione arcę fœderis, iuxta illud Ezechiel 43. 7. *locus ſolij mei* dicit Deus; *& locus veſtigiorũ pedum meorum, vbi habito in medio filiorum Iſrael*. Sic enim arca fuit ſubiecta propitiatorio & in eo poſitis Cherubinis, ſicut ſuppedaneum ſedi: Deus autem propitiatorio quaſi throno inſidens reſponſa dare cenſebatur, iuxta illud, *Qui ſedes ſuper Cherubin*; de quo plura dicenda ad capit. 6. Iſaiæ. ſic de arcâ intelligenda loca ſequentia, 1. paralipom. 28. 2. *Cogitaui vt ædificarem domum, in qua requieſceret arca fœderis Domini, & ſcabellũ pedum Dei noſtri*. vbi τὸ *&* exegeticũ eſt pro, *id eſt ſcab*. pſal. 98. 5. *adorate*

Templum ratione arcę quæ ſcabellum & ſuppedaneum Dei, & cur.

Templum, populus Iſrael. Thronus Dei cælum. Terra ſcabellum.

Locus 1. paral. 28. 2.

et ſcabellum pedum eius, quia ſanctum eſt pſ. 131.7. de tabernaculo ratio- nem ... *introibimus in tabernaculum eius: Adorabimus in loco vbi ſteterunt pedes eius.* hoc eſt vbi poſiti quieuerunt.

IN DIE FVRORIS] explicat Hebraiſmum *in die iræ*, de quo in alijs loco citato. Quia diem ſalutis noluit agnoſcere ... cedit in diem vindictæ, quod Babylonis excidia. Hæc porro vltima verba, ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς θυμοῦ αὐτοῦ οὐκ ἐμνήσθη, &c. ſic iunguntur præcedentibus in edit. Regiâ & Complutenſi: ſed in editione Aldina & Romanâ, ſunt principium ſequentis verſiculi: Βὴθ ἐν ἡμέρᾳ, &c. *Beth in die iræ furoris eius præcipitauit*, &c. Non multum refert, quoad ſententiam, & Hebræa poſſunt vtroque modo etiam diſtingui, quia *Beiom* ביום etiam incipit à Beth, æquè ac *Billa* בלע. Complutenſibus tamen fauent noſter interpres, & Latinus interpres Theodoreti. Chaldæus neutram aſtruit, ſi fontem conſulas. Dies nat. Loc. LXX. interp.

TROPOLOGICE quædam Origines tract. 23. in Matthe. circa finem. De differentiâ iræ & furoris Dei S. Bernar. ſerm. 69. in Cāticum Canticorum. Dei ira & furor.

VERS. II.

VVLGATA.
ב BETH.

Præcipitauit Dominus, nec pepercit, omnia ſpecioſa Iacob: deſtruxit in furore ſuo munitiones virginis Iuda, & deiecit in terram: polluit regnum, & principes eius.

L X X.
Βὴθ.

In die iræ ſuæ abſorbuit Dominus nō parcens, omnia ſpecioſa Iacob: deſtruxit in furore ſuo munitiones filiæ Iuda: *adhærere fecit ad terram: polluit regem eius, & principes eius.*

PROGREDITVR à ſacris ad prophanâ ornamenta: primo in genere quæritur de ciuilibus, inanimis, vt de munitionibus & animatis, vt rege ac principibus. Continuatio & Analyſis.

PRÆCIPITAVIT] Græcè κατεπόντισε, *demerſit*. Anton. Agellius acutè conijcit legendum, κατεπότισε, *fecit vt abſorberetur*: videlicet, in ſublime ſublatam ſ. v. 1. inde ad pelagi profundū præcipitans: verum nihil mutarim, quia in ſeq. v. 5. κατεπόντισε bis repetitur eodē quo hic ſenſu: quem ex Hebræo vocabulo colligere licet, non tantum ex alto (vt dictum v. 1.) ſed etiam fortiter ac ſubito ita proiectam, vt penitus abſorpta, conſumpta, & perdita fuerit nullis fragmentis reliquis ſicut ſolent quæ auidè deglutiuntur ac deuorata præcipitantur in ventrem non maſticata quaſi in barathrum vel abyſſum. totum id complectitur *Billa* בלע habes cōparationem Iob 20.15. vbi Hebraicè eſt בלע & noſter vertit *diuitias quas deuorauit euomet.* Ieremiæ 51.34. vbi noſter, *ab-* lectio LXX

ſorbuit me quaſi draco impleuit ventrem ſuum teneritudine mea. Et quod Iſai.25.8. *Præcipitabit mortem in æternum,* id S. Paulus impleuit oſtendens dixit, *abſorpta eſt mors in victoriâ* 1.Cor.15.55 [illegible] eſt. præcipitauit illam Deus in ventrem perditionis ſeu exitij, quod confeſſim totam abſorpſit & deglutiuit. Solet enim perditio in [illegible] Scriptura metaphoricè intelligi ſimilis cuidam feræ voraciſſimæ, ſicut & mors, & infernus. Iob. 28. 22. *perditio & mors dixerunt: Auribus audiuimus famam eius.* Prou. 15. 11. *Infernus & perditio coram Domino.* & 27.20. *Infernus & perditio numquam implentur.*

Comparatio. Perditio vt fera conſideratur.

Non parcere.

NEC PEPERCIT] ſine vlla miſeratione aut venia illam ſic perdidit: ſic per Meioſim ſumitur *nō parcere.* Deut.7.16. *nō parcet eis oculus tuus.* 4. Reg.15. 29. *triumphator in Iſrael non parcet.* Iudith.2. 6. *non parcet oculus tuus vlli.* Iob.16.14. *circumdedit me lanceis ſuis, conuulnerauit lumbos meos, nō pepercit, & effudit in terrâ viſcera mea.* & hoc eodem threno, v. 17. *deſtruxit & non pepercit.* & Threno 3. 43. *occidiſti, nec pepercisti.* Ezech.5. 11. *confringam, & non parcet oculus.*

Specioſa Iacob.

SPECIOSA IACOB] quicquid venuſti, ornati, pretioſi. Hebraicè, נאות *Neoth*, cuius radix poteſt eſſe *Naa* pulchrum eſſe, iuxta Eliam & alios nonnullos, vt ſit ſimile *Aua* אוה: noſtram verſionem confirmant LXX. & Chaldæus, alij *Neoth* deducunt à radice, *Naua* נוה habitauit, & interpretátur *tabernacula*: fateor non malè: ſed cur deſeramus veteres: cùm ſenſus ſit idē, & de omni ornatu tēpli, regiæ, & vrbis aboleudo exſtent prophetiæ, & eas completas in hoc ſecundo Nabuchodonoſoris aduentu ſciamus: Eſai. 39. 6. ad Ezechiam dicitur: *Ecce dies venient, & auferentur omnia, quæ in domo tua ſunt, & quæ theſaurizauerunt patres tui, vſque in diem hanc in Babylonem: non relinquetur quidquam, dicit Dominus.* idem Deus Amos.3.15. *percutiam domum hiemalem cum domo æſtiuâ & peribunt domus eburneæ, & diſſipabuntur domus multæ:* ita factum, Ierem. 39. 8. *domum quoque Regis & domum vulgi, ſuccenderunt Chaldæi igni, & murum Ieruſalem ſuccenderunt.* & cap.52. v.13. Nabuzardan *incendit domum Domini, & domum Regis, & omnes domos Ieruſalem, & omnem domum magnam combuſſit. Et totum murum Ieruſalem per circuitū deſtruxit,* hoc eſt, quod hic dicitur, *deſtruxit omnes munitiones virginis Iuda.* Nam Ieruſalem ſic vocatur, ſ̃. cap. 1. 15. vbi vide: de templi verò ornamentis ac vaſis poſtea narrat *à v. 17. vſque ad v. 24.* eadem Ioſephus narrat lib. 10. antiquita. cap. 10.

Reges Iuda vncti & ſacri.

POLLVIT REGNVM] Nam regem Ezechiam captum non verbis tantum increpuit (quæ recenſet Ioſephus) ſed etiam coram eo filios occidit, & ipſum excæcauit, atq; ita tractauit vt rem prophanam: cùm tamen eſſet vnctus Domini, hoc queritur Dauid de Saule 2.Reg.1.21. *Ibi abiectus eſt clypeus fortium, clypeus Saul, quaſi non eſſet vnctus oleo.* Sub principib. hic comprehendit *Sacerdotes*, qui & ipſi prophanati, & abducti in captiuitatem, vt ait infra verſ.6. tradidit in opprobrium regem *& Sacerdotium.* porro LXX. hic habent βασιλέα *Regem.* Theodoretus, *Reges* βασιλεῖς: quidam libri βασιλείαν *regnum.* vide Ierem. 39.7. & cap.

Digitized by Google

& cap.52. Nihil neceſſe *polluit*, interpretari pollutum oſtendit.

VVLGATA.
ג Gimel.

Confregit in ira furoris ſui omne cornu Iſrael: auertit retrorſum dexteram ſuam à facie inimici: & ſuccendit in Iacob, quaſi ignem flammæ deuorantis in gyro.

LXX.
γιμελ.

Confregit in ira furoris ſui omne cornu Iſrael: auertit retrorſum dexteram ſuam à facie inimici & accēdit in Iacob quaſi ignem flammam: & deuorauit omnia, quæ in gyro. Vers. 3.

A Rege pergit ad regnum, quod iam ſubuerſum: deinde addit id minimè mirum, quia Deus pro hoſtibus pugnauit, & flāmas diſperſit, quibus conflagrarint omnia. Analyſis & cōtinuatio.

Deus (ait) vehementer iratus Confregit hoc eſt abſcidit & abrupit, ſic גדע *Gada* vertit Ierem. 48. 25. *Abſciſſum eſt cornu Moab.* Cornu pro.

Omne cornv.] Sic pſal. 74. v. vlt. *omnia cornua peccatorum confringam, & exaltabuntur cornua iuſti.* Origenes hic vult ſigni- Principibus.
„ ficari omnes Principes, in quibus (ait) eſt gentis fortitudo, vt in cor-
„ nigeris animantibus, & quia corpus excedunt, vt ſupra ſubiectos
„ eminent principes.] Olympiodorus; omnes tribus vel omnes Tribubus,
„ potentes.] Malo referre ad regnum, ſicut Daniel regna cornibus Regno.
comparauit cap. 7. & ſic pſ. 131. 17. producam cornu *Dauid*. & 148. 17. *exaltauit cornu populi ſui.* & in Apocal. 17. 12. *cornua quæ vidiſti decem reges ſunt.* vide plura in Adagijs ſacris §. 106. Ait Omne hoc eſt ambo cornua. quia comparat Iſraelem tauro, cui geminum eſt cornu: Sic Iſraëli duo regna, Iudæ & Ephraim, de quibus Deutero. 33. 17. Iſraelis duo *Quaſi primogeniti tauri pulchritudo eius: cornua rhinocerotis cornua illius, in ipſis ventilabit gentes vſque ad terminos terræ.* Primùm ſuſtulit cornua. Deus regnum Samariæ, poſt etiam Iudâ, vt rectè Vatablus. De multiplici ſignificatione *cornu*, lege Pintum hic, & Ioann. Fernandes in Theſauro ſacræ Script. voce, *cornu*.

Avertit retrorsvm dexteram] comparat Deum forti imperatori; qui cùm poſſet hoſtem in conſpectu poſitum minimo negotio fundere, quaſi poſt tergum reflectens manum victoriam hoſti concedit (ita Theodoretus). igitur ait Deū ſubtraxiſſe manum auxiliatricem in ipſo certamine; & pro hoſtibus pugnantem in ſuos conuertiſſe, & iracundiâ excandeſcentem flammas in Iſraëlem effudiſſe, & ijs in circuitu Ieroſolymæ omnia combuſſiſſe. Præclarè Deus dexteram auertit retrorſum.

Hugo de Sancto Victore, *auertit dexteram* ne protegeret; *Siniſtram extendit* vt percuteret] pſ. 73. 11. *vt quid auertis manum tuam, & dexteram tuam*: ideſt manum inquam dexteram tuam.

Ieruſalem à Chaldæis incenſa. QVASI IGNEM FLAMMÆ] ὡς πῦρ φλόγα LXX. *ſicut ignem flammam*. hoc eſt ignem inſtar flammæ agilis omnia momento lambentem & corripientem. Theodoretus, quaſi ignem ardentem, ὡς πῦρ φλέγον.

IN GYRO] indicat vndiquaque ſuccenſam: & ideo nemo potuiſſe quemquam accurrere ad reſtinguendum incendium. hoc incendium deſcribitur, 2. paralipom. 36. 19. *Incenderũt hoſtes domum Dei, deſtruxeruntque murum Ieruſalem, & vniuerſas turres combuſſerunt*, quæ ſcilicet erant in vrbe, & in gyro vrbis in mœnibus. 4. Reg. 25. 9. *Succendit domum Domini, & domum regis: & domos Ieruſalem, omnemque domum combuſſit igni*. Quod apertè prædixerat non ſemel Ieremias cap. 24. 2. & 22. occultius autem eleganti comparatione cap. 1.

Locus Ierem. 1. 14. 14. *Ollam ſuccenſam ego video, & faciem eius à facie Aquilonis*: q. d. video Chaldæos huic vrbi ignem ſubiecturos, vt habitatores quaſi carnes in ollâ elixent.

VERS. 4.

VVLGATA
ד DALETH.

Tetendit arcum ſuum quaſi inimicus: firmauit dexteram ſuam quaſi hoſtis: & occidit omne quod pulchrum erat viſu in tabernaculo filiæ Sion, effudit quaſi ignem indignationem ſuam.

LXX.
δάλεθ.

Tetendit arcum ſuum quaſi inimicus aduerſarius: firmauit dexteram ſuam quaſi aduerſarius: & occidit omnia deſiderabilia oculorum meorum in tabernaculo filiæ Sion: effudit quaſi ignem indignationem ſuam.

PERGIT explicare quo ſe pacto Deus hoſtibus auxiliatorem præbuerit. quia (Sic Chaldæus) ſtetit ad manum dexteram »

Sagittario comparatur Deus iratus. Nabuchodonoſor, & auxiliatus eſt ei, quando rex corona Ie- »
ruſalem cinxerat, & per ſuos duces eam expugnauit. ſtetit autem Deus ſimilis ſagittario infenſo, perito, & conſtanti. Solet Deus iratus huic comparari. Deutero. 32. poſtquam dixerat Deus, *ignis ſuccenſus eſt in furore meo*. v. 22. addit v. 23. *Congregabo ſuper eos, mala, & ſagittas meas complebo in eis*. & v. 42. *inebriabo ſagittas meas ſanguine*. & hoc Iob queritur. 16. 13. *tenuit ceruicem meam, confregit me, & poſuit me ſibi quaſi ſignum*. & 30. 11. *pharetram enim ſuam aperuit, & afflixit me*.

Dei pharetra & ſagittæ. pharetra hæc eſt theſaurus vltionum, ſagittæ fames, morbi, & ceteræ calamitates vt explicat Moſes d. capite. 32. v. 24. & 25. & pſal. 7. 13. *Arcum ſuum*

tetendit, & parauit illum, & in eo parauit vaſa mortis, ſagittas ſuas ardentibus effecit.

TETENDIT] Hebraicè דרך קשתו *Darach kaſeto*, quod rectè noſter *tetendit arcum ſuum*, Sed intellige, tetendit genu vel pede calcans, eò quòd durus & fortis ægrè tenderetur ſola manu: (vt ſolet qui robuſtiorem arcum neruo tendunt reflexum) quo tropologicè indicatur Deum ad vltionem quaſi inuitum ac reluctãtem adigi. Hebræum דרך noſter aliquando vertit *tendere* vt hic, & d.v.13. aliquando *calcare*, vt ſupra cap.1.v.15. & Miche.1.3. geſtus itaque Hebræo vocabulo ſignificatur, arcum difficilem tendentis: arcum inquam propriè ſumptum, קשת *keſeth*. TETENDIT ergo laborioſè, & peritè, & conſtanter iaculari perſeuerauit; ideo enim FIRMAVIT DEXTERAM SVAM, ita ſolent manum arcui imponere, & ſagittam digito premere, vt certiore ac penetrantiore vulnere feriant. TETENDIT arcum primo aduentu Nabuchodonoſoris, FIRMAVIT DEXTERAM Secundo, contra Sedeciam. Porro ex hac ſacræ Scripturæ comparatione non immeritò ſuſpiceris Gentiles ſuum Apollinem confingere, ſagittas arcu tenſo emittentem, cum peſtem Argiuis immittit, Iliad. α. Habes elegantem Vlyſſis tendentis arcum deſcriptionem Odiſſ. φ. extremo.

Deus punit quaſi inuitus,
Deus arcum pede impoſito tendit.
Arcum calcare.
Firmare dexteram.
Quaſi hoſtis.

QVASI INIMICVS & QVASI HOSTIS] pro iiſdem accipio, & illud *quaſi* indicat ſimilitudinem; q.d. non aliter ac hoſtes capitales ſolent: ſeria comparatio eſt, nihil minuens, ſed explicans. Sicut Iob.19.15. *Iratus eſt contra me furor eius, ſic me habuit quaſi hoſtem ſuum*. Elaiæ. 63. 10. *Conuerſus eſt eis* (Deum) *in inimicum, & ipſe debellauit eos*. De *quaſi* vide ſup. cap.1.v.1. Myſticum & quod notat Origenes Deum dici *quaſi hoſtem*, quia non punit inimico animo, ſed prodeſſe volens iis qui patiuntur, aut ſpectatoribus. Hoc ſenſu hic arcum tendere; quaſi perditurus, re vera vt ſanet, Cupit enim nos ſeruari, & puniendo vocat ad pœnitentiam.

Deus cur quaſi hoſtis.

QVOD PVLCHRVM ERAT VISV] Chaldæus, *omnes iuuenes & quæcumque oculo expetibilia erant*. Ego priùs amplector. vt dicat florem iuuentutis occiſum, adoleſcentes videlicet quorum forma captæ, virgines Sionides ſperabant thalamos & cupitos hymenæos: & auget miſeriæ cumulum, quòd occiſi puellis ſpectantibus, non pugnantes ſtrenuè pro muris, ſed in Gynecæis; quo, vt inter fœminas laterent, trepidi confugerant & litteræ Daleth inſcriptio, quæ *oſtium* denotat, de cæde agi indicat in domibus patrata. Hanc puto ſententiam verſiculi, quem noſter & LXX. meliùs diſpunxerunt, quam Maſſoretæ, quos Agellius & Nouatorum Princeps ſequuntur. Gynæconytida, etiam alibi *tabernaculum* noſter vocauit; Geneſ. 24. v. vlt. *introduxit eam in tabernaculum Saræ matris ſuæ*. fortaſſis hic vtitur voce *tabernaculi*, quia domus ita erant diruendæ, & igne abſumendæ, tanta facilitate ac ſolent auferri & conuolui tabernacula paſtorum: Si hoc diſplicet, cape *tabernaculum*, cum Origine & Olimpiodoro, de templo in quo ſatis veriſimile eſt iuuenes multos occiſos à Chaldæis. De *arca* &

Pulchrũ viſu pro adoleſcentibus.
Gynecæum dictũ tabercaculum.

[illegible] alijs ornamentis [illegible] non capio [illegible]
Deſtide. [illegible] ſeparandi [illegible]
[illegible] Quod de adoleſc[illegible]
[illegible]
[illegible] ſequens [illegible]
[illegible] acinaces [illegible].

Effudit iram. EFFVDIT] Ipſa voce ſignificatur abundantia ſupplicij [illegible] Dei. Thren. [illegible] & [illegible] ſicut aqua è vaſe [illegible] effunditur [illegible]
Pro punire. [illegible] illud de ſanguine [illegible] do, Deutero. 12. [illegible] quem ſuper terram quaſi aquam effundes [illegible] addit [illegible] idem Chaldæus. Sicut [illegible] ignem & [illegible] Sic Angeli in Apocal. cap. 16. effundunt phialas ſeptem iræ Dei. 1. Eccleſ. 26. 8. [illegible] dextram. [illegible] & effunde iram [illegible] & paſſim apud [illegible] chiel & alios prophetas. Subaudienda autem hic [illegible] fudit iram ſicut ignem in eos, ſuper quos ſolitus effundere imbres miſericordiæ & gratiæ ſuæ. Cæterum quia [illegible] vindicta [illegible]
Et pro parcere. pia ſupplicijs [illegible] Deus eſt placabilis, ideo aliquando iram effundere ſignificat placari, & miſereri, vt Eccleſ. 16. 12.
Locus Eccl. 16. 12. [illegible] effundens iram: ſecundum miſericordiam ſuam, ſic [illegible] [illegible] hominem ſecundum opera ſua, indicat.

VERS. 5.

VVLGATA.	LXX.
ה	ה.
Factus eſt Dominus velut inimicus: præcipitauit Iſrael, præcipitauit omnia mœnia eius: diſſipauit munitiones eius, & repleuit in filia Iuda humiliatum & humiliatam.	*Factus eſt Dominus velut inimicus: abſorbuit Iſrael: abſorbuit palatia eius: diſſipauit munitiones eius: & multiplicauit filiæ Iuda humiliatam & humiliatam.*

REPETIT quæ dixerat, verbis admodum [illegible], & clare, vt nec [illegible], nec [illegible] [illegible].

PRÆCIPITAVIT] [illegible]
Locus Ioſephi. [illegible] Babylonius [illegible] Hieroſolymis, vt expoliaret templum [illegible]

Digitized by Google

& regalia pariter, & ciuitatem ad pauimentum vſque deponeret.] Sic corrige pro, *ac pauimentum.* Græcè eſt: πῶ τι πόλιν εἰς ἔδαφος καθεῖλε. Hebraicè habemus בלע *Bala, abſoluit*, de quo ſuperiùs. Chaldæus שיצי *Seiſi*, vtroque loco; *conſumpſit.*

ISRAEL] reliquas duas tribus. Et ſequitur cur dicat *præcipitaſſe,* quia PRÆCIPITAVIT OMNIA MÆNIA] omnia alta & magnifica ædificia ארמנות *Armenath*, in ſingulari ארמון *Armon*, (à radice ארם *Ara*) 3. Reg. 16. 18. noſter vertit *palatium.* aliquando vertit, *domos*, aliquando *ædes*; vt hîc; *mœnia.* Iere. 49. 27. *deuorabit mœnia Benadad*, vbi LXX. ἄμφοδα *biuia*; ſed hîc meliùs βάρεις, quod Origenes *domos* explicat, Olympiodorus, *muros, templum, domos.* Hieronymus in cap. 8. Oſee βάρεις ſunt magnæ & in modum turrium ædificatæ domus. Symmachus τὰ βασίλεια *palatia*, & ita vtroque loco Ieremiæ Chaldæus, בירנית *Birneinth. Mœnia* igitur noſter, non ponit propriè, pro iis quæ dicuntur Hebræis חומות *Chomoth*, ſed pro turribus & palatiis, quæ intra muros.

Mœnia pro altis & magnificis ædificiis.

ארמנות
ארמון
ארם
βάρεις
בירנית
חומות

DISSIPAVIT] ſubuertit, contriuit. MVNITIONES] muros & propugnacula, ex Hebræo, Græco, q.d. quidquid aſpectu magnificum vel manu munitum.

REPLEVIT IN FILIA IVDA] filiam Iuda vocat, Ieruſalem. pro *repleuit*, Hebraicè eſt ירב *Iereb*, à רבה *Raba*, quod ſignificatione conuenit cum רבב *Rabab*, multiplicare præſertim numero: LXX. ἐπλήθυνε τῇ θυγατρὶ ἰούδα. *multiplicauit filia Iuda*; hoc eſt, in vrbe Ieruſalem auxit valdè numerum, quorum? humiliatorum. Porrò *replere in aliquo*, non temerè alibi reperias pro *multiplicare in aliquo* actiuè: paſſiuum habes ad Coloſſ. 2. 10. *& eſtis in illo repleti, qui eſt caput omnis principatus*. hoc eſt, per illum, vel illo pleni ſpiritu. hîc autem ſignificat; repleſti Ieroſolymam humiliatis, vt ſequitur, repleuit in filia Iuda

רבב
רבה

Replere in aliquo.

Repleri in aliquo.

HVMILIATVM & HVMILIATAM] Hebraicè, תאניה ואניה *Taonija, Vaonija*, vbi duas voces fœmininas cernitis, ambas deriuatas ab אנה *Ana*, planxit, luxit, ingenti mœrore obruta fuit: nam ſignificat ex graui cauſa in mœrorem impelli. Iſai. 3. 26. & alibi. Chaldæus hîc אבלותא ואנ נותא *Abelutha Vaoninutha, lamentationem & luctum*; & ſic aliqui hîc vertunt, alij, *mœrorem & luctum*, alij *planctum & querelam*, alij *luctum & luctum*. LXX. ταπεινούμενον καὶ ταπεινωμένην, vt eſt in Complutenſ. & Regiis, vel vt eſt in Aldinis & Vaticanis, ταπεινούμενα καὶ τεταπεινωμένην; ſignificatione qua noſter. videntur enim, ſicut Diuus Hieronymus legiſſe per ע, à radice ענה *Ana*, humiliari, & affligi cum opprobrio, quod in nouo teſtamento ſolet exprimi per παθεῖν. Nam cùm legit D. Hieronymus per Aleph, vertit mœrentem, Iſaiæ 29. 2. & erit *Taonija, Vaonija*, quemadmodum hoc noſtro verſu ואניה תאניה vbi noſter; *& erit triſtis & mœrens.* LXX. verò neſcio cur, ἰσχὺς καὶ ὁ πλοῦτος *robur & diuitiæ*; niſi ſi per antiphraſim pro eo quod Chaldæus, *erit deſerta & vacua.* Sed eſto legerint apud Ieremiam, vt hodie exſtat; dicam ſenſum optimè reddidiſſe, quia cauſam luctus & mœroris expreſſerunt, nempe opprobria, & dedecus ſexus vtriuſque; ſic enim humiliatio iſta explicatur infrà cap. 5. vbi de fœminis,

אנה

ענה

Locus Iſaiæ 29. 2.

v.11. *Mulieres in Sion humiliauerunt & virgines in ciuitatibus Iuda.* habes vocabulum ענו *Innu*, hoc eſt conſtuprarunt. de maſculis v.13. *Adoleſcentibus impudicè abuſi ſunt.* Vides quàm prudenter vulgatus rei veritatem Grammatico ſenſui, vt ſolet (teſtibus D.Hieronymo, Paſcaſio, Richardo, & Hugone de S.Victore) præferens, *humiliatum & humiliatam* verterit: quoad generis mutationē ſecutus Symmachum, qui d. v. 2. reddidit κατώδυνος καὶ ὠδυνωμένη, quoad vocis acceptionem LXX. interpretes imitatus.

TROPOLOGIAM de mœnibus animæ pete à B.Gregorio lib.11. Moralium cap.11. de ornatu eiuſdem à D.Baſilio ad Pſalm.29. verſ. præſtitiſti decori meo virtutem.

VVLGATA	LXX.
ו VAV.	οὐάν.
Et diſſipauit quaſi hortum tentorium ſuum, demolitus eſt tabernaculum ſuum: obliuioni tradidit Dominus in Sion feſtiuitatem & ſabbatum: & in opprobrium, & in indignationem furoris ſui regem & ſacerdotium.	*Et fecit auolare quaſi vitem, tabernaculum ſuum: corrupit feſtiuitatem ſuam. Oblitus eſt Dominus, quæ fecit in Sion, feſtiuitatis, & ſabbati: & irritauit fremitu iræ ſuæ regem, & ſacerdotem, & principem.*

VERS. 6.

REDIT ad querelam tēpli profanati, & combuſti, & ſacrorum omnium exterminationem; quorum iactura grauior regis captiuitate, quæ acerbiſſima: toties autem huc reuoluitur, quia planctus iſte ſacerdotem apprimè decet. Fuerit autem vehemens & emphatica valdè oratio (quod Paſcaſius notat) ſi hoc loco, & verſiculis præcedentibus ſequentibúſque ad ſingula commata ſubaudiatur admiratione plenùm איכה *Aicha*, πῶς, *quomodo*, de quo dictum cap.1.v.1. *Et quomodo diſſipauit, &c. quomodo obliuioni, &c.*

DISSIPAVIT QVASI HORTVM] primum hoc membrum eſt, quo ſignificat templum Hieroſolymitanum à Deo euerſum, excisūm, & (vt ait Chaldæus) eradicatum, quàm facilè maceria & ſæpè ſublata, ab hortulano, furibus, locuſtis, apro, in vaſtitatem redigitur horti ornatus & amœnitas, calcatis floribus, herbis, & arboribus euulſis, ſimul tacitè inſinuat olim Iſraëliticam ſynagogam fuiſſe quendam ſpiritualem Dei paradiſum (גן *Gan*,) quo ſummoperè delectatus; ſed poſtquam lolium, tribulos, lappas, pro floſculis & herbis vtilibus protulit, vitia videlicet pro virtutibus; vilio-

Iſraël hortus Dei, & vinea.

rem

rem duxit quouis hortulo bliti, maluæ, & aliorum olerum viliſſimorum. (Sic ferè Rupertus) Vaſtatio iſta videtur prædicta ab Eſaia 1. verſ. 7. *Terra veſtra deſerta, ciuitates veſtræ ſuccenſæ igni: regionem veſtram coram vobis alieni deuorant: & deſolabitur, ſicut in vaſtitate hoſtili. Et derelinquetur filia Sion, vt vmbraculum in vinea, & ſicut tugurium in cucumerario.* Ioel. 2. 3. *ante faciem eius ignis vorans, & poſt eum exurens flamma, quaſi hortus voluptatis terra coram eo, & poſt eum ſolitudo deſerti.* Ecce: qualis ante Chaldæorum aduentum? *quaſi hortus voluptatis*. qualis poſtea? *ſolitudo deſerti*. LXX. verſiculum noſtrum paraphraſticè tranſtulerunt ad vineam; Auolare fecit (ſeu vt alij) *expandit quaſi vitem tabernaculum ſuum* διεπέτασεν ὡς ἄμπελον τὸ σκήνωμα αὐτοῦ oſtendens *tabernaculum* & *tentorium* pro eodem ſumi, nam vtrumque expreſſerunt per σκήνωμα, ſicut etiam *diſsipauit* & *demolitus eſt* per vnicum διεπέτασεν: quæ tamen in Hebræo ſicut in Latino geminantur.

LXX. verſio.

HORTVM] LXX. vt dixi, vitem; vt ſignificent hunc hortum eſſe vineam illam de cuius cultura, & excidio fusè vaticinatus Iſaias toto cap. 5. Vocat *hortum* quia DEI deliciæ quondam, iuxta illud Pſal. 26. 4. *Vnam petij à Domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ: vt videam voluptatem Domini, & viſitem templum eius. Quoniam abſcondit me in tabernaculo ſuo.*] Vbi idem *templum* vocatur *tabernaculum*, & *domus*, & *voluptas Dei*. Voluptas, quia Deus illo delectabatur. Domus, quia hoc quaſi domicilium delegerat, vt dixit Salomoni 3. Reg. 6. 13. *habitabo in medio filiorum Iſraël.* Pſalm. 9. 12. *Dominus qui habitat in Sion, adonde tiene fuego y hogar,* vt acutè Bapt. Nauarrete ex illo Iſaiæ 31. 9. *dixit Dominus: cuius ignis eſt in Sion, & caminus eius in Ieruſalem,*] niſi potiùs ſit ſenſus cui iuge incenſum & ſacrificium in templo Ieroſolymitano offertur, vbi illi perpetuus ignis ardet, vt viſum Forerio.

Templum, hortus, domus voluptas Dei.

Locus Pſ. 26. 4.

Locus Iſa. 31. v. vlt.

Sed quæſtio hîc oritur, an *tabernaculum* & *tentorium* hîc pro vno & eodem à Ieremia ponantur. Nam plerique interpretes pro diuerſis accipiunt, vt Origenes, Diuus Hieronymus, S. Thomas, & alij; qui *tentorium* exponunt tabernaculum Moſis, quod fuit in Silo; *tabernaculum* verò illud à Salomone in templo Ieroſolymæ reſtauratum: & notant tentorij illius Moſaici diſſipationem contigiſſe temporibus Heli quando arca capta, vt narratur 1. Reg. 4. 17. & planxit Dauid Pſal. 77. 60. *Audiuit Deus & ſpreuit: & ad nihilum redegit valdè Iſrael: Et repulit tabernaculum Silo. tabernaculum ſuum, vbi habitauit in hominibus: & tradidit in captiuitatem virtutem eorum, & pulchritudinem eorum in manus inimici.*] Ego verò *tabernaculum* & *tentorium* hîc Metonymicè ambo capio pro arca quæ in illis erat, & eam puto vocari *tentorium*, quia priùs ſub papilione ſeu tentorio portatili & facilè loco mobili fuit; vſque ad tempus Salomonis; ab hoc verò in templum magnificum illata & repoſita fuit, quod tabulatis & muris ſolidatum: atque ideo vocari *tabernaculum*, quæ videtur ſententia S. Bonauenturæ, Ruperti quoque, & LXX. interpretum, qui pro vno & eodem acceperunt. Confirmatur, quia Ieremias hæc dicens, de excidio

An tentoriũ & tabernaculum hic idem ſint.

veri tabernaculi agit; & quidem de vno tantùm à Nabuzardan illato; de Silonitico verò nunc importuna & ſera querela foret; cuius alibi meminit, ſed comparatiuè tantùm, & pro exemplo iſtius excidij, quod tum prædicebat, inquiens de templo ſiri temporis; *Numquid ergo ſpelunca latronum facta eſt domus iſta, in qua vocatum eſt nomen meum in oculis veſtris? ego, ego ſum: ego vidi, dicit Dominus. Ite ad locum meum in Silo, vbi habitauit nomen meũ à principio: & videte quæ fecerim ei, propter malitiã populi mei Iſrael:*] & mox: *Faciam domui huic in qua inuocatum eſt nomen meum, & in qua vos habetis fiduciam: & loco quem dedi vobis & patribus veſtris, ſicut feci Silo.*] cap. 7. à verſ. 11. Item; *dabo domum iſtam ſicut Silo, & vrbem hanc in maledictionem cunctis gentibus terræ, cap. 26. 6.* Vel ſanè *arcam* vocat *tentorium*; eo quod tale Sanctum Sanctorum; cortinis ſeptum: *templum* verò ſeu ſynagogam totam *tabernaculum*. nam vox Hebræa מועד *Moed*, cœtum & congregationem ſignificat, quæ ſollemnibus diebus in templo conueniebat. Chaldæa paraphraſis; locum quem præpararat ad propiciandum pro populo ſuo.

מועד

Oblivioni tradidit] ſic ſuſtulit vt damnaſſe memoriam illius videatur. Hebraicè, *fecit obliuiſci*. Græcè, *oblitus eſt*.

Enallage numeri.

Festivitatem] enallage. nam comprehendit tres illas præcipuas azimorum, Pentecoſtes, & tabernaculorum. item Kalendas, & Neomenias. de quibus prædixit Iſaias; 1. 13. *Neomeniam, & Sabbatum, & feſtiuitates alias non feram, iniqui ſunt cœtus veſtri: calendas veſtras, & ſollemnitates veſtras odiuit anima mea.*]

Sabbatum] propriè dictum, ſeptimæ diei quietem. Et] ſubaudi, tradidit. Regem] Sedeciam. Sacerdotem] nempe Saraiam, lege 4. Reg. 25. 17. Ierem. 52. 24. vbi ait de Nabuzardan; *Et tulit magiſter militiæ Saraiam ſacerdotem primum, & Sophoniam ſacerdotem ſecundum, & tres cuſtodes veſtibuli.*] Dicit noſter *ſacerdotem*, quia Saraias ſolus ſummus Pontifex, Sophonias tantùm vicarius eius. Ioſephus eum qui Hebraicè שריה vt & Chaldaicè, & Græcè à LXX. Σαραίας, vocat σαρέαν, & vicarium eius σεφενίαν, pro quo mendosè Rufini verſio habe *Ioſedecum*. nam Ioſepho ιωσαδόκ☉ eſt filius Saraiæ, & in Summo Põtificatu ſucceſſor: captus cum patre, ſed pater in Reblatha à Chaldæo Rege necatus, filius Babylonem abductus: vt docet idem Ioſephus. Sedecias verò, vidit coram ſe filios ſuos & Sarream, & præcipuos amicorum necari, & poſtea fuit excæcatus. hoc eſt quod ait *Regem & ſacerdotem* in furoris Dei indignationem & opprobrium datum.

Locus Ioſephi libr. 10. antiq. c. 11.

Vvlgata

VVLGATA.	LXX.
ז. Zain.	ζάϊν.
Repulit Dominus altare ſuum, maledixit ſanctificationi ſuæ: tradidit in manu inimici muros turrium eius: vocem dederunt in domo Domini, ſicut in die ſollemni.	*Repulit Dominus altare ſuum: excuſſit ſanctificationem ſuam: contriuit in manu inimici murum turrium eius. Vocem dederunt in domo Domini, ſicut in die feſtiuitatis.*

Vers. 7.

DIXERAT ſacerdotem addictum opprobrio, nunc idem de templo queritur, & altari.

Altaria diruta.

REPVLIT] quaſi pede iratus, dum hoſtibus diruendum altare vtrumque, thymiamatis & holocauſtorum, permiſit. Quæ figura fuit, ipſius legalis ſacrificij & altaris tollendi, vt aliud ſpirituale noui Teſtamenti ſubrogaretur: (ſic Olympiodorus,) quidam referunt ad templi ſpoliationem per Achaz factam 4. Reg. 16. & 2. Paralip. 28. præſertim, *quia altare æreum, quod erat coram Domino tranſtulit de facie templi, & de loco altaris, & de loco templi Domini:* dict. cap. 16. verſ. 14. Sed hoc valdè remotum eſt: & non cohæret interpretatio cum præcedente verſiculo. Vera interpretatio eſt, dici: quia cum templo Nabuchodonoſor iuſſit altaria dirui, quod factum fuit, vt dixi non ſemel ex 4. Reg. cap. vlt. Pro *repulit* Chaldæus; *Oblitus eſt*, eodem ſenſu: nam ſinendo dirui, geſſit ſe Deus, quaſi non recordaretur illius, aut quaſi faſtidiret; vt vaticinatus Iſaias cap. 1. 11. *Quo mihi multitudinem victimarum veſtrarum, dicit Dominus? plenus ſum: holocauſta arietum, & adipem pinguium, & ſanguinem vitulorum, & agnorum, & hircorum nolui. Cum veniretis ante conſpectum meum quis quæſiuit hæc de manibus veſtris, vt ambularetis in atriis meis? ne offeratis vltra ſacrificium fruſtra: incenſum abominatio eſt mihi.* Ierem. 6. 20. *Vt quid mihi thus de Saba affertis, & calamum ſuaue olentem de terra longinqua? holocautomata veſtra non ſunt accepta, & victimæ veſtræ non placuerunt mihi.* Amos. 5. 21. *Odi & proieci feſtiuitates veſtras, & non capiam odorem cætuum veſtrorum. Quod ſi obtuleritis mihi holocautomata, & munera veſtra non ſuſcipiam: & vota pinguium veſtrorum non reſpiciam.*

Sacrificiorũ veterũ reiectio.

ALTARE] vtrumque victimarum & incenſi, & ſimul ipſa ſacrificia & odores, vt dixi.

MALEDIXIT] LXX. ἀπετίναξεν *eiecit*, Chaldæus *apertè contempſit ſanctuarium ſuum.* Hebræum נאר *Nier*, R. Ioſeph exponit *ceſſare fecit*, Abenezra *dereliquit*, Pagnin. *elongauit & proiecit*; alij *odio habuit*, ſeu *cum odio & faſtidio contempſit*; alij, *aboleuit, & deſtruxit*. In idem recidunt, quia Dei dicere, eſt facere: itaque *maledixit*, hoc eſt dirui & incendi per hoſtes permiſit: immò ſanciuit, & eos ſententiæ à ſe latæ execu

נאר. Maledicere Dei.

executores conſtituit; In pœnã peccati idololatriæ, & rapinarum, &c. vt teſtatur Malachias cap. 2. à verſ. 11. *Tranſgreſſus eſt Iuda, & abominatio facta eſt in Iſraël, & in Ieruſalem: quia contaminauit Iudas ſanctificationem Domini, quam dilexit, & habuit filiam Dei alieni. Diſperdet Dominus*, &c. & mox: *Et hoc rurſus feciſtis, operiebatis lacrymis altare Domini, fletu & mugitu, ita vt non reſpiciam vltra ad ſacrificium, nec accipiam placabile quid de manu veſtra.*

Sãctificatio & Sanctuarium pro templo.

SANCTIFICATIONI] templo, quod aliquando *ſanctuarium*, aliquando *ſanctificatio* dicitur: de hac prophanatione poteſt etiam capi illud Pſalm. 73. 7. *Incenderunt igni ſanctuarium tuum: in terra polluerunt tabernaculum nominis tui*: & Iſaiæ 64. 11. vaticinium: *Domus ſanctificationis noſtræ, & gloriæ noſtræ, vbi laudauerunt te patres noſtri, facta eſt in exuſtionem ignis, & omnia deſiderabilia noſtra facta ſunt in ruinas.* Vocatur *Sanctificatio*, quia locus Dei præſentia ſanctificatus, in eo orantes & ſacrificãtes olim certo modo ſanctificabat. Iſaiæ 63. 18. *Hoſtes noſtri conculcauerunt ſanctificationem tuam.* 1. Machab. 1. 23. *intrauit in ſanctificationem cum ſuperbia.* & cap. 4. verſ. 38. *Viderunt ſanctificationem deſertam, & altare prophanatum.*

LXX. verſio.

TRADIDIT IN MANV] vt hoſtis ea contereret & dirueret. L X X. effectum attenderunt vertentes, *contriuit in manu*, hoc eſt contriuit manibus: συνέτριψεν ἐν χειρὶ ἐχθρῶ.

MVROS TVRRIVM] ſeptum templi turritum. L X X. & Chaldæus muros palatiorum.

VOCEM DEDERVNT] Paſcaſius refert ad clamores Iudæorum in Paſſione CHRISTI: hoc myſticum eſt ſecundum allegoriam. Rupertus ad ploratum eiulationémque capta vrbe: ſed non eſt veriſimile ad plorandum eos in templum confugiſſe. Perplacet interpretatio Paraphraſis Chaldææ, Origenis, Hieronymi, Olympiodori, & Hugonis de ſancto Victore intelligentium de hoſtium inconditis vociferationibus, qui victores vrbe potiti, in Iudæorũ contemptum, ſactarium templi irrumpentes, vlulare & per irriſum imitari cœperunt ſonum hymnorum, quos Iudæi voce & organis canere & pſallere feſtis diebus ſolebant: vel (ſi verum eſt quod prodidit R. Salomon lib. de lege legenda) illatis in templum Domini idolis ſuis, pro accepta victoria illic gratias egerunt. Certè videtur Theodoretus neſcio quid de Pæane vel Epiniciis ſubindicare, cùm tranſtulit φωνὴν πολέμου, *clamorem belli.*

Hoſtia vociferationis.

IN DIE SOLEMNI] quando (vt vocat Dauid Pſalm. 26. 6. hoſtiam vociferationis; *circuiui & immolaui in tabernaculo eius hoſtiam vociferationis.* תרועה *Teroa*, tubis enim & aliis inſtrũmẽtis & voce ſoliti in feſtiuitatibus hymnos Deo perſonare. Num. 10. 10. *Si quando habebitis epulum & dies feſtos, & calendas, canetis tubis ſuper holocauſtis, & pacificis victimis.* Sic igitur hoſtes per ſarcaſmum inſultabant, mactatis inſultantes; quaſi tot victimis cæſis Deo litaſſent, & flammis edacibus cadauera ſimul cum templo conſumentes holocautomata Deo, qui olim ibi cultus, obtuliſſent.

VVLGA

VVLGATA.

ח Heth.

Cogitauit Dominus diſſipare murum filiæ Sion: tetendit funiculum ſuum, & non auertit manū ſuam à perditione: luxítque antemurale,& murus pariter diſſipatus eſt.

LXX.

ἡθ.

Et conuertit ſe ad diſſipandum murum filiæ Sion, tetendit menſurā: non auertit manum ſuam à conculcatione: luxítque antemurale; & murus pariter infirmatus eſt.

Vers. 8.

A Templo redit ad vrbis munitiones.

Cogitare Dei quid.

Cogitavit] Chaldæus, חשב *Choſab*, LXX. ἐλογίσατο, q. d. non ſubitò temerè, vel repentè ad hoc motus,ſed deliberatè & quaſi conſulto ab æterno ſanxit atque decreuit. Sic paſſim ſumitur vocabulum *cogitandi*. Geneſ.50.20. *Vos cogitaſtis de me malum: ſed Deus illud vertit in bonum.* Ierem. 23.20. *Non reuertetur furor Domini vſque dum faciat; & vſque dum compleat cogitationem cordis ſui: in nouiſſimis diebus intelligetis conſilium eius*; & clariùs cap. 51. 10. *contra Babylonem mens eius eſt, vt perdat eam: quoniam vltio Domini eſt,vltio templi ſui. Super muros Babylonis leuate ſignum, augete cuſtodiam: leuate cuſtodes, præparate inſidias: quia cogitauit Dominus, & fecit quæcumque locutus eſt contra habitatores Babylonis.* Daniel.11.30. *& cogitabit aduerſum eos, qui dereliquerunt teſtamentum ſanctuarij.* Deus itaque hoc ſtatuerat æterna prædeſtinatione, ſed merâ motus miſericordia diu vindictam diſtulit, deſcribit Ieremias c.32. à v.30.Planè mirificè diuinæ tolerantiæ cum hac gente longanimitatem.

Funiculum extēdere ſuper aliquo.

Extendit fvnicvlvm] ſicut in finibus diuidundis ſolet agrimenſor lineam ſeu regulam extendere: vel ſicut faber murarius volens partem ædificij deſtruere, priùs perpendiculo ſeu linea deſignat locum, quouſque id facturus. Hebraicè pro *funiculo* קאו *Kau*, Quod Chaldæus exponit משקלתא *Miskolta, perpendiculum* LXX. μέτρον *menſuram*, vt aliquādo vertit noſter: vtitur hac phraſi ſcriptura ad captum humanum vt intelligamus Deum, maturo planè conſilio vindictam exercuiſſe, & menſuram temporariæ punitionis compoſuiſſe cum menſura delictorum: & quam terram hoſtibus ablatam,ad menſuram illis donauerat, eandem peccatis offenſum meritò ademptam, hoſtibus funiculo poſſidendam tribuiſſe, ſic S. Hieronymus & Theodoretus. Quo ſpectare poteſt illud Iſaiæ 27.8. *in menſura contra menſuram cum abiecta fuerit, iudicabis eam.* Ruperti expoſitio,funiculo ſignificari tempus annorum LXX. quo in captiuitate permanſuri,& poſtea templum ſecundò ædificaturi, minùs arridet,

Cur Deus dicatur funiculum vel menſuram extendere.

quia de funiculo deſtructionis ſimpliciter, ſermo eſt, & non de funiculo reſtaurationis, de quo Zacharias loquitur cap. 1. verſ. 16. quod moneo ne quem Olympiodorus *hic in cathena* decipiat. Locutionis quam dixi exempla ſubiungamus. Iſaiæ 34. 11. *extendetur ſuper eam menſura, vt redigatur ad nihilum, & perpendiculum in deſolationem.* Amos 7. 17. *humus tua funiculo metietur.* 4. Reg. 21. 13. *extendam ſuper Ieruſalem funiculum Samariæ.* & 2. Reg. 8. 2. *percuſſit Moab, & menſus eſt eos funiculo, coæquans terræ,* &c.

Verſio LXX. Cõculcatio pro ſubactione.

NON AVERTIT MANVM SVAM A PERDITIONE] non ceſſauit perdere, adhuc manus eius manſit extenta ad perdendum. LXX. ἀπὸ καταπατήματος, *à conculcatione*, non loquitur de calcatione quæ fit pedibus qualis eſt fulloniæ; ſed de ea quæ manu & cubito, ſicut piſtores maſſam farinaceã, & figuli argillam ſubigunt. Hebræum בלע meliùs exprimitur voce perditionis.

Murus luget. Muri cicatrix.

LVXIT] metaphoricus ſermo: ſicut reparatio muri lapſi vocatur cicatrix. 2. Eſdr. 4. 7. *obduci cœpta muri cicatrix.*

חל. Antemurale idem quod lorica.

ANTEMVRALE] προτείχισμα LXX. Hebraicè חל *Chel*, ſignificat loricam muri, ſeu paruum aggerem aut murum exteriorem, *barbacana*; Abenezra & Kimchi explicant foſſam ſeu vallum muri *Antemurale* dicit & *murum*, vt omnia maiora minora, intima extima munimenta euerſa ſignificet.

Murus & antemurale quid allegoricè.

ALLEGORIA Hugo de S. Victore, per *murum* intelligit Sanctarũ Mentium cuſtodiam, quæ interior & firmior eſt; per *antemurale* humana præſidia quæ minora & extrinſeca ſunt. Potes per vtrumque intelligere CHRISTVM IESVM, qui ſublatus ſynagogæ, factus eſt murus & antemurale Chriſtianæ Eccleſiæ; iuxta prophetiam Iſaiæ 26. 2. *Vrbs fortitudinis noſtræ Sion Saluator, ponetur in ea murus & antemurale.* Murus iſte *luxit*, quando ſuper Ieruſalem *amarè fleuit*. Vide Lucæ 19. à v. 41. corruit & corruendo Synagogam obruit, quando Iudæi in crucis ligno templum hoc ſoluerunt, quod ille poſt triduum ſe pollicitus excitaturum. Ioan. 2. verſ. 19. & 21.

VERS. 9.

VVLGATA. ט. TETH.	LXX. τήθ.
Defixæ ſunt in terra portæ eius: perdidit & contriuit veſtes eius: Regem eius & principes in gentibus: non eſt lex, & Prophetæ eius non inuenerunt viſionẽ à Domino.	*Defixæ ſunt in terram portæ eius: perdidit & contriuit veſtes eius, regem eius, & principem eius in gentibus: Non eſt lex: & etiam Prophetæ eius non viderunt viſionem à Domino.*

CVM

Analyſis.

CVM muris portæ & earum repagula confracta diſſipataque. Verſiculi quatuor ſunt membra. 1. de portis. 2. de ſeris & vectibus. 3. de Rege & principibus. 4. de cauſis malorum huiuſmodi.

Portæ Ieruſalem. defixæ in terra quid.

Quoad primum ait DEFIXÆ SVNT PORTÆ] portæ olim Deo dilectiſſimę, iuxta illud, *diligit Dominus portas Sion ſuper omnia tabernacula Iacob.* pſ. 86. 2. nunc eo permittente non tantum ab hoſtibus in terram deiectæ, ſed ita ruinis demerſæ & obrutæ fuerunt, vt cum nihil illorum amplius ſupereſſet, viderentur velut hiatu terræ abſorptæ, ſic Origenes, & confirmant Hebræum *Tabu* טבעו à radice *Taba*, טבע. Ita infixit vt demergatur; Græcum quoque ἐνεπάγησαν, & Chaldæum טמעו *Temau*. Fabuloſum reputo, quod ex Midras Aggada hocloco narrat Iarrius, tum temporis nutu Dei portas Ieruſalem fuiſſe à terra abſorptas, ne venirent in hoſtium poteſtatem, ob duas cauſas. Primò quod eſſent à Dauide conſtructæ: Secundò quia aduentante arcâ Domini, cùm audiſſent cani Dauidicum illud *Leuate portæ capita veſtra*, ſponte ſua ſeſe aperuiſſent; quod narrat ſatis fuſe Kyberus, ſed meritò diſplicuit Petro Figueiro.

fabula Iudaica.

PERDIDIT & CONTRIVIT] ait ſe rarum & portarum transuerſaria repagula Deum manibus hoſtium contriuiſſe; quod ego cum Theodoreto & Bonauenturâ ſimpliciter accipio, & ſine tropo. Licet Patres plerique Latini Metaphoricè exponant, & cenſeant quæ ſequuntur præcedentium interpretationẽ eſſe, quæ ſententia eſt D. Hieronymi, Paſchaſij, Ruperti, & S. Thomæ. Ruperti ſolius verba deſcribã

Portæ & vectes Metaphoricè quid.

» Metaphoricos tamen regem & principes, legem & prophetas vult intelligi. Nã quaſi quæreres, quas *portas in terrã defixit*; quos *vectes perdidit & contriuit*? *Regem*, inquit *& principes eius in gentibus. Non eſt lex*, &c. Et congrua ſatis transformatio; quia videlicet vbi non eſt rex, neque princeps; vbi auctoritate ſua non vtitur lex, quæ in gentibus non eſt; vbi prophetis oracula cæleſtia clauduntur, & Dei viſiones ſubtrahuntur; ſic eſt populus, quaſi ciuitas patens abſque portis & vectibus.] hactenus Rupertus.

fabula Iudaica.

Chaldæus paraphraſtes, hîc addit quaſi ex hiſtoriâ; *propterea immolarunt porcum* (ſcilicet Chaldæi) *& effuderunt ex ſanguine illius ſuper illos*: quod in Arię verſione prætermiſſum, ſed exſtat in Quinquarboreanâ: vbi in ſcoliis additur id factum ab hoſtibus in Iudæorum irriſionem, vel quod porcina veſci vetiti; vel quod olei & ſanguinis conſperſione in holocauſtis vſi, *Exod.* 24. 6. *Leuit.* 8. 23. Fateor fieri potuiſſe, factum fuiſſe, nec credo, nec nego. Notanda potius iuſta proportio pœnæ & peccati. Iudicia in portis exercebantur. & in portis omnia legum repagula & iuſtitiæ vectes per ſummam iniquitatem improbi iudices tranſgreſſi, vt aranearum telas diſruperant: itaque portæ deſtructæ & vectes contriti fuerunt; ſceleris teſtimonium dicturi.

Rex pro Regibus Ioakin & Sedechia.

REGEM *eius* &c.] ſubaudi diſperſit, vel eiecit, vel quid ſimile, quòd mæror ſuppreſſerit: arbitror coniungi captiuitatem Ioakin &

Sedechiæ,& ſingulare poſitum pro plurali. In Babylonem enim abducti diuerſis temporibus ambo Reges; ille intactus, iſte exoculatus: cum illo Principes nullis occiſis quotquot capti: 4.Reg.24.à v.12.cum iſto qui capti plerique necati (*Sic intelligo dicta 4.Reg.25.6.& Ierem.52.27.*)ſed tamen aliqui,ex ijs qui eum deſeruerant,poſt ex fugâ retracti, & abducti;inter quos Ioſedec Pontifex:vt ex Ioſepho patet lib. 10.antiq.c.11.Atque ita concilio contrarias ſententias Pinti & Quinquarborei.

Cauſa 2. excidii. Legis contemptus.

NON EST LEX &c.]En vltimum membrum,quo iuxta Theodoretum & Hugonem de Sácto Victore redditur cauſa duplex præcedétium calamitatum:nempe(ante CHRISTI Domini necem) legis contemptus.Chaldæus ; eò quòd non cuſtodiuiſſent verba legis, neque paruiſſent illi. Iſai.24.4.*luxit & defluxit terra, & infirmata eſt: defluxit orbis & infirmata eſt altitudo populi terræ.Et terra infecta eſt ab habitatoribus ſuis:quia tranſgreſſi ſunt leges mutauerunt ius, diſſipauerunt fœdus ſempiternum.Propter hoc maledictio vorabit terram &c.* Conſtat etiam,libros legis cum templo à Chaldæis combuſtos ; certè multos : &,licet non omnes combuſti,quos priuati habebant in domibus ſuis, tamen publicè non explicabantur in templo.Ideo etiam dixiſſe potuit, NON EST LEX.Sequitur altera cauſa,[ET PROPHETÆ] falſæ & auribus datę prędictiones pſeudoprophetarum;qui ſomnia ſua pro Dei viſionibus populo obtrudebant,vanis eum pollicitationibus lactantes atque deméntantes,vt Semeias,Sedekias & ſimiles fecerunt.Hanc veræ prophetiæ pœnam vaticinatus Amos.8.11.*Ecce dies veniunt,dicit Dominus: mittam famem in terrâ,non famem panis, neque ſitim aquæ, ſed audiendi verbum Domini.*]condignâ retributione,quia prohibuerant prophetis, ne vera prophetarent.Iſai 30.10.*Qui dicunt videntibus,nolite videre &:aſpicientibus,nolite aſpicere nobis ea,quæ recta ſunt: loquimini nobis placentia,videte nobis errores,*Amos,2.12.*prophetis mandabitis dicentes: ne prophetetis.*]

Falſa prophetia conficta & data auribus.

VISIONEM]veram & à Deo prophetiam.

VVLGATA. ׳ IOD.	LXX. ἰώθ.
VERS. 10. Sederunt in terra, conticuerunt ſenes filiæ Sion: conſperſerunt cinere capita ſua, accincti ſunt ciliciis, abierunt in terram capita ſua virgines Ieruſalem.	*Sederunt in terra,conticuerunt ſenes filiæ Sion : impoſuerunt cinerem ſuper caput ſuum : accincti ſunt cilicijs: deduxerunt in terram principes virgines in Hieruſalem.*

Continuatio & Analyſis.

PLANXIT eos qui dignitate ſæculari vel Eccleſiaſticâ eminebant:progręditur ad eos quos vel prudentiæ canities, vel caſtitatis prærogatiua commendabat;de quorum luctu totius ciuitatis habitum vult intelligi.

SEDE

SEDERVNT] ad morem lugentium alludit, quæ in terrâ ſedere ſoliti, vel iacere: vt aliquandiu, velut præ doloris magnitudine ſoliti tacere. de ſeſſione dictum c.1.v.1. Nunc addo quorumdam obſeruationem, ſcilicet crucifixos lugeri non potuiſſe, & ideo non licuiſſe iuxta crucem iis qui aderant ſedere, ac propterea ex ritu ac lege illâ B. Virginem Dominicæ cruci non aſſediſſe, ſed aſtitiſſe: mihi minimè probari. primo quia dubium planè an talis lex vlla fuerit: ſecundo quia de luctu ſolemni, qui adhibitis præficis & huiuſmodi aliis fiebat intelligendus foret, non de priuato & ſubito matris dolore, quæ pondus acerbitatis non ferens reſideret feſſa & oppreſſa: tertiò quia iſti tollunt illuſtre indicium, quod fortitudinis & conſtantiæ Deipara tum præbuit, & inde D. Ambroſius alijque Patres grauiſſimi collegerunt, vt docui in Speculo Mariano lectio. ſacrâ. Præterea ſi prope crucifixos ſtare nefas; quomodo milites cuſtodes auſi ſedere? Matthæi 27. 37. quomodo auſæ Maria, Magdalenâ & altera crucifixi ſepulcro, vtique lugentes, aſſidere? ibid. v. 61. cur Reſphæ factum (iuxta hos) contra legem, Dauid laudauit; quæ non luxit modo crucifixos ſuos filios, ſed & cadauera tutata, interdum ſedens? nec enim cilicium ſubſtrauit ſibi ſupra petram vt ſuper eo ſtaret. *lege* 1. *Reg.* 21. *v.* 10. Velim igitur ſententiam ſuam firmius ſtabilirent, quàm hactenus fecerunt.

Lugentium ritus: ſedere, tacere.

Deipara virgo, an ex ritu aliquo prope crucē ſteterit?

De ſilentio quod dicebam, res certa eſt. Iob 2. 12. de amicis eius legimus: *ſciſſis veſtibus ſparſerunt puluerem ſuper caput ſuum in cælum. Et ſederunt cum eo in terrâ ---* & poſtea: *& nemo loquebatur ei verbum.* Iſaiæ 47. 5. *Sede tacens & intra in tenebras filia Chaldæorum.* Hugo de Sancto „ Victore, *Seſſio* (inquit) deiectionem, *ſilentium* ſtuporem deſignat: & „ congruè *ſenes*, in quibus conſilij auctoritas eſſe debuit, *ſiluiſſe* dicuntur, „ quia tanta calamitas fuit, cui nullo conſilio ſubueniri potuit.] Rectè „ ſanè: ſignificat enim Ieremias ſapientes Synhedritas omni cōſilio fuiſſe deſtitutos, & in publicum nihil vtile conſulere valuiſſe, quoniam artis opem mali vis ſuperabat. Alij volunt *ſilendi* vocabulo ſummam ſubiectionem ſignificari quoniam, ſerui coram Dominis ſuis non audent mutire. iuxta illa Zachar. 2. 13. *Sileat omnis caro à facie Domini.* Ierem. 8. 14. *Quare ſedemus? conuenite & ingrediamur in ciuitatem munitam, & ſileamus ibi: quia Dominus noſter ſilere nos fecit, & potum dedit nobis aquam fellis.* 1. Machab. 1. 3. *ſiluit terra à conſpectu eius.* Verùm illa ſignificatio huc non pertinet, & d. verſ. 14. pro nobis facit. Non facilè " fidem præbuerim narratiunculæ Iarij ex libro *Adaga* quam habes hîc " apud Figueirum, his verbis; Nabuchodonoſor cum Ieruſalem cæpiſſet " vocaſſe ad ſe Anthiochiā Sanhedrim, id eſt, τοὺς συνέδρους Iudæorū hoc " eſt Senatores & Iudices ordinarios, cumque vidiſſet eos homines ſpe- " ctabiles & reuerēdos, collocaſſe eos in ſellis aureis ac poſtulaſſe, vt ſi- " bi legem enarrarent: atque vbi ventū eſt ad caput, vbi agitur de votis, " rogauiſſe; ſi quis voluerit retrocedere, retrocederet ne? Eoſq; reſpon- " diſſe, Eat ad ſapientem, & ſoluet ſeu relaxabit ei. Tunc intuliſſe Regem, vos igitur relaxaſtis Sedechiæ iuramentum fidelitatis, quam

Lugentium ſilentium quid ſignificet.

Sanhedritæ quomodo à Chaldæis accepti.

M 2 mihi

mihi iurauerat. Tunc iuſſiſſe, vt in terram deiicerentur, alligatiſque ca- »
pitum comis ad equinas caudas per terrām traherentur.] Ego adduxi, »
vt videatis etiam veterem Synagogam narrata iſto threno, ad Sedeciæ
captiuitatem, nobiſcum, retuliſſe.

Midras refert iſta ad tempus Sedeciæ.

Senes & virgines.

SENES] ſic etiam ſenes virginibus in luctu iungit ſacra Scriptura 1. Machab. 2. 26. *Et factus eſt plāctus magnus in Iſrael, & in omni loco eorum: & ingemuerunt principes, & ſeniores: virgines, & iuuenes immutati ſunt*; &c.

Luctus in cinere.

CONSPERSERVNT CINERE CAPITA SVA] Lugubrem habitum exprimit captiuitati conuenientem, ait Olympiodorus: & benè addidit, *captiuitati*, vt ſcias non agi de pœnitentiâ in ſacco & cinere: ſed de luctu ſolo, nec de luctu quouis, ſed de luctu captiuorum. dico *captiuorum*, quia hoc pertinere ad *ſenes*, docet affixum maſculinū *Roſam* ראשם captiuos verò ſolitos cinerem in altum iacere, & ſic eo caput obruere, clariùs patet ex LXX. ἀνεϐίϐαζαν χοῦν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτῶν. *aſcendere fecerunt cinerem ſuper caput ſuum*, vt eſt ad verbum Hebraicè: & maluit noſter vti voce *cineris*, quam pulueris; quia patriâ dirutâ & combuſtâ, ſe conſpergebant fauillâ calente: quod apertè Thargum Quinquarborei exprimit; *ſuperpoſuerūt cinerem ex incendio capitibus ſuis*. Sic Hecuba in Troadibus Senecæ.

Cineris aſperſio ſurſum iacta.

Cinere calido cōſpergebantur.

Soluite crinem, per colla fluant »
Mœſta capilli tepido Troiæ »
Puluere turpes --- & poſtea »
Sparſitque cinis feruidus ora »
Complete manus. hoc ex Troiâ »
Sumpſiſſe licet. --- »

Si feruens deerat, vtebantur algido, vt 1. Machab. 4. 39. *impoſuerunt cinerem ſuper caput ſuum; & ceciderunt in faciem ſuper terram.* Sed iſti captiui non erant.

Captiui ſaccis accingebantur.

ACCINCTI SVNT CILICIIS] rectè noſter retulit ad eoſdem ſeniores; vt docet Hebræa diſpunctio & accentus pauſandi, & meritò hoc placuit Theodoreto, & Chaldæo. Scio D. Hieron. Paſchaſium & & B. Thomam legere *accinctæ*, & referre ad præcedens *filia Sion*: ſed hoc refellitur, quia *filia* illic eſt caſus patrij ſingularis, Deinde non eſt ſermo de interulis vel veſtimentis muliebribus ſuccingendis, ſed potius de ſaccis cilicinis quibus captiui indui ſoliti, vt illi Syri in Samaria capti cum Rege 3. Reg. 20. 31. ita inquiētes, *ponamus ſaccos in lumbis noſtris, & funiculos in capitibus noſtris, & egrediamur ad Regem Iſrael: forſitan ſaluabit animas noſtras. Accinxerunt ſaccis lumbos ſuos, & poſuerunt funiculos in capitibus ſuis, veneruntque ad Regem* Iſrael *& dixerunt ei: Seruus tuus* Benadad *dicit: viuat oro te anima mea*, &c. Iſai. 15. 3. *in cunctis capitibus eius caluitium, & omnis barba radetur in triuiis eius accincti ſunt ſacco.* & 32. 11. *conturbamini confidentes: exuite vos & confundemini, accingite lūbos veſtros.* Item apud Ier. c. 49. 2. Ezechiel. 7. 18. vbi etiā mentio caluitij, &

Captiuorū habitus.

Saccus ad lumbos.

funiculus in capite.

caluitium & barbæ raſura.

tij, & in omni luctu idẽ fiebat, vt patet ex 2. Reg. 3. 31. Iere. 4. 8. & alibi, Ezechielis locus inſignis eſt, quia ritũ luculenter proponit, c. 3. 27. 30. *clamabunt amarè, & ſuperiacient puluerem capitibus ſuis, & cinere conſpergentur, & radent ſuper te caluitium, & accingentur cilicijs*: vbi de viris ſermo, vt hic. Alioqui non ignoro etiam fæminas id factitaſſe, apud Senecam chorus Troadum.

» *—paret exertos*
» *Turba lacertos: veſte remiſſa*
» *Subſtringe ſinus, vteroque tenus*
» *Pateant artus. cui coniugio*
» *Pectora velas, captiue pudor?*
» *Cingat tunicas palla ſolutas.*
» *Vacet ad crebi verbera planctus*
» *Furibunda manus. placet hic habitus.*

Apud Iudæos, quando copia ſaccorum, exuebant ſolitas veſtes, & cum cilicio commutabant. Ioël. 1. 8. *plange quaſi virgo accincta ſacco.* itẽ 2. Machab. 3. 19. *accinctæ mulieres cilicio.* Ieremiæ 6. 26. *Filia populi mei accingere cilicio, & conſpergere cinere, luctum vnigeniti fac tibi, planctum amarum.* Vbi videatur alicui prædixiſſe, quod hic deplorat. Contra ſuperueniente causâ lætitiæ ſaccum abijciebant. Sic, qui dixerat, *poſui veſtimentum meum ciliciũ*, idem dixit, *Conuertiſti planctum meum in gaudium mihi, conſcidiſti ſaccum meum, & circumdediſti me lætitia.* pſal. 68. v. 12. & 29. 12.

ABIECERVNT IN TERRA] *Pro eo quod eleuatæ ſunt filiæ Siõ* (ait Iſaias) *& ambulauerunt extento collo, &c. erit pro zona funiculus, & pro criſpanti crine caluitium, & pro faſcia pectorali cilicium.* captiuitate obrutas indicat præ mærore caput in terram demiſſuras, & collo demiſſo inceſſuras; quod nunc impletum gemit. Sane *triſtitia cordis flectit ceruicem*, ait Spiritusſ. Eccleſi. 38. 19.

VVLGATA.	LXX.
כ. CAPH.	Χάφ.
Defecerunt præ lacrymis oculi mei, conturbata ſunt viſcera mea: effuſum eſt in terra iecur meum ſuper contritione filiæ populi mei, cũ deficeret paruulus & lactens in plateis oppidi.	*Defecerunt in lacrymis oculi mei: conturbatum eſt cor meum: effuſa eſt in terram gloria mea, ſuper contritionem filiæ populi mei, cum deficeret paruulus, & lactens in plateis ciuitatis.*

VERS. II.

Ieremię fletus quàm diuturnus.

CONVERTIT ſe ad infirmos ætate, pueros, & infantulos lactis egentes.

DEFECERVNT] quia per annos ferè quinquaginta cum obſtinata populi peruicaciâ colluctatus nunquam mærorem intermiſerat. idcirco enim ſup. cap. 9. 1. exclamarat; *Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum?* quaſi dicat, effudi quicquid humoris inerat ſeroſi, exarui penitus, Quis det mihi, vt caput meum ſit inſtar maris inexhauſti, & vt oculi ſint gemini fontes perennium lachrymarum. id tum optabat, nunc queritur non impetraſſe, ſed oculos iugi fletu conſumptos & obtenebratos eſſe.

Conturbare.

CONTVRBATA] dixi de hac voce Threno 1. 20. eadem loquendi formula exſtat cap. 31. 20. *Conturbata ſunt viſcera mea ſuper eum: miſerans miſerebor eius.* ergo eſt commiſerantis. LXX. pro viſceribus, vertunt *cor* eodem ſenſu. vtrumque patitur Hebræum מעי *Meei.*

Iecur eſt officina ſanguinis, & lachrymarum & fons vitę.

EFFVSVM EST IN TERRA IECVR MEVM] Duæ hic occurrunt bonæ interpretationes. prior Quinquarborei, ita ſum exſanguis factus continuis lachrymis, ac ſi iecur quod eſt officina ſanguinis omné ſuccum ſuum in ſolum profudiſſet. Altera quæ mihi occurrit fortè luculentior, puto de tam continuis lacrymis clarum indicium capi, iecur non more ſuo ſanguinem, ſed lacrymas breuiori compendio genuiſſe, & iam nihil illi reliquum vnde vel has fabricetur. Eſt quidem *iecur* ſedes amoris, ſed hoc iam ante transfixum fuerat: ſed ponitur *iecur* hoc loco pro ipſo vitæ principio ſeu pro ipſa vita, vt Oſee 13. 8. *dirumpam interiora iecoris eorum.* Prou. 7. 23. *donec transfigat ſagitta iecur eius.* Tale quid Iob. 16. 14. *effudit in terra viſcera mea.* vbi LXX. *fel meũ*: nã in iecore fellis folliculus ſeu receptaculũ: vt intelligamus iecoris nomine lacrymas amariſſimas, & ex imo eductas indicari; & hoſtilibus crudelitatibus, quaſi láceis, hauſtas euocatasq;: illud etiã patheticũ ineſt, ſignificari in ipſo corpore cor, iecur, & omnia viſcera dolore liquefacta, in lacrymas cõuerſa, & vt dixi ab hoſtib⁹ effuſa. Nec malè Iſidorus Clarius, ita ſcripſit; Iecur amoris & affectuũ receptaculũ, ſeu humo affixũ, & in ſordib. iacet: nihil enim amo prę morte & ſepulchro.] huc inclinat Figueirus, qui cẽſet *iecur* poni pro lætitia & gaudio, quia affectus huius ſedes eſt, & ſic ſenſus erit omne gaudiũ amiſi. Non lõgè abeunt LXX. qui δόξαν vertunt, hoc eſt *gloriam. Kabod* ſeu *kebed* כבד vtrumque ſignificat. Nec quidquam hominibus gloriâ & honore carius eſſe conſueuit. Origenes *gloriam* exponit de Dei populo, & patriæ pietate: nonnihil remotè.

verſio LXX.

SVPER CONTRITIONE] propter dolorẽ, quem ex contritione cæpi.

DEFICERET] arefactis vberibus maternis, ſiti fameque euaneſceret, defecto etiam lacte brutorum. prædictum id Ierem. 18. 21. *Da filios eorum in famem.*

IN PLATEIS] non in ſiluis aut deſertis, ſed in vrbe copiosâ & populosâ. nec domi, ſed in publico atque adeò ipſis locis, vbi cibi vænales ſolebant proſtare. Dixerat Deus, *Quare facitis vos malum grande hoc contra*

contra animas veſtras,vt intereat ex vobis vir & mulier ; paruulus & lactens de medio Iudæ? Ierem.44.7. & cap.9.21. *aſcendit mors per feneſtras noſtras,ingreſſa eſt domos noſtras, diſperdere paruulos deforis, iuuenes de plateis.* Pudori neceſſitas præualuerat. vbique matronæ cum liberis vagabantur,cibum quærentes,famem quiritātes:interea nullo ſubueniente,enecti inedia pueruli concidebant.ferebat mortuum quem viuum mater putabat.dubia præmori filiolo an vellet.præiret;cui relinqueret moriturum,quem viua ſaltem ſperabat alicūde poſſe ſeruare? ſequeretur;ſupplicium pænâ & mortis dilatione gliſcebat.Quid miſerabilius?audi.

VERS. 12.

VVLGATA.

ל LAMED.

Matribus ſuis dixerunt: vbi eſt triticum, & vinum? cum deficerent quaſi vulnerati in plateis ciuitatis : cum exhalarent animas ſuas in ſinu matrum ſuarum.

LXX.

λάμεδ.

Matribus ſuis dixerunt,vbi eſt triticum: & vinum ? Cum diſſoluerentur,quaſi vulnerati in plateis ciuitatis, cum effunderent animas ſuas in ſinum matrum ſuarum.

RVENTES matres comitabantur,non lactentes tantum(qui illis locis etiam trimuli 2. *Machab.*7.27.)ſed & ablactati, qui ſolidum cibum poſcebant verbo, quem liquidum alij de vberibus penduli eiulatu flagitabant vtrique incaſſum.

VBI EST] quid darent,quibus nec ſibi erat?moriebantur itaque fame non in plateis tantum(vt dixit verſ.11. (ſed hæc ipſa dicentes & deſiderium ſuum exprimentes in ipſo matrum gremio; quaſi peterent vterum pro ſepulchro,qui illos in lucē fuderat.quid τραγικωτέρως?

TRITICVM & VINVM]tantillum tritici & vini quod ſufficiat ne ſtātim moriamur.Et intellige quemuis potum ac cibum:ſed meminit horum,quia Hebræi pauperiores hordeaceo pane veſcebātur,& aquā bibebant;& ideo ſic oſtendit inopiam ad locupletiores ſe extendiſſe, quorum infantuli poſtulabant quæ domi videre & veſci ſolebant. ſed cur TRITICVM potiùs quàm panem ? an quòd famis àcerbitas, nec moram quidem frangendi pinſendiue ſuſtineret? Triticum & vinum pro quouis cibo potuque.

QVASI VULNERATI]morerentur fame trucidati ſæuius quàm qui gladio iugulantur.

EXHALARENT ANIMAS]LXX.ἐκχεῖσθαι *offunderent animas*; ſicut Hebraicè & Chaldaicè: *Anima* vitam ſignificat. frigidè Vatablus & Pintus deſiderium exponunt.

IN SINV]comminatus Deus per Oſee 9.14. *vuluam ſine liberis & vbera arentia.* plus eſt & acerbius peperiſſe & alere non poſſe.

VERS. 13.

VVLGATA.	LXX.
D. MEM.	μῦμ.
Cui comparabo te? vel cui aſſimilabo te filia Ieruſalem? cui exæquabo te, & conſolabor te virgo filia Sion? magna eſt enim velut mare contritio tua.	*Quid teſtificabor tibi, aut quid aſsimilabo tibi filia Hieruſalẽ? Quis ſaluabit, & conſolabitur te virgo filia Sion? quoniã magnificatum eſt poculum contritionis tuæ: quis medebitur tui?*

TAM atroci ſpectaculo ante oculos propoſito, addit non ſuppetere ſibi ſatis aptas & idoneas comparationes, cum quibus componat, aut ponderet & trutinet iuſtâ lance tam graue pondus calamitatis. (Sic fermè Theodoretus) Comparatio autem ſumenda, vt rectè D. Hieronymus & Paſcaſius, vtriuſque temporis & fortunæ. Quaſi dicat nec, cum florebas propitio Deo, nec cum irato premeris vlla tibi ciuitas vel fælicitate, vel ærumnis poteſt comparari. hoc miſerior es quod ex illo ſtatu in hunc corrueris, & nobilitatem deiectio nunc nobilitarit.

Teſtificari pro exẽplo eſſe vel cõparari.

CVI COMPARABO]adducendo quaſi teſtes alias ſimiles, tibi vtraque fortunâ. LXX. τὶ μαρτυρήσω σοὶ, *quid teſtificabor tibi?* & ſic ad verbum Hebræa & Chaldæa ſonant. q.d. quæ conſimilia exempla adducam, quibus iuſta Dei vindicta de peccatis comprobetur. Sic pro exemplo teſtem Horatius vſurpauit. lib. 3. od. 4.

Teſtis mearum centimanus Giges "
Sententiarum notus, & integræ "
Tentator Orion Dianæ. "

Qui exemplis adlatis aliquid probat, vnum cum altero comparat. " ideo benè noſter explicauit. Satis clarè Iſidorus Clarius: quamnam " gentem adducam, quæ tam horribile pro peccatis ſuis ſumpſerit (*malem, acceperit*) iudicium, ſicut tu? vel quem populum aſſimilabo tibi, qui tam duro percuſſus ſit ſupplicio?]

Conſolatio eſt ſocios pœnæ habere.

ET CONSOLABOR]fuerit enim tibi ſolatio, ſi quod exemplum cõſimile queam narrare. Verſatur in hoc argumento totus chorus vltimus Troadum Senecæ, vbi inter cetera, luculenta ſunt iſti loco illuſtrando. Neminem miſerum eſſe niſi comparatum cum feliciore; ſed neminem miſeriorem, qui luctus ſocio careat.

Lenius

Leniùs luctus lacrymæq́ mordent,
Turba quas fletu ſimili frequentat.
Semper, ah! ſemper dolor ipſe magnus
Gaudet in multos ſua fata mitti,
Séque non ſolum patuiſſe pœnæ.

Quæ ſimilia ſubduntur elegantiſſimis verſibus expreſſa. ET CONSOLABOR TE igitur idem eſt, quod vt conſoler te, ſicuti rectè obſeruarunt Chaldæus & Iarhius, qui addit voculam מה *Ma*, hoc loco poſſe capi de perſonis, non de rebus tantum, vt vertunt LXX. & voluit Kimchi. Ter autem repetitur, *comparabo aſſimilabo, exæquabo*; vt magnitudo, multitudo, & acerbitas mali ſignificetur: idcirco mari comparat, cuius copia, magnitudo, & ſalis amaritudo notiſſima; quod humanis viribus nec coërceri, nec exhauriri, nec dulcorari poteſt: vt ſignificet vaſtiſſimam malorum omnium abyſſum, & ſicut ab Oceano flumina cuncta, ſic ab hac calamitate clades omnes abſorberi. Sic Pſal. 68.2. *Veni in altitudinem maris, tempeſtas demerſit me.* Mare intelligit illud de quo Æſchylus in ſupplicibus, Et pro vt. Maris comparatio. Adag. mare malorum.

κακῶν δὲ πλῆθος ποταμὸς ὡς ἐπέρχεται
ἄτης δ' ἄβυσσον πέλαγος, οὐ μάλ' εὔπορον.

Malorum verò agmen, vt fluuius ingruit, & veluti mare carens fundo non ſine periculo nauigabile: & Euripides in Hippolyto coronato,

κακῶν δ' ὁ τάλας πέλαγος εἰσορῶ,
Τοσοῦτον ὥς τε μὴ ποτ' ἐκνεῦσαι πάλιν,

Malorum verò miſer pelagus intueor tale tantúmque, vt illud iterum nequeam enatare. Aliud prouerbium aſſerit, *Ignem, mare, & mulierem tria mala eſſe* per antonomaſiam, quia cauſæ malorum acerbiſſimorum. Porrò noſter legit כים *Kaiam*, ſicut hodie habemus: LXX. legerunt כים *Cos* & verterunt *ποτήριον συντριβῆς σου. Poculum contritionis tuæ*; magna enim ſimilitudo eſt *Mem* clauſi ם cum *Samech* ס & *Vaf* ו cum *Iod* י: tum ſenſus futurus, auctum in immenſum capacitate & felle ſeu abſynthio calicem iræ, quem Deus Ieroſolymæ propinauit, vt ipſa contritio vocetur *calix*; quo nomine omnis acerbitas & amaror vindictæ ſeu ſupplicij cõſueuit nuncupari. Vt Matth. 26.39. *tranſeat à me calix iſte*, item *calicem quem dedit mihi pater non vis, vt bibam illum*, & alia loca plurima cunctis nota. Senſus ergo eſt idem vtriuſque verſionis. Origenes & Olympiodorus non tam ad pœnam, quàm ad peccatum occiſi Chriſti retulerunt, quod incomparabile. Sed opinor ſenſum hunc hoc loco non eſſe litteralem: Theodoretus hoc, vt alia multa, prætериit. Verſio LXX. Declarata.

QVIS MEDEBITVR] q. d. nullus poterit, niſi ſolus Deus. Nam eſt interrogatio fortiùs negans: ſicut cum legimus: *Quis medebitur incantatori à ſerpente percuſſo, & omnibus qui appropiant beſtiis?* Eccleſ. 12.13. Idem aſſeruit Micheas cap. 1.9. *Quia deſperata eſt plaga eius:* Noſter prædixerat elegantiſſimè cap. 30.12. *Hæc dicit Dominus, Inſanabilis fractura tua, peſſima plaga tua. Non eſt qui indicet indicium tuum* Interrogatio negans.

ad alligandum, curationum vtilitas non eſt tibi. Omnes amatores tui, obliti ſunt tui, téque non quærent. Plaga enim inimici percuſſi te caſtigatione crudeli: propter multitudinem iniquitatis tuæ dura facta ſunt peccata tua. Quid clamas ſuper contritione tua? inſanabilis eſt dolor tuus, propter multitudinem iniquitatis tuæ, & propter dura peccata tua feci hæc tibi.

Impœnitentia incurabilis.

TROPOLOG. Rupertus ingenioſè totum verſ. noſtrum refert ad impœnitẽtiam, cui dicit nec ipſum medicorum medicum CHRISTVM IESVM medicinam facere potuiſſe. Subaudi in ſenſu compoſito. Potuiſſet enim ex nolentibus facere volentes. D. Auguſtin. contra 2. epiſt. Pelag. lib. 1. cap. 19.

VERS. 14.

VVLGATA.

ℶ. NVN.

Prophetæ tui viderunt tibi falſa & ſtulta: nec aperiebant iniquitatem tuam, vt te ad pœnitentiam prouocarent: viderunt autem tibi aſſumptiones falſas & eiectiones.

LXX.

νοῦν.

Prophetæ tui viderunt tibi vana, & ſtultitiam, & non reuelarunt ſuper iniquitatem tuam, ad reducendum captiuitatem tuam: & viderunt tibi aſſumptiones falſas & eiectiones.

CAVSAM reddit cur plaga ſit inſanabilis (vt bene Paſcaſius,) quia ſpeudoprophetæ eius, non miſſi à Deo, ſponte currebant, & falſa comminiſcebantur, & eos adeò diligebant Iudæi; vt Ieremiam, recta monentem & vera prædicentem, tantùm non in illorum gratiam occiderent. Lege Ierem. cap. 28. 29. 36. cum duobus ſequentibus. Illi tamen, ô Ieruſalem (inquit) liniebant abſque temperamento, ſiue cum luto abſque paleis, (vt de eadem re queritur Ezechiel. cap. 13. verſ. 10.) & te deceperunt palpum pro pulpamento, hoc eſt placentia pro veris obtrudentes. Pro dolor! etiam hodie crebriores Placentini, quàm Veronenſes, vt ait ille.

Adag. linire abſque temperamento. Palpum pro pulpamẽto. Placentini nõ Veronenſes.

TVI] quos tu tibi deligebas ſonantes auribus tuis prurientibus accepta. Soli veri Prophetæ dicuntur Prophetæ Dei. 1. Reg. 3. 21. *Cognouit vniuerſus Iſraël, quod fidelis Samuël Propheta eſſet Domini* Pſalm. 104. 15. *Nolite tangere Chriſtos meos, & in Prophetis meis: nolite malignari.*

Dei Prophetæ veri.

Viſio.

VIDERVNT] vna prophetiæ ſpecies eſt viſio.

שוא. שוה.

FALSA] Hebraicè שוא ſeu שו ſignificat vanitatem ſeu mendacium, tam rerum quàm verborum, à radice שוה *Schaua.* Nec falſa

tantùm,

tantùm,ſed & STVLTA] תפל *Taphel* inſulſa prorſus,nec vllam ſpeciem veriformem præferentia,adeò vt credere talibus deme͂tia meritò reputaretur. LXX. habent, *ſtultitiam* emphaticè, non ſtultum modò ſed ipſam ſtultitiã. Quid enim abſurdius dementiúſque,quàm pro tam grauibus ſceleribus ſibi à Deo præmia & victoriam polliceri,vt illi pſeudoprophetæ ſpondebant. Iuſtiſſima Dei vindicta etſi grauis, eò quod *caritatem veritatis non receperunt, vt ſalui fierent, ideò miſit illis Deus operationem erroris, vt crederent mendacio, vt iudicentur omnes qui non crediderunt veritati, ſed conſenſerunt iniquitati.* 2. Theſſal. 2. 10. תפל.

Credere me͂dacium peccati pœna.

NEC APERIEBANT, &c. Hebr. לא-גלו *Lo Gillu*, quod LXX. vertunt; οὐκ ἀπεκάλυψαν *non detexerunt*: eodem ſenſu: & radicis גלה verè ſunt duæ præcipuæ ſignificationes,migrare,& apparere; & hæc quodãmodo naſcitur ex illa,quia qui *migrat*, antea domi quaſi tectus & clauſus *apparet*, & ſeipſum quaſi detegit & aperit. Noſter vſus verbo aperiendi,vt indicaret aptiſſimam ſimilitudinem. Nempè peccata eſſe quædam animarum hulcera ſeu carcinomata, Prophetas ſiue concionatores eſſe medicos. Si medicus extrinſecùs inducta cute,& non educto priùs pure, ſuperficie tenùs curet apoſtema, ne ſecando vel vrendo dolorem adferat ægro: non ſanat, ſed fingit ſe ſanare, *ſana ſobre falſo*. Nam interiùs latente viru, malum ſuppuratur, & paulatim in gangrænam vertitur,adeò vt inualeſcens omnem poſtea medicinam reſpuat. Sic ait pſeudoprophetas,dum Regis,Sacerdotum,& populi peccata non pandunt, & quaſi ſcalpello comminationis, ſupplicij impendentis, non aperiunt hulcus, ſed lenitiuis fomentis cuticulam ſuperinducunt; vtrumque, tegendo & occultando, inteſtinam peſtem auxiſſe, & populum lethaliter conſauciaſſe; falſa lenitate crudeles,dum ſectionem omittunt, necem & interitum attuliſſe. Memini prouerbij Belgici, manus blandas vulnera reddere computreſcentia. *Soete handen, maeken ſtinckende Vvonden.* Noſter hoc explicat fusè his verbis: *In Prophetis Ieruſalem vidi ſimilitudinem adulterantium, & iter mendacij: & confortauerunt manus peſſimorum, vt non conuerteretur vnuſquiſque à malitia ſua*: & mox, *Nolite audire verba prophetarum, qui prophetant vobis, & decipiunt vos: viſionem cordis ſui loquuntur, non de ore Domini. Dicunt his qui blaſphemant me: Locutus eſt Dominus: Pax erit vobis, & omni qui ambulat in prauitate cordis ſui, dixerunt: Non veniet ſuper vos malum. Quis enim affuit in conſilio Domini, & vidit, & audiuit ſermonem eius? quis conſiderauit verbum illius, & audiuit? Ecce turbo Dominicæ indignationis egredietur, & tempeſtas erumpens ſuper caput impiorum veniet, Non reuertetur furor Domini donec faciat, & vſquedum compleat cogitationem cordis ſui: in nouiſſimis diebus intelligetis conſilium eius. Non mittebam prophetas & ipſi currebant: non loquebar ad eos, & ipſi prophetabant. Si ſtetiſſent in conſilio meo, & nota feciſſent verba mea populo meo, auertiſſem vtique eos, à via ſua mala, & à cogitationibus ſuis peſſimis.* cap. 23. à verſ. 14. Non potui meliorem

גלה.

Prophetæ ſimiles chirurgis, peccata hulceri

Cõparatio hulceris, & peccati.

commentarium huic loco reperire: ideò tam multa adſcripſi. Luculenter agit de eadem re Ezechiel. capit.13. verſ. 6. 8.10. cum ſeqq. Itęm Iſaias cap.5.20.

Conciliatæ verſiones.

VT TE AD POENITENTIAM PROVOCARENT] LXX. τοῦ ἀποστρέψαι αἰχμαλωσίαν σου *ad conuertendum captiuitatem tuam.* Hebræum שְׁבוּת *Schebuth* (nam licet per י Iod ſcribatur, cum Vau tamen legendum) propriè captiuitatem ſignificat, noſter cauſam pro effectu poſuit. Nam pœnitentia captiuitatem impediuiſſet. Poteſt vtraque verſio coniungi verbis Olympiodori: Non indicauerunt tibi, quod " verum eſt, vt agnoſcés te iniqua facere, conuertereris, & captiua non " fieres: ideò quia impediuerunt, ne pœnitentiam ageres, cauſa fuerunt " tuæ expulſionis.] Inſinuant idem Iſaias 6.10. *Ne fortè videat oculis ſuis, & auribus audiat, & corde ſuo intelligat, & conuertatur, & ſanem eum:* itaque conuerſio morbum depellit: & Ierem. d.c.23. 22. Tollit enim Dei iudicis ſupplicium, qui ſententiam præuenit ſeipſum iudicando. 2.*Cor.*11.31. "

TIBI] in damnum tuum.

Onus ſiue aſſumptio. מַשָּׂא, λῆμμα.

ASSVMPTIONES] onera, ſeu comminatorias prophetias, λήμματα, משאות, de Hebræa & Græca voce dixi, quæ ſufficiunt, *lib.*4. *Magicar. Diſquiſit. cap.*1. *quæſt.* 2. *ſection.* 2. Nec muto ſententiam, propter ea quæ poſtea legi tradita à Cypriano Ciſtercienſi principio commentar. in Prophetam Nahum. Senſus huius loci eſt; ipſi illi qui per ironiam dictitabant, prophetias Ieremiæ nihil eſſe, niſi meras aſſumptiones, ſeu onera: (nam per ironiam omnia vaticinia eius, & aliorum Prophetarum Dei vocabant, ONVS DOMINI, vt narratur dict. capit. 23. à verſ.33.) illi ipſi pſeudoprophetæ; quibus hoc vocabulum (ONVS) tam odioſum, & quaſi execrandum; nihil aliud tibi viderunt (ô Sion) niſi verum *onus*, & aſſumptionem; qua nunc obruta gemis, illa promiſſionum laxitate, in has te anguſtias compegerunt; illa pollicitatione liberationis, huic ſeruituti manciparunt; illis adulatoriis blandimētis, laniauerunt: mollia verba, & puluilli quos cubitis ſufficiebant, verſa ſunt in pondus Æthna grauius, in ſagittas quibus confecta, pulſaque in exilium. Aiebant à te pellendum Chaldæorum exercitum; Sed, proh dolor! te ipſam fallaciis in excidium patriæ, in exilium ciuium, in eiectionem atque expulſionem impulerunt: Hebraicè, *onera mendacij* (h. mendacia) *& expulſiones*: משאות שוא ומדוחים *Maſoth ſchoue oumadouchim*, quod Pagnin. *Vertit prophetias vanas & eiectiones.* Vatablus interpretatur, ſeduxerunt te ita vt expulerint te à via recta, vnde veneris in hāc calamitoſam abiectionem] frigidè planè: meliùs Iſidorus Clarius ad eiectionem retulit, ſed non expreſſit ſatis clarè de qua loqueretur; à via, an à patria. Chaldæus etiam repit. LXX.

ἔξωσμα.

ἐξώσματα: *eiectiones*, quod (pace dixerim eius) non benè Olympiodorus, retulit ad opiniones à Deo eiicientes. Nam ſignificat violentam expulſionem: licèt Hebræum מדחה *Midche*, latiùs pateat, &

teat, & ad blanditias quoque, quibus quis decipitur queat referri, à radice דחה *Dacha*. Paniguerola in ſua paraphraſi Hetruſca, iungit vtramque explicationem: *vane prophetiè ti hanno dette, & animandoti à pigliare ſopra di te peſi ſuperiori alle tue forze, cacciato ti hanno fuori della drieta ſtrada, & fatta andar captiua in Babilônia.*] Non deſunt qui exponant *elationes & deiectiones*: q.dicant, illi te promiſſis in altum extollebant, tu verò deiecta & deturbata corruiſti.

Tropologiam pete à D. Gregorio p.2. Paſtoral. admonit. 4.

VVLGATA.	LXX.
ס. SAMECH.	σάμεχ.
Plauſerunt ſuper te manibus omnes tranſeuntes per viam: ſibilauerunt & mouerunt caput ſuum ſuper filiam Ieruſalem: hæccine eſt vrbs dicentes, perfecti decoris, gaudium vniuerſæ terræ?	*Plauſerunt ſuper te manibus omnes tranſeuntes per viam: ſibilauerunt & mouerunt caput ſuum ſuper filiam Hieruſalem. Hæccine eſt vrbs, corona lætitiæ vniuerſæ terræ?*

Vers. 15.

IGitur quæ aſſentatione, applauſu, adnutatione, & blandimentis gnathonum gaudebat; meritò cunctorum conuiuiciis, ſcommatibus, & ſubſannationibus fuit expoſita: tam amicorum (*hîc*,) quàm hoſtium (*v.ſeq.*) iuxta prædictiones prophetarum Dei. Dauidis Pſ. 43.14. *Poſuiſti nos opprobrium vicinis noſtris: ſubſannationem, & deriſum his qui ſunt in circuitu noſtro. Poſuiſti nos in ſimilitudinem Gentibus: commotionem capitis in populis.* Salomonis 3.Reg. 9.8. *eritque Iſrael in prouerbium, & in fabulam cunctis populis. Et domus hæc erit in exemplum: omnis qui tranſierit per eam, ſtupebit, & ſibilabit, & dicet: Quare fecit Dominus ſic terræ huic & domui huic?* & Ieremiæ 18.16. *vt fieret terra eorum in deſolationem, & in ſibilum ſempiternum: omnis qui præterierit per eam obſtupeſcet, & mouebit caput ſuum:* Ezechielis quoque cap. 22.4. *dedi te in opprobrium Gentibus, & irriſionem vniuerſis terris.* Sunt autem hæc tria præterita, *plauſerunt, ſibilauerunt, mouerunt* accipienda propriè, ſed cum continuatione, vt etiam præſens tempus comprehendant: & ſunt ſimul non compatientis (vt putant Paſchaſius & Hugo Victorinus:) ſed admirantis (vt vult Theodoretus) & irridentis inſultantiſque, iuxta Rupertum. Eodem ſenſu ſigna hæc alibi crebra.

[Margin: Ieruſalem omnibus deſpecta & irriſa. — Præterita pro præſenti. — Signa inſultantis.]

Plauſerunt] quaſi approbantes diuinam vindictam & inſultantes calamitati tuæ. Eccleſ. 12, vlt. *Caput ſuum mouebit, & plaudet manu, &*

[Margin: Plaudere manibus.]

nu, & multa ſuſurrans commutabit vultum ſuum. Ezech.21.17. *Quin & ego plaudam manu ad manum, & implebo indignationem meam.* Nahum. 3.19.*omnes qui audierunt auditionem tuam, compreſſerunt manum ſuper te.*

Sibilare. Loqui labiis. Caput mouere.

SIBILAVERVNT] geſtus irridentis, vt ſ.3.Reg.9.8. & Ierem.18. d.v.16.Ezech.27.36. *Negotiatores populorum ſibilauerunt ſuper te.* Quod Dauid aliter expreſſit eodem ſenſu: *Omnes videntes me deriſerunt me: locuti ſunt labijs & mouerunt caput.* Pſal.21.8. Sic mox in loco Sophoniæ 2.15.

Manũ mouere.

MOVERVNT CAPVT] eodem referendum, vt patet ex d.Pſ.21.8. Eccliſ. 12.d.verſ.vlt.Ierem.18.d.v.16.Pſ.43.d.v.14.item 4.Reg.19.21. *Spreuit te, & ſubſannauit te virgo filia Sion: poſt tergum tuum caput mouit filia Jeruſalem.* Eodem ſenſu manum mouere dixit Sophonias cap.2.15. *Omnis qui tranſit per eam, ſibilabit, & mouebit manum ſuam.* ſcilicet plaudendo ſuper eam, vt dictum. De capite etiam in Euangelio Matthæi 27.39. *Prætereuntes autem blaſphemabant eum mouentes capita ſua, & dicentes: vah! qui deſtruis templum,* &c.

TRANSEVNTES PER VIAM] peregrini, & extranei, qui ruinas vrbis & templi intuebantur. Sic Origenes.

Hæccine.

HÆCCINE] ſubaudi, vah! admirantis & ridentis, ſicut de Iezabele 4.Reg.9.37.*Haccine eſt illa Iezabel?*

Ieruſalem quã decora.

PERFECTI DECORIS] fuerat Ieruſalem, pulchritudine & magnificentia diuini prophaniq; ornatus, Princeps & Oculus vrbium: ideo ſponſæ decor ei comparatur Cantic.6.3. *decora ſicut Ieruſalem*, vbi in commentariis ſat multa ſcripſi, quæ non amo repetere liber, non ſemel typis mandatus, multorum manibus teritur. Iſaias munitam & ſpecioſam vocat prædicens hanc ruinam cap.27.10. *Ciuitas munita deſolata erit, ſpecioſa relinquetur, & dimittetur quaſi deſerta.* Hebraicè habes, כלילת יפי *Kelilath Iophi, perfectæ, ſeu abſolutæ pulchritudinis*, & ita explicat Chaldæus LXX. eodem ſenſu ϛέφανος δόξης; corona gloria vt vertit Ambroſius. Theodoretus duas interpretationes copulauit ϛέφανος δόξης, (iuxta LXX.) καλὴ εὐπρέπεια (vt opinor iuxta Symmachum, h. honeſtus decor) vulgatus noſter etiam Pſal. 49.v.2. *Ex Sion ſpecies decoris eius*, vbi Græcè, ἡ εὐπρέπεια τῆς ὡραιότητος. Hebraicè, vt hîc יפי *Jophi*, à radice יפה *Iapha* Itaque *perfecti decoris* ſignificat eam quæ tota decor, & omnis pulchritudinis ac magnificentiæ quædam complexio & compendium eſt: hoc ei nomen potiſſimùm tribuebatur propter regnum, legem, ſacerdotium, & vnius Dei cultum.

Ieruſalẽ orbis gaudiũ.

GAVDIVM VNIVERSÆ TERRÆ] lætitia, & iucunditas, (εὐφροσύνη Græcis.) Et deliciæ orbis terrarum. reſpicit propheta ad vaticinium Dauidis. Pſ.47.3.*fundatur exultatione vniuerſæ terræ mons Sion.* Et Pſ.86. 3.*glorioſa dicta ſunt de te ciuitas Dei.* v.4.*Ecce alienigenæ, & Tyrus, & populus Æthiopum, hi fuerunt illic.* & v.7.*ſicut lætantium omnium habitatio eſt in te.*] reſpiciebat Dauid ad veram huius lætitiæ cauſam, eò quod ſciret inde in orbem vniuerſum Dei legem, & veram fidem, exituram, vt prædixit poſtea Iſaias cap.2.3. & proinde ab Ezechiele ca.47. à verſ.8.deſcribitur velut fons quidam ſalutis in totum ſe orbem diffunden

funden

fundentis. Sed irriſores iſti de quibus hîc Ieremias non reſpiciebant ad hoc myſterium, quod ignorabant: ſed Iudæos ſubſannabant, qui tam magnificis elogiis prophetarum ſoliti erant Ieroſolymam commendare.

ALLEGORIA eſt de CHRISTI Domini paſſione, quam huius & ſeqq. verſiculorum ponit S. Ambroſius in Pſalm. 118. ſermon. 15. 16. & 17.

VVLGATA. פ PHE.	LXX. φή.
Aperuerunt ſuper te os ſuum omnes inimici tui: ſibilauerunt, & fremuerunt dentibus, & dixerunt: Deuorabimus: en iſta eſt dies, quam exſpectabamus: inuenimus, vidimus.	*Aperuerũt ſuper te os ſuum omnes inimici tui: ſibilauerunt, & fremuerunt dentibus, & dixerunt: abſorbuimus eã, profectò hæc eſt dies, quam expectabamus, inuenimus eam, vidimus.*

VERS. 16.

TRANSIT ad hoſtium ſæuitiam, quos comparat tribus crudeliſſimis feris, leoni, draconi, apro. Primæ comparationis exemplum habes Pſalm. 21. v. 14. *Aperuerunt ſuper me os ſuum, ſicut leo rapiens, & rugiens.* hæc apertio non eſt inſultantis, ſed mortem intentantis, iuxta illud 1. Pet. 5. 8. *Sobrij eſtote, & vigilate: quia aduerſarius veſter diabolus tanquam leo rugiens circuit, quærens quem deuoret.*

Continuatio & diuiſio. *Aperire os.* *Cõparatio leonis.*

Secunda eſt draconis ſeu ſerpentis irati & ſibilo minantis, ſic Sapient. 17. 9. *tranſitu animalium, & ſerpentium ſibilatione, commoti, tremebundi peribant.* Seneca in Oedipo;

» --- *anguis imis*
» *Vallibus editus, annoſa ſupra*
» *Robora ſibilat, ſupráque pinus, &c.*

Cõparatio draconis. *Sibilare præ ira.*

Tertia eſt lupi, vel potius apri præ ira denta collidentis, ſtridentiſque, nam fremere hîc, etiam frendere complectitur. Iob. 16. 10. *Collegit furorem ſuum in me, & comminans mihi infremuit contra me dentibus ſuis: hoſtis meus terribilibus oculis me intuitus eſt.* Pſ. 34. 16. *frenduerunt ſuper me dentibus ſuis.* Fremitum apro tribuit Seneca Agamemn. Act. 5. Hebraicè eſt verbum חרק *Charak*, ſtringere dentes, ſeu ſtridere dentibus. Græcè ἔϐρυξαν, minaciter fremuerunt. Nonius Marcellus inter *fremere* & *frendere* diſtinguit; ſed vulgatus noſter idem חרק vtraque voce exprimit, vt patet locis citatis: & vtrobique LXX. ἔϐρυξαν.

Fremere præ ira. *Frendere.*

INIMICI] Ammonitæ, Moabitæ, Idumæi, Babylonij.

DIXERVNT] vt compotes voti ſibi gratulantes, tibi inſultantes.

DEVORABIMVS] penitus deuaſtabimus & exſcindemus, eſt me-

Deuorare, exſcindere.

taphora à belluis ad gladium. Deuteron. 7. 16. *Deuorabis omnes populos, quos Dominus Deus tuus daturus eſt tibi;* explicat enim v. 23. *interficiet illos donec penitus deleantur. ſic* ait Caleb Numer. 14. 9. de Chananæis, quia ſicut panem ita poſſumus *eos deuorare.* Deuter. 32. 42. *gladius meus deuorabit carnes.* Ierem. 51. 34. non contentus dixiſſe *comedit me*, ad indicandam auiditatem belluinam ſubdit, *deuorauit me Nabuchodonoſor.* Pſ. 34. 25. *Non dicant in cordibus ſuis: Euge, euge animæ noſtræ: nec dicant: Deuorauimus eum.*] ad quem locum noſter hîc reſpexit; vſus (vt ſatis verisimile eſt) præterito, ſicut habent Hebræi & Chaldæi codices, & LXX. Romanæ editionis & Reg. & Aldin. κατεπίομεν: facillima enim commutatio V. in B. Quia tamen Latina editio vulgata Vaticana habet futurum, dicere poſſumus, præteritum Hebræum poni pro futuro, ſicut & futurum poteſt ſumi pro imperatiuo. (Sic Vatablus.)

Præteritum pro futuro.

En.

EN] certè, proculdubio. »

EXSPECTABAMVS] benè Hugo de Sancto Victore, *exſpectauimus* » deſiderando, *inuenimus* quærendo, *vidimus* exſultando. nempe iuxta illud (d. pſ. 34. 21.) *dixerunt: euge, euge: viderunt oculi noſtri.* In ſacra Scriptura *videre* ſumitur ſæpè pro lætari & gaudere; *inuenire* pro conſequi & potiri: propterea *vidimus* ponitur poſteriore loco. Homioteleuton iſtud indicat celeritatem, impetum, & magnam lætitiam. Sicut illud Cæſaris de Phraate, *Veni, vidi, vici:* & modeſtius alterum Caroli V. Imperatoris, de Saxone ſubacto, *Veni, vidi, Deus vicit.* Quanto maior exultatio victoris, tanto maior victi mæror & deſpectio. Idcirco hæc memorantur.

Videre. Inuenire. Homioteleuton.

Caroli V. dictum.

VERS. 17.

VVLGATA. ע. AIN.	LXX. ἄιν.
Fecit Dominus quę cogitauit, compleuit ſermonem ſuum, quem præceperat à diebus antiquis: deſtruxit, & non pepercit, & lætificauit ſuper te inimicum, & exaltauit cornu hoſtium tuorum.	*Fecit Dominus, quæ cogitauit: compleuit ſermonem ſuum, quæ præceperat à diebus antiquis: deſtruxit, & non pepercit: & lætificauit ſuper te inimicum: exaltauit cornu tribulantis te.*

Continuatio.

ADIVNGIT propheta oportunè conſolationem, & mærentibus ſiceram proponit, ſed vino temperatam. eſt enim increpatio conſolatione miſta. Increpat inſinuans caſtigationem adeò ſeueram: eos peccati continuatione prouocaſſe. Etenim Deum minimè vindictam properaſſe, ſed diu manum ſuſtinuiſſe, tetendiſſe arcum vt à facie iræ fugerent: vt autem vidit patientiâ illos fieri deteriores, perfeciſſe quod à tot ſæculis per antiquiſſimum prophetarum Moyſem fuerat interminatus, &

per

per alios poſtea confirmarat;de viſitandis eorum peccatis, etiam olim in deſerto commiſſis,certò & ad hoc ſtatuto die.Leuit.26.16. *Ego quoque hac faciam vobis: viſitabo vos velociter in egeſtate & ardore*,&c.& v.18. *Sin autem nec ſic obedieritis mihi:addam correptiones veſtras ſeptuplū propter peccata veſtra*, &c. & 23. *Quod ſi nec ſic volueritis recipere diſciplinam, ſed ambulaueritis ex aduerſo mihi : ego quoq; contra vos aduerſus incedam, & percutiam vos ſepties propter peccata veſtra : inducamque ſuper vos gladium vltorem fœderis mei*, &c: addit enim multa,quæ his threnis queritur completa:& repetuntur clariùs Deuteron.28.à.v.15. Dei minæ.

Cogitavit]ſanciuit,ſeu decreuit conſultò s.v.8. *Cogitauit Dominus diſſipare murum filia Sion :* vbi vide de phraſi:hic imitatur Iſaiam qui cap.14.27. *Dominus exercituum decreuit , & quis poterit infirmare; & manus eius extenta, & quis auertet eam?* ſignificat Dei cōſilium immutabile, & quod nullâ vi poſſit impediri.ideo dicit, *feciſſe qua cogitauit.* Iſai.44. 26. *ſuſcitans verbum ſerui ſui , & conſilium nunciorum ſuorum complens.* Num.23.19. *Non eſt Deus quaſi homo,vt mentiatur : nec vt filius hominis, vt mutetur. Dixit ergo, & non faciet? locutus eſt, & non implebit ?* & 1. Reg. 3.12. *Deus ait; In die illa ſuſcitabo aduerſum Heli omnia qua locutus ſum ſuper domum eius : incipiam , & complebo. Pradixi enim ei*, &c. prædixerat conditionatè,ſi in peccato obſtinati manerent; manſerunt,& conditio vtrimque impleta. Dei cogitare. Dei conſiliū mutari vel inpediri nequit.

Complevit sermonem svvm, qvem] ſine ſententiæ diſpendio aut variatione diuerſa exſtat lectio LXX. nam propius ad noſtrum Vaticani & Aldini libri, ῥῆμα αὐτοῦ ὃ, *verbum ſuum* , ſeu *ſermonem quem mandauit:* & ita legit S.Ambroſ. ſerm. 15. in pſal. 118.ſed Complut. & Regij in numero pluratiuo,

A diebvs antiqvis] hoc additamento indicatur diuturna populi obduratio,ſemper durâ ceruice & corde incircūciſo diuinis mandatis,& Spiritui ſancto per prophetas loquenti reſiſtens.Et oſtenditur etiam nihil illos excipere , vel prætexere excuſationis aut ignorantiæ potuiſſe.quoniam Dei decretum luculenter illis , ſingulis generationibus & ſæculis declaratum per nuncios ſuos fuerat,etiam de non differenda vlteriùs vltione , & ſuperatâ quodammodò peccatis diuinâ tolerantiâ,iuxta illud Ezechiel.13.vlt. *Dicit Dominus: Non prolongabitur vltra omnis ſermo meus:verbū quod locutus fuero,complebitur.*]ita factū,nā,

Destrvxit] Deus ipſe manu hoſtium ciuitatem & templum.

Et non pepercit]nō eſt commotus miſericordiâ quominus excindi pateretur locum, vbi eius deliciæ fuerant. Nonne magnam maliciam fuiſſe oportet,quæ Deum;cui proprium eſt miſereri & parcere, quaſi coegit moris & naturæ ſuę obliuiſci? nonne hæc idonea fuit cauſa exultandi hoſtibus,vt addit? non parcere Dei.

Lætificavit svper te inimicvm]Notat Hugo de Sancto Victore cōtra nos hoſtē lętificari,qui tantū permittitur nocere,ſuper nos lætari,quādo etiam permittitur opprimere, Inimicvm,intellige Chald. Lætificari contra & lætificari ſuper aliquē.

exaltavit cornv] potentiam, gloriam , imperium , auxit & extulit in immenſum. Ineſt in his verbis conſolatio,(vt dixi) quoniam Exaltare cornu. Conſolatio in malis:

O innuit

innuit eô lenius leniusque ferenda mala: quia non hoſtium virtuti, ſed iuſto & antiquo Dei decreto tribuenda. facilè(inquit Hugo de Sácto » Victore)inimici arrogátia contemnitur, ſi poteſtas non ipſi, ſed Deo » tribuatur.]agnoſcit hoc ipſum Nabuchodonoſor Ioſephi lib. 10. anti- » quit. c.10. alloquens Sedechiam, Magnus Deus, qui odio habés tuam » nequitiam noſtro te ſubiugauit imperio.] & Nabuzardan Ierem. 40. » v.2. dicit Ieremiæ: *Dominus Deus tuus locutus eſt malum hoc ſuper locum iſtum: & adduxit: & fecit Dominus ſicut locutus eſt, quia peccaſtis Domino, & non audiuiſtis vocem eius, & factus eſt vobis ſermo hic.*] quæ verba ſunt expoſitio verſiculi noſtri.

HOSTIVM TVORVM]LXX. tribulantis te θλίβοντός σε. quia Hebraicè hoſtis vocatur צרר *Zeror*, anguſtians & in arctum compingens. vide Threno 1. v.3.

VERS. 18.

VVLGATA.

צ SADE.

Clamauit cor eorum ad Dominum ſuper muros filiæ Sion. Deduc quaſi torrentem lacrymas per diem & noctem: non des requié tibi, neque taceat pupilla oculi tui.

LXX.

Σαδή.

Clamauit cor eorũ ad Dominum: Muri Sion deducite quaſi torrentes lachrymas per diem, & noctem: non des requiem tibi, non taceat filia pupilla oculorum tuorum.

clamor iſte quorum?

QVIDAM hunc clamorem tribuunt ipſis prophetis, qui ab antiquo tempore ſeriò cuncta hæc prædixerunt. (*ſic Rupertus*)alij tribuunt hoſtibus ciuitatis & arcis expugnatoribus, & blaſphemè gloriantibus ſuos Deos præualuiſſe: & hac blaſphemiâ vehementer prophetam percelli, & populum ad iugem luctum hortari, ſic Paſchaſius. Hugo de Sancto Victore, S. Thomas & alij inter quos nuper Paniguerola, qui ſic explicat; tanta quidem hæc ſunt mala, vt poſſint deſperationem adferre. Non tamen deſperandum: ſed potius bono ſimus animo, quia tam atrox blaſphemia hoſtium pollicetur Deum illis iratum fore, & proinde nobis placabiliorem, ſi modò ritè ad illum nos conuertamus. Age itaque filia Sion, recurre ad Deum, qui tuus eſt murus; & ab eo veniam delictorum iugi fletu poſtula. Senſus ſanè acutus & qué per me ſequi licebit. Ceteri referunt ad ipſos Iudæos; quos putant præ afflictionis magnitudine contra Deum malè locutos, accuſando vt crudelem, vel vt pacti immemorem, vel victum ab idolis: ita videtur exponere D. Hieronymus. Alij à Iudæis hanc labem remouent, & volunt dumtaxat ſignificari eos ex intimo corde patriæ ſuæ ruinam defleuiſſe, & hunc planctum à prophetâ approbari adhortante vt patres ſuos imitati ex animo ad Deum recurrant, & perennem fletum ob peccata commiſſa

preci

precibus miſceant. Sic fere Origenes, Theodoretus, & Chaldæus, & ex recentioribus Ferus, Pintus, Figuerus & Agellius. Hanc interpretationē quia ſimplicior libentius amplector. Nec enim in ſacra Scriptura clamare ad Dominum (quando non additur de peccato in malam partem ſumi ſolet, ſicut clamare cōtra Dominū nō ſumitur in bonam. Nec nouum eſt ab vnâ humanâ ad aliam prophetas tranſilire, vt hîc tranſitur à gaudio hoſtium ad mærorem Iudæorum, quia illud huius cauſa fuit.

Clamare ad Dominum differt à clamare cōtra Dominum.

Eorvm] Iudæorum. ſenſus, ex intimo corde lamentati querelas ſuas ad cælum vſque extulerunt.

Svper] hoc eſt propter. Verum hæc particula nec in Hebræo, nec in Græco, nec in Chaldæo habetur; in quibus elegans eſt proſopopæia dirigens verba ad ipſum murum hoc pacto: O pulcherrime & ornatiſſime mure Sionis, ſtilla inſtar torrentis, &c. Non tamen noſter pugnat cum fonte, nam quod iuxta aliam diſpunctionem verti potuit accuſatiuo caſu ſed obſcurè, *clamauit muros filiæ Sion*, hoc ipſe addito *ſuper*, luculentius explicuit ſine ſententiæ detrimento. Poſſumus ergo in explicatione vtrumque colligare; viſo murorum excidio, mæſtos exclamaſſe; vos ô muri Sionis, olim adeo muniti, & magnifici, nunc meræ ruinæ, ite toti fletu continuo & ſoluimini in lacrymas. Nam hyperbolâ patethica rei inanimæ ſenſum doloris tribuit: ſicut paullo ante loquelam cordi. Reqviem] LXX. vertunt ἔκνιψιν vt habent libri Regij, lotionem: vel vt melius Aldini & Romani, ἔκνηψιν *requiem*, ſicut & c. 3.49. illud natum ab ἐκνίπτω: iſtud ab ἐκνήφω. Quod ſi contendas ἔκνιψιν tueri; non video quo prætextu queas, niſi dicas lotionem pro requie ſumi, quia pedum lotio fatigationem tollit, & ideo feſſis & ab itinere quieſcentibus pedes ſolent lauari. Sed hoc non placet: multo minus quod Figuierus opinatur ἔκπνευσιν corrigendum hoc eſt expirationē.

Verſiones & fons cōciliantur.

lectio LXX

lotio pro requie.

Taceat] Nauarrete capit propriè, & vult eſſe Metaphoram, qua ſignificetur lacrymis ſuam eſſe ſpiritualem locutionem Deo probè intellectam. probat quoniam eadem ex cauſa, & Metaphora dicitur Deus audire lacrymas. pſ. 38.13. *auribus percipe lacrymas meas*. Eccleſi. 35.17. *Non deſpiciet preces pupilli: nec viduam ſi effundat loquelam gemitus. Nonne lacrymæ viduæ ad maxillam deſcendunt, & exclamatio eius ſuper deducentem eas? A maxilla enim adſcendunt vſque ad cælum, & Dominus exauditor non delectabitur in illis.*] verùm audire dicitur lacrymas, quia audit orationem & conqueſtionem, lacrymantis, ſiue verbis, ſiue corde clamet, vt Moyſes Exod. 14. 15. Idcirco malo ſimpliciter exponere iuxta Hebraiſmum, *tacere* pro intermittere, deſinere, ceſſare, Exod. 14. 14. *Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis*. 3. Reg. 22. 3. *negligimus* (ſeu ceſſamus) *tollere eam*. Hebraicè, vt vertit Pagninus, *tacemus* ſeu ſilentes ſumus. Threno 3. 49. *Oculus meus afflictus eſt, nec tacuit*. Marci. 4. 39. *comminatus eſt vento, & dixit mari: Tace, obmuteſce. Et ceſſauit ventus, & facta eſt tranquillitas magna.*

Lacrymæ loquuntur & audiuntur.

Deus cur dicitur lacrymas audire.

Tacere pro ceſſare.

Pvpilla] fallitur vir doctus qui putat lacrymas ex pupulâ fundi melius Hugo de Sancto Victore accipit de tantâ lacrymarum

vbertate, vt non palpebras tantum & oculi latera ac cauitates impleát, ſed ipſam quoque orbiculi pupulam obtenebrent. Sed ne hoc quidem neceſſarium dictu: eſt enim Synecdoche Hebræa, *pupilla* pro toto oculo (vt exponit Chaldæus) cuius eſt pars præcipua & tenerrima pſal.16. *& cuſtodi me vt pupillam oculi* prouerb. 7. 2. *fili ſerua mandata mea, & viues: & legem meam quaſi pupillam oculi tui.* Zach.2.8. *qui enim tetigerit vos, tanget pupillam oculi mei.* ex quibus locis, vt & Deutero. 32. 10. Eccli. 17. 18. & 29.16. docemur pupillam eſſe cariſſimam & pretioſiſſimā corporis partem: nec mirum: cum ſit quaſi oculi ocellus. LXX. in editione Romanâ, θυγάτηρ *filia*, vt eſt Hebraicè *Bath* בת alij codices vt Regij & Aldini (fortè melius) κόρη, Voce ambigua pupillam oculi, & puellulam ſignificante: ſicut & *pupula* Latinum, vtrumque veteribus ſignificabat, qui ſicut puerum & pueram, puellum & puellam, pupulum & pupulam, puſionem ac puſiolam, pupum & pupam, pupillum & pupillam dicebant. hîc vitata ambiguitas, additâ voce, *oculi*; vt ſolent Hiſpani addere *la nina o ninita del ojo.*

Pupilla pro oculo.

Adag. pupilla oculi.

Lectio LXX.

Pupula & pupilla ambiguũ puer puera, puella, puellus, pupus & pupa. pupulus pupula. puſio, puſiola. nina & ninita.

VERS. 19.

VVLGATA. ק COPH.	LXX. κώφ.
Conſurge, lauda in nocte in principio vigiliarum: effunde ſicut aquam cor tuũ ante conſpectum Domini: leua ad eum manus tuas pro anima paruulorũ tuorum, qui defecerunt in fame in capite omniũ compitorum.	*Surge exulta in nocte in principiis cuſtodiæ tuæ: effunde ſicut aquam cor tuum ante faciem Domini: leua ad eum manus tuas pro anima paruulorum tuorum, qui diſſoluuntur fame in principio omnium compitorum.*

MISERAM ciuitatem ad orationem & lacrymas pœnitentiæ pergit prouocare; & tempus & modum orandi præſcribit, & cauſam ſubdit.

CONSVRGE] monet omnem animi torporem abiici, & ſine cunctatione alacriter exſurgere.

Lectio LXX.

LAVDA] LXX. exulta, ſeu iubila cum clamore ἀγαλλίασε, in Romanâ editione: ſed Aldin. Complut. & Regij ἀδολεσχῆσαι, exercere ſeu ad exercendum, hoc eſt meditare ſeu ad meditandum (vt docui ad Genes. 24. 63.) quam lectionem confirmat Origenes in Cathenâ. Diuus Ambroſius ſermone decimo octauo in Pſalmum 118. expergiſcere vertit. Noſter propiùs acceſſit ad Hebræum *Rauan.*

nan נרן quod ſignificat vocem extollere more gratulantium, ouantium,& gratias cum exultatione, & laude agentium, vt patet conferenti S.S. loca,& fatentur R.Kimchi, & Ioſeph qui verſionem noſtrã approbat. Ponitur autem *Laudare* pro eo quod alibi dicitur, Dare gloriam Deo, Ioſue 7.19.& Ioan.9.v.14. hoc eſt culpam ſuam agnoſcerę, & grato animo culpæ pœnam à Deo ſubſtinere. Mos enim Iudæorum fuit, vt cum iratum Deum vellent placare, & ſupplicij remiſſionem impetrare, ordirentur à cõfeſſione ſuæ culpæ, & iuſtitiæ ac miſericordiæ diuinæ laudatione: fatebantur ſe grauiora adhuc ſupplicia commeritos,& infra meritum plecti: paſſim occurrunt teſtimonia. Num. 14.19.& 21.7.& 2.Reg.24.10.& Eſdræ 1.c.9.6.Nehem.1. 6.Tob.3.2. Iudit.7.19.Eſth.14.6.ſic etiam Dauid & Daniel: & Baruch precantur. pſ.105.6.Daniel.9.5. Baruch 2.6.Huic orationi tempus commodum præſcribit:

Confiteri culpam eſt laudare Deum.

Hebræorũ mos in deprecationibus adDeũ.

Nocte in principio vigilliarvm] Hebraice, *in capite cuſtodiarum.* LXX. εἰς ἀρχὰς φυλακῆς σου *ad principia cuſtodiæ tuæ.* codẽ omnes ſenſu: quem non aſſecutus Chaldæus ad obſeruantiam cærimoniarum Deuteroticarum detorſit, vt ex voce *Miſna* משנה qua vſus colligitur. Sententia eſt credat, quod muneris ratio cuſtodibus ſeu vigilibus iubet, id ſibi doloris magnitudinem imperare. vigilias noctis vocat partes noctis certis vigilijs diuiſas. Has Hugo de Sancto Victore hic,& R.Salomon in Exodum, volunt Iudæis fuiſſe tres: Origines autem hic & alij quatuor cenſent, vt probatur ex Euangelio S.Matthæi 14.25.& Marci 6. 48. vbi quartæ noctis vigiliæ mentio fit: nec quartam excludit D. Lucas, cùm tantum meminit ſecundæ & tertiæ c. 12. 38. Sed nomine ſecundæ & tertiæ, quamlibet ſignificauit. fortè qui tres ponunt quartam (nempe ſerò) diurnis partibus annumerant, vel ſingulas putant quaternis horis conſtitiſſe: Quibus veteres repugnant. Euthymius in d. cap. 14. ita ſcribit; Quartam noctis vigiliam nominabant antiqui, qui in exercitibus nocte vigilabant, quartam noctis partem, poſtremas videlicet tres horas: idem tradit Theophilactus: εἰς τέσσαρα γὰρ διαιρεῖται ἡ νὺξ παρὰ τοῖς φυλάσσουσιν ἐκ διαδοχῆς στρατιώταις ἀνὰ τρεῖς ὥρας ἐχούσης ἑκάστης φυλακῆς. clariùs, vt videtis, noſtem in quatuor partes diuiſam, ſingulas trihorias, quibus militares vigiliæ durabant. Ad has itaque alludens iubet à primâ vigiliâ hoc eſt noctis ſeu tenebrarum initio preces inchoari & ſequentium vigiliarum initiis renouari, quaſi buccinæ ſonitu excitatis. Nocturni temporis meminit, quia duri Domini captiuos diurni penſi laboribus oppreſſos non ſinebant diuinis laudibus operam dare. fortaſſis etiam quia Chaldæi nocturno tempore, Ieroſolymam expugnarũt & poſtea templum ſuccenderunt, vt tradunt Ioſephus d.lib. 10. cap. 11. & inſinuatur 4.Reg.cap.25.4.& Ierem.52.7. Sed qua nocte? Ioſephus ponit diem nonam quarti menſis, vt & Ieremias d. c. 52. 4. & Paraphraſis Chaldæa in Thren.ca.1.verſ.2. qui addit fuiſſe menſem Ab, qui vt plurimum noſtro Iulio, interdum Auguſto reſpondet; & hæc Nona dies valde infauſta Iudæis, ſicut Allienſis dies Romanis. Nam vt idem

Vigiliæ noctis apud Iudæos quę.

Nocte Ieroſolymæ expugnata

Ab menſis.

O 3 Paraphra

Paraphraſtes ſcribit, eius nocte decretum à Deo quotquot murmurarant,in deſerto morituros nec ingreſſuros in terram promiſſionis.Num.14. eâdem Ieruſalem vt dixi expugnata:ſed quod addit Chaldæus etiam templũ incẽſum,id ſacræScripturæ repugnat.Nã poſt captũ & excæcatũ Sedeciã;qui,qua nocte capta Ieroſolyma profugit,& poſtea ex fugâ non eâdem nocte,ſed fortè ſecundo vel tertio die retractus fuit; poſt eũ inquam excæcatum,narrat S.S.remiſſum Nabuzardan & iuſſum flammis omnia magnifica ædificia Ieroſolymæ cum templo abſumere.;quod fecit menſe quinto decima menſis,vt expreſsè habes Ierem.52.12.quare non ſatis accuratè Ioſephus d. c.11.ſcribit,hoc menſis quincti initio accidiſſe vt vertit Rufinus, nam Græcè habes μηνὶ πέμπτῳ τῇ νουμηνίᾳ *in quincti mẽſis nouilunio ſeu Kalẽdis*.Denique eâdem poſtea nocte à Romanis vrbẽ exciſam, & templũ incenſum & Betheram captam traditur in Kalendario Hebræorũ, quod edidit Genebrardus:& propterea d.die Nonâ Ieiunium quincti menſis celebrari;h.ieiunium quod quinctum menſem antecedit; cui nomen Elul,& vt plurimum reſpondet noſtro Auguſto.

Templum quo die incenſum à Nabuzardan, contra Hebræos. Locus Ioſephi.

Kalendarij Hebræorũ locus.

Elul.

Effundere cor.

EFFVNDE SICVT AQVAM] q d.modum tibi præſcribam,nullum tibi lacrymarum finem vel modum facere.funde quicquid remanet humoris,in corpore:ipſum cor abeat,& liqueſcat in lacrymas, & per oculos quaſi fons perennis emanet. COR pro animâ ponit: eſt enim ſimile illi 1.Reg.1.15.*effudi animam meã in conſpectu Domini.* explicatur quod dixerat v.11.*flens largiter.* Hic autem ad abundantiam indicandam vtitur aquæ comparatione moreS.S.vt pſ.61.9.*effundite coram illo corda veſtra* pſ.21.15.*Sicut aqua effuſus ſum*;ita vt omni ſim ſanguine & humore exhauſtus;& pro mero ſanguine,vera cum illo aqua ex latere effluxerit.Iſai.11.9.*repleta eſt terra ſcientia Domini, ſicut aqua maris operientes.*Oſee 5.10.*ſuper eos effundam quaſi aquam iram meam.*Amos 5. 24.*Reuelabitur quaſi aqua iudicium,et iuſtitia quaſi torrens fortis.*

Aquæ comparatio ſignificat copiam.

Locus pſ. 21.15.

Pro cærimonijs. Manus ſupinas ad cælum tendere.

LEVA AD EVM MANVS] cærimoniam orationi externam addit (ne putes hanc non gratam Deo) nempe ſupinæ manus extenſionem. Hebraicè eſt *volas*,iuxta illud Lyrici, *ſupinas cælo ſi tuleris manus*. pſal. » 62.5.*et in nomine tuo leuabo manus meas.*1. Tim.2.8.*volo ergo viros orare in omni loco,leuantes puras manus ſine ira & diſceptatione.*

PRO ANIMA PARVVLORVM]*pro*,poſitum pro propter;nam cauſa orandi redditur.pro anima Hebraicè eſt *Nephes* נפש, quod hic ſumitur non pro anima ſeparata à ſuo corpore,vt putant Liran.Dionyſ. & Pintus;nec pro eadem adhuc iunctâ corpori,quatenus eſt pars vna eſſentiæ totius hominis : ſed vel pro vitâ ; vt ſumitur Exo. 21. 33. *Sin autem mors fuerit ſubſecuta,reddet animam pro anima.* Matth. 2. 20.*mortui ſunt qui quærebant animam pueri.* Ioan.10. 11. *Bonus paſtor animam ſuam dat pro ouibus ſuis.*Vel anima paruulorum ſignificat ipſummmet paruulum,eodem ſenſu,Gen. 27. 19. *Benedicat mihi anima tua,id eſt* tu benedicas. 1. Reg. 18. 1. *dilexit eum Ionathas. quaſi animam ſuam* Iob.23.13.*anima eius quodcumque voluit fecit.*Ierem.51. 14. *Iurauit*

Domi

Dominus exercituum per animam ſuam. Pro *paruulis* Hebraica vox עול *Ol* ſignificat infantulum lactentem qui adhuc pendet ab vbere; quæ ætas, vt expers omnis culpæ actu contractæ, commiſeratione digniſſima: lactentes itaque innuit & eos ſignificat fame iam iam interituros vbique niſi Deus illis opituletur. Nam DEFECERVNT] ponitur pro futuro certo, iam iam deficiunt, certo certiùs peribunt. Græcè eſt præſens *deficientium fame.* ἐκλυωμένων λιμῷ. Hebraicè verbotenùs *animæ deliquium patientium in fame.* Ex his patet nihil neceſſe nos interpretari cum Lirano & Cartuſiano, iubere orari, vt pueruli in ſinum Abrahæ deferantur: Friuolum etiam eſſe argumentum Hectoris Pinti ex hoc loco pro purgatorio probando. Lactentibus non eſt conſtitutum purgatorium: nec Patrum quiſquam ex hoc loco id collegit, quod ego ſciam: nec Catholicæ fidei veritas tam vanis argumentis, aut malè fundatis fulcris eget. habemus (Deo gratias) ſolidiora momenta, & tela validiora, quæ peti poſſunt ex Ioannis Belliolani Lencæi libro quem contra Aretium de Purgatorio conſcripſit; & ex Panoplico Cardinalis Bellarmini opere, Controuerſiâ de Purgatorio, tomo 1.

Purgatoriũ aliũde ſatis probatur, licet non ex hoc loco.

IN CAPITE OMNIVM COMPITORVM] paſſiuitùs & vbique à matribus abiecti.

TROPOLOGICA quædam D. Ambroſius ad d. pſ. 118. ſerm. 10. de oratione cum lacrymis S. Baſilius hom. 4. & S. Athanaſius tract. de virginitate de inceſſanter gemendo & oratione continuandâ S. Ciprianus epiſt. 8. de manuum eleuatione S. Auguſtinus in pſ. 62.

VERS. 20.

VVLGATA. ר RES.	LXX. ῥῆς.
Vide Domine, & conſidera quem vindemiaueris ita: ergone comedent mulieres fructum ſuum, paruulos ad menſuram palmæ? Si occiditur in ſanctuario Domini ſacerdos & propheta.	*Vide Domine & conſidera, quẽ vindemiaris ita: Si comedent mulieres fructum ventris ſui? vindemiã fecit coquus: occidentur paruuli ſugentes vbera. Occides in ſanctuario Domini ſacerdotem & prophetam?*

DIFFICILIS verſiculus vt quiſque in hac Threnodia propter vltimũ comma. Dicã quod mihi veriſimilius apparet. Vidẽs ſpiritu prophetico hæc quæ plãgit, nõ eſſe sũma nec culpæ nec pœnæ mala: ſed his inſtare grauiora; propter peruicaciorẽ populi obſtinationem quæ futura occiſo CHRISTO, & vltionem quam Deus ideo per Romanos ſumpturus: ipſe à populo, quẽ ſe irrito conatu hortari ad meliora videt, ad Deum conuertitur; & eum conatur ad miſe-

ricordiá permouere, proponẽs ante oculos priſtinã dilectionẽ,& promiſſiones erga populũ ſuum;& acerbitatem vindictæ,quaſi eam videret & exhorreſceret.primò matres veſcentes carnibus filiorum:ſecundo prophanationẽ ſanctuarij necatis in eo ſacerdotibus & prophetis.

QVEM]populum tibi delectum & dilectum, poſteros Abraham Iſaac& Iacob amicorum tuorum.

Vindemiare. VINDEMIAVERIS ITA]tam atrociter racemaueris.reſecaſti etiam minutos acinos,quos vindemiatores ſolent intactos pręterire:non cõtentus ætate validiore, puerulos lactentes fame conſumpſiſti: nec eo contentus etiam matribus viſcera viſceribus ſua condenda præbuiſti.

Prophetia intuitiua. ERGONE]poterisne hoc ſuſtinere,quod quam horrendum ipſe mihi iam vt præſens videre videor,& contremiſco.Similis prophetiæ intuitiuæ ſeu viſionis propheticæ modus exſtat apud Senecam in Agamemn.act.4.vbi poſtquam dixit Caſſandra ſe nihil vnquam aſpexiſſe tam clarè geri,exclamat —*horreo atque animo tremo.* "

Regemne perimet exul,& adulter virum? "

Matres vorarũt filios. COMEDENT MVLIERES]ſic vocat:quia indignæ matrum nomine,materno carentes affectu.cõminatus id Deus Deutero.28.52. *Obſideberis intra portas tuas in omni terra tua,quam dabit tibi Dominus Deus tuus:& comedes fructum vteri tui & carnes filiorum tuorum & filiarum tuarum* &c. Nam plura & horrenda ſequuntur in hanc ſententiam: & hoc retulerim libens tam ad tempus Sedeciæ, quam ad tempora Romanorum. nam etiam illo tempore hoc accidiſſe colligitur ex verbis Baruch 2. 2. *quemadmodum facta ſunt in Ieruſalem, ſecundum quæ ſcripta ſunt in lege Moyſi,vt manducaret homo carnes filij ſui, & carnes filiæ ſuæ.*

Fructus vẽtris. FRVCTVM SVVM] meritò racemanda, quæ botros ſuos deuorarat.*Fructus ventris* pro liberis;ſicut & d.c.28.v.53.Obſerua quo pacto ſemper prophetæ noſtri altiùs exſurgat oratio,& orchoſtræ ſacræ cothurnus excreſcat.Threno.1.11. tantum dixit rerum ſordidiſſimarum auidam fore helluatricem:hic addit prolis propriæ comeſtionem nudam:tandem threno 4. v. 10. rem totam circumſtantijs additis tragicè deſcribet.

Mioſis. AD MENSVRAM PALMÆ] μείωσις, pro non multo maiores palmâ manus.Liranus capit de eiectis aborſu:melius accipias de omnibus recens natis, qui adhuc faſciantur: de omnibus enim Möyſes prædixit; *Tenera mulier & delicata,quæ ſuper terram ingredi non valebat, nec pedis veſtigium figere propter mollitiem & teneritudinem nimiam; inuidebit viro ſuo,qui cubat in ſinu eius,ſuper filij & filiæ carnibus, & illuuie ſecundarum, quæ egrediuntur de medio feminum eius,& ſuper liberis qui eadem hora nati ſunt. comedent enim eos clam, propter rerum omnium penuriam in obſidione & vaſtitate,qua opprimet te inimicus tuus intra portas tuas.* Deutero. 28. à v. 56. Deinde Hebræum טפחים *Tipuchim* tam ſignificat lactentes, quàm palmares.Mam *tophach* טפח varia ſignificat, menſuram palmæ Exo.25.24.& quia nutrices paruulos ſolẽt palma quaſi admetiri,& firmare ſeu extẽdere,ne mẽbra fiant cõtorta aut vara:ideo etiam vox ad ſignificandã educationẽ,& paruulos lactẽtes,porrigitur vt infer. v.22.

Vnde

Vnde facilè fuerit verſiones conciliare, quæ omnes eodem tendunt. Conciliatio verſionum.
Recentiores vertunt *fructum educationum*, Chaldæus *deſiderabiles qui faſciabantur ſerias.* LXX. *ſugentes vbera*, de quo ſtatim. noſter *ad menſuram palmæ*, hoc eſt quatuor digitos ſeu volam manus latos, ſeu palmares; ideſt omnino puſillos. Sicut pſal. 38. 6. eandem vocem vertit; *dies menſurabiles*, id eſt tam breues quàm eſt menſura quatuor digitorum. ita Kimchi. LXX. hîc quædam addunt. nam vertunt, *vindemiam fecit coquus, occidentur paruuli ſugentes vbera*; ἐπιφυλλίδα ἐποίησε μάγειρος, φονευθήσονται νήπια θηλάζοντα μαστούς: Sic enim legitur in editione Romanâ & in Aldinâ. Sed Complutenſ. & Regia carent tribus primis verbis, quæ nec ſunt in Hebræo, nec Chaldæo: ſed legit Theodoretus & exponit, fructum ſerò natum coxit. Si hoc à LXX. additum; addiderunt vt paraphraſtæ, reſpicientes ad Nabuzardan, quem ἀρχιμάγειρον coquorum principem ſolent vocare.

Pſ. 38. 6.

LXX. lectio.

Si occiditvr] libri Græci hîc variant, quidam εἰ ἀποκτενεῖς ſi occides: alij εἰ ἀποκτενοῦσι ſi occident cum Theodoreto: prius ad Deũ, poſterius ad hoſtes ſeu Iudæoſmet referendum parum refert. nam Deus per homines dicitur occidere, quando permittit homicidium. Chaldæus, *an decens eſt vt occidatur.* benè Hebraicè, *an occidetur*; quod noſter benè explicuit. quia *Si* poſuit pro ſiccine ſeu itane patieris occidi? Durè Victorinus pro quia accepit. q. d. quia occident Sac. & prophe. ideóne patieris mulieres eo feritatis pluſquàm belluinæ deuenire.

Si pro ſiccine.

In sanctvario] quod refugium nocentibus, & in quo parci ſupplicibus ſolitum, in eo innocentes & ſacroſancti necabuntur?

Sacerdos et propheta] valdè difficilis hiſtoricus ſenſus. Chaldæus refert ad tempus Nabuchodonoſor, & ſic explicat: iuxta verſionem Ariæ Montani (nam Quinquarboreus paullo aliter, ſed
» ſenſu non differt:) Reſpondit menſura iudicij & ſic ait: Numquid Paraphraſis
» decens eſt, vt occidatur in Sanctuario domûs Domini Sacerdos & Chaldææ lo-
» Propheta? quemadmodum interfeciſtis Zachariam filium Addo, Sa- cus.
» cerdotem magnum & Prophetam fidelem in domo Sanctuarij Do-
» mini, in die propitiationũ, eo quòd corripiebat vos, ne faceretis quod
» malum eſt coram Domino.] ad hunc locum in Scoliis Ioan. Quinquarboreus, qui me puero Pariſiis Hebræa profitebatur, vult hunc Addo fuiſſe Iehoiada patrẽ Zachariæ de quo Christvs egit Math. 23. 35. vbi vocatur non Iehoiada ſed Barachias, vt habuerit duo nomina prout voluit D. Hieronymus; & necem huius Zachariæ dicit de- Zachariæ filij Ioiadæ mors, & vltio.
» ſcribi 2. Paralipom. 24. 20. vbi deſcribitur hiſtoria hoc modo: *Spiritus*
» *autem Domini induit Zachariam filium Ioiadæ Sacerdotem, & ſtetit in*
» *conſpectu populi, & dixit eis: Hæc dicit Dominus Deus: Quare tranſgredimi-*
» *ni præceptum Domini, quod vobis non proderit, & dereliquiſtis Dominum, vt*
» *derelinqueret vos? Qui congregati aduerſus eum, miſerunt lapides iuxta Re-*
» *gis imperium in atrio Domus Domini. Et non eſt recordatus Ioas Rex miſe-*
» *ricordiæ, quàm fecerat Ioiada pater illius ſecum: ſed interfecit filium eius. Qui*
» *cùm moreretur ait: videat Dominus, & requirat.*] & addit Quinquar-

boreus ex cōmentariis & traditionibus antiquorũ Hebræorum, vſq; »
ad aduētum Nebuzardani præfecti militiæ regis Babylonici, ſangui- »
nem Zachariæ inſtar ollæ aqua plenæ igne ſuppoſito efferbuiſſe: quē »
cùm animaduertiſſet Nebuzardanus, iam factâ ab illo magnâ ſangui- »
nis Iudæorum effuſione, à ſenioribus, qui aderant, tandem tormentis »
propoſitis, vt faterentur quid hoc eſſet extorſiſſe; dicebant enim an- »
tea, ſuorum nolentes fateri ſcelus, ſanguinem eſſe ſacrificiorum: quod »
falſum eſſe, ex diſſimilitudine illius ſanguinis cum ſanguine ſacrifi- »
ciorum, omnino comprobatum eſt) nempe ſanguinem eſſe prophetæ »
Zachariæ huius. Quod vbi reſciuit Nebuzardanus, Senatores omnes »
magnæ Synagogæ, quæ Ieroſolymis erat, alióſque Senatores qui in »
qualibet ciuitate Iudæorum erant, cum iuuenibus, virginibus, & lit- »
teratis omnibus, capite truncari iuſſit: neque ceſſauit ſanguis ille fer- »
uere, donec Nebuzardanum tęduit occiſionis] Hactenus ille ex Thal- »
mudicâ traditione, quæ mihi fabulam ſubolet. Nam apud Galatinum lib. 4. de arcanis catolicæ veritatis ca. 23. tantum traditur ex Talmuth Ieroſolymitano in libro Taanith, hic Zacharias occiſus in atrio Sacerdotum ſuper limpidam petrã, nec ſanguinē collectum & abſconſum. Præterea foret luctus iſte valdè ſerus, nunc demum plorare necem tot annis ante, tempore Ioas, patratam. Denique Hebraica veritas futuram necem inſinuat, vt & verſio LXX. & ipſe Chaldæus, vel inuitus.

Quare puto prophetiam eſſe, vt dixi verſus initio, de eo quod nouiſſimo tempore futurum præuidebat: Quo tempore video tres prophetas & Sacerdotes, Simeonem iuſtum (ſi modò Sacerdos fuit) Zachariam patrem Ioannis Baptiſtæ, & ipſum Baptiſtam. Simeon placidâ morte putatur obiiſſe. Ioannem Herodes in carcere capite truncari iuſſit. Reſtat Zacharias; de quo propendeo, vt hîc agi affirmem. Nam non inuenio probabiliorem interpretationem verborũ CHRISTI Matth. 23. 35. de Zacharia quem occiderant Sacerdotes *inter templum & altare* (quem locum patet ſanctuarium dici poſſe) quod de Baptiſta patre acceperunt S. Petrus Alexandrinus Epiſcopus in Sex. Synodi cap. 1. can. 3. & Epiphanius lib. de vitis Prophetarum; non tam (vt puto) Herodis iuſſu ob fugâ filium ereptum; quàm à Sacerdotibus ob defenſam & laudatam Deiparæ poſt partum virginitatem, vt aſſerunt vetuſtiſſimi ſcriptores Origenes tracta. 26. in Matth. & ibid. Theophilactus & Euthymius, Hippolytus Martyr apud Nicephorum lib. 2. hiſtor. c. 3. B. Baſilius homil. de humanâ CHRISTI generat. Nyſſenus orat. de CHRISTI natiuitate, Cyrillus Alexandrin. libr. contra anthropomorphitas: quorum auctoritatem, ſi hac in re, vni D. Hieronymo, & recentioribus præpoſuero, non arbitror me culpari audaciæ poſſe: Sanè duces habeo id accuratè probantes Pet. Caniſium noſtrum lib. 1. de corrupt. verbi Dei cap. 2. Leonem Caſtrium Apolog. lib. 3. fol. 285. Cardinalem Baronium Annal. tom. 1. Neque ſatis ſolidè illam inpugnant Maldonatus in Matthæum vel Alphonſ. Salmeron tom. 4. par. 3. tracta. 35. vt legenti patet. In hunc enim omnia mirè quadrant.

Zacharias pater Baptiſtæ occiſus vbi & cur?

Locus Matth. 23. 35.

drant. Nam quod fuit ad horrorem Christi & matris eius factum, nequit dici inſulsè vel ſtolidè aut temerè factum; nec ſcandalum datum fuit, ſed acceptum. Nec Euangelium Nazaræorum magis S.S. quo nititur D.Hieronymus, quàm aliud vbi de Zachariâ Ioannis patre quod dicimus legitur. Nec omnia quę geſta in nece prophetarum, S.S. libris prodita ſunt. Piis ſolet ſufficere antiquitatis & veterum Patrum auctoritas, qua nitimur, non apocriphis libris. Deinde Zacharias iſtè rectè iungitur vt vltimus vet. teſtamenti prophetarum fidei veritati perhibens teſtimoniũ, cum primo Abele: de temporibus Christi agit Ieremias hoc verſ. ideo aptè capimus de eo qui tunc in odium Christi & matris eius iniuriam necatus: huius ſanguis in templi veſtibulo ſaxis illitus diu perdurauit, teſte Tertulliano in Scorpiaco: hũc Eccleſiaſticum Martyrologium S. Nouembris colens vocat *Sacerdotem & prophetam*; quæ ambo hîc leguntur. Scio tempore excidij ſub Tito, quoſdam à Zelotis, alios à Romanis in templo necatos Sacerdotes, vt Ioſephus & Hegeſippus narrant: ſed tum ceſſerat: inter legis mortuæ cultores prophetia; ideo ſecundum nomen, *propheta*; his non conuenit. Hoc itaque tenebo, donec certius aliquid occurret.

VVLGATA. ש SIN.	LXX. *σὶν.*
Iacuerunt in terra foris puer, & ſenex: virgines meæ, & iuuenes mei ceciderunt in gladio: interfeciſti in die furoris tui: percuſſiſti, nec miſertus es.	*Dormierunt in via paruulus & ſenex: virgines meæ, & iuuenes mei abierunt in captiuitatem: in gladio & in fame occidiſti in die iræ tuæ, mactaſti, non peperciſti.*

Vers. 21.

Iterum redit ad auditores & populum inducit plangentem, & cum Deo expoſtulantem, quod nullo ſexus, vel ætatis diſcrimine proſtrauerit mortuorum corpora, & abiecerit in agris & viis inſepulta.

Iacuerunt] abiecti temerè nudi, & carentes tumuli honore. LXX. *ἐκοιμήθησαν dormierunt*, more Hebræo; quo mortui dicuntur dormientes, vt ſæpè in nouo teſtamento, de quo aliàs. Fallitur vir doctus, (Figuerus) qui negat שכב *Schachab*, etiam dici de mortuis, quod fatentur Kimchi & Pagninus, loca ſunt, Iob. 7. 21. *ecce nunc in puluere dormiam*. 3. Reg. 1. 21. *cum dormierit dominus meus Rex cum Patribus ſuis*. Iſai. 14. 18. *vniuerſi dormierunt in gloria, vir in domo ſua.* & ſimilis locus eſt Iſai. 51. 20. vbi habes שכב & noſter vſus voce *dormiendi* cum LXX. *Filij tui proiecti ſunt, dormierunt in capite omnium viarum, &c.* ibi prædicit futurum, quod hîc Ieremias comple-

Dormire pro mortuũ eſſe. שכב.

 tum

Pueri ſenibus iũgi ſolent ad exaggeratio nem.

tum queritur. Et quamuis de mortuis ſermo, non tamen ocioſa harum ætatum mentio: tum quia qui pueros & ſenes occiſos dicit, ſub extremis comprehendit mediam ætatem, vult enim indicare in omnes ſæuitum, ſicut cum dicimus *à puero vſque ad ſenem* (vide Geneſ. 19. verſ. 4. tum quia crudele eſt in has ætates ſæuire. ideo ſic Seneca in Oedipo,

Sed omnis ætas pariter & ſexus ruit, »
Iuuenéſque ſenibus iungit & gnatis patres »
Funeſta peſtis. »
--- &, à quo ſumſit, Lucretius;
Exanimis pueri ſuper exanimata parentum »
Corpora nonnunquam poſſes, retróque videre »
Matribus aut patribus natos ſuper edere vitam. »

Feciſſe hoc Chaldæos habes 2. Paralip. vlt. 17. Nonne ſpectaculum triſte vitam illis adimi, qui vix delibarunt vitæ vſuram? nonne crudelis feſtinatio tollere de medio violenter, mox placidè deceſſurum? ideo inuehitur Tragicus Agamemno in Neoptolemum, Troad. act. 1.

Placare quem non potuit à cæde effera »
Mortalis æui cardinem extremum premens. »

In terra foris] LXX. Vaticanus, *εἰς ἔξοδον in via*. Aldin. Complut. & Regius; *εἰς γῆν ἐξόδων in terra viarũ.* Hebraicè eſt לארץ חוצ ח *Laares Kuſoth, in terra plateis*, eſt aſyntheton pro, in terra, in plateis. Chaldæus, *humi in viis.* Senſus eſt iacuerunt inſepulti ſuper terram, futuri eſca feris, non modo in plateis vrbis, quos mors ibi oppreſſit, ſed foris etiam in viis publicis & ſemitis qui ex vrbe profugerant, & eos aſſecuti Chaldæi necarant. 4. Reg. 25. 5. & 21.

Extremis poſitis omnes intelliguntur. Iere. 51. 22.

Pver et senex.] Dixi ſub extremis ſolere comprehendi medios & ſic extremis poſitis omnes ſignificari: probatur ſimili loco Ieremiæ c. 51. 22. exemplis multis, quem locum, quia eſt explicatio loci iſtius, aſcribam: *collidam in te virum & mulierem, & collidam in te ſenem & puerum, & collidam in te iuuenem & virginem, & collidam in te paſtorem & gregem eius,* &c. Subauditur ſicut tu Babylon colliſiſti in Ieruſalem, vt patet ex verſu 24. *Et reddam Babyloni, & cunctis habitatoribus Chaldææ omne malum ſuum quod fecerunt in Sion.* Sic Horatius.

Mixta ſenum ac iuuenum denſantur funera: nullum »
------*Sæua caput Proſerpina fugit.* »

Locus Zachariæ.

Contra ſummam omnis ætatis fœlicitatem Deus pollicetur ſub ſenum & puerorum nomine Zachar. 8. 4. *Adhuc habitabunt ſenes, & anus in plateis Ieruſalem: & viri baculus in manu eius præ multitudine dierum: & plateæ ciuitatis complebuntur infantibus, & puellis ludentibus in plateis eius.*

Ceciderunt in gladio] copioſiores hîc ſunt LXX. κατὰ μετάφρασιν reddentes, *abierunt in captiuitate, in gladio & in fame interfeciſti in die iræ tuæ.* ἀπορεύθησαν ἐν αἰχμαλωσίᾳ, ἐν

ῥομφαίᾳ,

ἐν ῥομφαίᾳ, ἐν λιμῷ ἀπέκλεινας ἐν ἡμέρα ὀργῆς σου. Noſter noluit addere quidquam Hebræis, in quibus captiuitatis & famis nulla, hic eſt mentio. LXX. verò ſingulis tribus verbis inſtrumenta ſupplicij, vt paraphraſtæ addiderunt, nempè abductos captiuos, gladio interfectos, & fame mactatos, ſeu iugulatos; iuxta prophetiam Ezechielis de qua ſtatim.

Conciliatio verſionum, & explicati LXX.

PERCVSSISTI] non vulnerans tantum, ſed occidens & mactans peſte atque hoſtili gladio; vt declarat id prædicens Ezechiel; cap. 5. Vbi iubet Prophetæ, vt ſumat acutum gladium & abradat caput ac mentum, & pilos abraſos diuidat in tres partes vnámque comburat igni, ſecundam verò concidat minutatim, tertiam diſpergat in ventũ: & id explicans ait v. 12. *Tertia pars tui peſte morietur, & fame conſumetur in medio tui: & tertia pars tui in gladio cadet in circuitu tuo: tertiam vero partem tuam in omnem ventum diſpergam, & gladium euaginabo poſt eos. Et complebo furorem meum, & requieſcere faciam indignationem meam in eis, & conſolabor.*] Dixi; *mactans*; nimirum vt ſolent iugulare greges. Nam quod noſter vertit percuſſiſti Hebraicè eſt טבחת *Tabachtha*, iugulauit. Græcè, ἐμαγείρευσας, morem coquorum indicans, & ad Nabuzardan alludens, quem coquorum principem ſolent LXX. Vocare: quare placet quod vertit Arias, *coxiſti*. Senſus itaque necatos inſtar pecorum in aheno incenſæ vrbis quaſi elixaſti.

NEC MISERTVS ES] minatus id d. cap. 5. 11. *Non parcet oculus meus, & non miſerebor.* Deuteron. 28. 63. *lætabitur diſperdens vos atque ſubuertens.*

VERS. 22.

VVLGATA. ת. THAV.	LXX. θαῦ.
Vocaſti quaſi ad diem ſolemnem, qui terrerent me de circuitu, & non fuit in die furoris Domini, qui effugeret, & relinqueretur: quos educaui, & enutriui, inimicus meus conſumpſit eos.	*Vocauit diem ſolemnitatis parœcias meas de circuitu: & non fuerunt in die iræ Domini, qui effugeret ſaluus, & qui relinqueretur: ſicut inualeſcere feci, & multiplicaui inimicos meos omnes.*

INITIO verſiculi multa infarcit Chaldæus de ſuo non cohærentia cum ſequentibus, quæ non eſt neceſſe tranſcribere: In eo quoque non placet, quod vocatos quaſi ad feſtum velit omnes pueros Iudææ vndique congregatos. Quod etſi fundamentum aliquod poteſt habere ex LXX. verſione, alio tamen illa ſenſu capiẽda, vt mox dicã.

Qui vocati?

Futurũ pro præterito.

VOCASTI] Deum ait aduocaſſe hoſtes vndique qui in circuitu Ieroſolymæ degebant, vt vna cum Chaldæis vrbem obſidione cingerent. Hebraicè eſt *vocabis*, ſed pro præterito poſitum fatetur Iarrius, & Græcè eſt in præterito. Romana editio Nobilij, *vocauit*. Sed Aldina, Complutenſis & Regia, & Theodoreti verſio vt noſter ἐκάλεσας.

Qualis vocatio iſta?

QVASI AD DIEM] Romana editio, *vocaſti diem* ſeruato Hebraiſmo, in quo præpoſitio *ad* ſubauditur. Aldina editio ὡς εἰς ἡμέραν, *quaſi ad diem*. Regia & Complutenſis: *Vocaſti quaſi diem* ὡσεὶ ἡμέραν: noſter idiotiſmum explicat. Duplex autem ſenſus eſſe poteſt huius vocationis, nempè vocatos ad feſtum, vt illud celebrarent, vel vocatos quaſi ad epulum feſtiuum, vt victimas à Deo cæſas lætè veſcerentur. Ego vtrumque coniungo. Deus enim introducitur, quaſi indicens diem feſtum quo Hecatombis litandum, & quod ſupererit ſacrificio, conuiuantibus ceſſurum. Ad duo alluditur. Primò ad ſolemnem morem in tribus præcipuis feſtiuitatibus populum clangentibus tubis, vt ad templum aſcenderent conuocandi, de quo Leuit. 23.24. & 25. 9. idem in epulis ſacrificiorum ſolemne. Num. 10.10. *Si quando habebitis epulum, & dies feſtos & calendas, canetis tubis ſuper holocauſtis & pacificis victimis*: & dicebatur *dies tubarũ & clangoris*. Num. 29.1. Secundò ad morẽ ſacrificantium, qui poſt ſacrificiũ epulabantur; Vide Prouerb. 7. 14. & 1. Reg. 16.3. & ſic Deus quando vult aliquem populum multis interfectis punire, dicitur in ſacra Scriptura inuitare hoſtes ad victimam ſeu hoſtiam, & dies talis ſolet vocari dies victimarum ſeu magnæ occiſionis. Dabo teſtimonia; Vocare pro inuitare ſumitur. Num. 25.2. *quæ vocauerũt eos ad ſacrificia ſua. At illi comederunt, & adorauerunt Deos earum*. Deut. 33. 19. *Populos vocabunt ad montem: ibi immolabunt victimas iuſtitiæ*. & dict. verſ. 3. *vocabis Iſai ad victimam*. Sic ſolere Deum vocare ad ſuam victimam hoſtes quibus vtitur pro popis & victimariis, quando quodammodo præbet viſcerationem, docui teſtimoniis elegantibus ſup. Thren. 1. verſ. 15. De victima ſeu hoſtia Dei quod dicebam patet ex Iſai. 34. 5. *Quoniam inebriatus eſt in cælo gladius meus: ecce ſuper Idumæam deſcendet, & ſuper populum interfectionis meæ ad iudicium. Gladius Domini impletus eſt ſanguine, incraſſatus eſt adipe, de ſanguine agnorum & hircorum, de ſanguine medullatorum arietum: victima enim Domini in Boſra, & interfectio magna in terra Edom*. Nam hoc vltimo commate explicat, quid vocarit victimam Domini. Ierem. 12. 3. *Congrega eos quaſi gregem ad victimam, & ſanctifica eos in die occiſionis*. Et ſub metaphora volucrum elegantiſſimè id deſcribit Ezech. cap. 39. verſ. 17. *Hæc dicit Dominus Deus: Dic omni volucri & vniuerſis auibus, cunctiſque beſtiis agri: conuenite, properate, concurrite vndique ad victimam meam, quam ego immolo vobis, victimam meam, victimam grandem ſuper montes Iſraël: vt comedatis carnem, & bibatis ſanguinem*, &c. Sophoniæ 1. verſ. 7. & 8. *iuxta eſt dies Domini, quia præparauit Dominus hoſtiam, ſanctificauit vocatos ſuos. Et erit in die hoſtiæ Domini, viſitabo ſuper principes*, &c. Videtis vt

Ritus Hebræorum. Clangore bucanarum ad ſolemnitatẽ conuocandi, & in epulis ſacrificiorum. Ritus vocãdi ad ſacrificale conuiuium.

Vocare pro inuitare.

Dies occiſionis vocatur dies victimæ Dei.

tis vt Dominus vocet ipſos occidendos & ſegreget eos ac q. diligat hoſtias electas & eximias dict.verſ.3. Vocet etiam volucres & feras ad epulum quaſi inuitatos conuiuas d.verſ.17. Vocet hoſtes occiſuros,& quaſi Sacerdotes eos cædendis victimis ordinet & iniungat.d. verſ.7. qui eſt interpretatio loci noſtri.

QVI TERRERENT] Hebraicè, מגורי *Megurai terrores meos*, hoſtes mihi formidandos, eodem ſenſu id prædixit Ieremias de Idumæis 49. 29. *Vocabunt ſuper eos formidinem in circuitu.* Quare malo intelligere de hoſtibus, quam de coloniis vel oppidis Iudæorum in circuitu Ieruſalem ſitorum; quaſi diceret vndiquaque trepidos confugiſſe in vrbem, & ſua trepidatione perterrefeciſſe ciues, vt fieri ſolet,& videntur hunc locum accipere LXX. qui vertunt *παροικίας μου* quod poteſt diuerſimodè capi in genitiuo *vicinia mea*, & ſubauditur homines; vel in accuſatiuo *parœcias meas*, hoc eſt colonias, vt dixi ſeu oppida vicina; vel vt *παροικία* ſignificet peregrinationem ſimiliter in genitiuo peregrinationis, id eſt captiuitatis & abductionis meæ, hoc ſenſu de circuitu vndique accerſiuiſti hoſtes (hoc enim ſubaudiendum) ad diem quo conſtituiſti me abducendam in Babylonem: & ita ſententia non multum diſcreparet à verſione noſtra, quæ luculentior & magis inhærens proprietati verborum Hebræorum. Chaldæus alieniſſimo ſenſu in bonum detorquet, ac ſi foret Verſio LXX. explicata.
» oratio benè ſperantium. *Da libertatem* (ait) populo tuo Iſraëlitico
» per Meſſiam, ſicut feciſti per Moſem & Aaron in die Paſchatis;
» quoniam collecti fuerunt pueri mei vndique vbicumque diſperſi
» eſſent in die furoris iræ tuæ;] abi nugator, irato hæc Deo effutiuiſti.

DE CIRCVITV] poſſet referri vel ad *τὸ vocaſti*, vt dicat vndiquaq; hoſtes accerſitos; vel ad, *qui terrerent*,& tunc *De* ponitur pro *à* ſeu *per*, nam Hebræũ מ *Mi* valdè latè patet: Senſus hoſtes accerſitos, qui perterrefacerent arctiſſima obſidione, qualem minatus Iſaias 29.2. *Et circumuallabo Ariel, & erit triſtis, & mœrens, & erit mihi quaſi Ariel. Et circumdabo quaſi ſphæram in circuitu tuo, & faciam contra te aggerem, & munimenta ponam in obſidionem tuam.* Factum à Chaldæis ita oſtendit Ioſephus lib.10. antiqu. cap.11. interprete Ruf-

מ. Ieroſolyma quam arctè obſeſſa à Chaldæis. Locus Iſaiæ 29. 2.

» fino: Babylonius autem obſeſſionem grauius inferebat, faciens tur-
» res cum magnis ædificiis, & aggeres ingentes exaltans, ex quibus
» reſiſtebat de muris repugnare nitentibus: multas quoque machi-
» nationes erexit, æquans muris per circuitum ciuitatis:] ecce *ſphæram*, quam dicebat Iſaias; Græca Ioſephi clariſſima ſunt: τῆς δὲ πολιορκίας τῶν Ἱεροσολύμων ὁ Βαβυλώνιος ἐν τεταμένως σφόδρα καὶ προθύμως εἴχετο. πύργους τε μεγάλων οἰκοδομήσας χωμάτων, ἀπ' αὐτῶν ἀνεῖργε τοὺς τοῖς τείχεσιν ἐφεστῶτας; καὶ πολλὰ περὶ τὸν κύκλον ὅλον ἤγειρε χώματα, τοῖς τείχεσι τὸ ὕψος ἴσα.

QVI EFFVGERET ET RELINQVERETVR] &, pro *aut* ſententia eſt: nullus fuit expers damni: nam omnes vel occiſi, vel capti, aut abducti. Hyperbole. Et pro aut.

Lectio LXX.

EDVCAVI & ENVTRIVI] LXX. interpretum exemplaria hic etiam varia ſunt; quædam ὡς habent, hoc eſt; *ſicut*, quædam οὓς *quos*, hoc modo; οὓς ἐπεκράτησα καὶ ἐπλήθυνα ἐχθρούς μου πάντας, *quos inualeſcere feci & multiplicaui inimicos meos omnes.* Theodoretus videtur aliter adhuc legiſſe, ſi benè interpres vertit; *enutriui, obtinui, & multiplicaui: omnes eos aſſumpſit inimicus meus*, videtur legiſſe ἐχθρὸς; quod foret magis conſentaneum noſtræ verſioni, quæ conuenit cum fonte Hebræo, in quo verbotenùs legitur, *quos palmis obuinxi & auxi:* hoc eſt, quos recens natos palmis ſuſtuli & faſciaui, & delicatè eduxi donec grandeſccerent. Sic Chaldæus; quos pannis inuolueram, & quos enutriueram in Regum deliciis, hoſtes mei capitales perdiderunt illos.] Ideò Ieruſalem vocatur *nutrix* Baruch 4. 8. & verſ. 10. queritur; *Vidi captiuitatem populi mei, filiorum meorum & filiarum, quam ſuperduxit illis æternus. Nutriui enim illos cum iucunditate: dimiſi autem illos cum fletu & luctu.*

ALLEGORIAM ET TROPOLOGIAM huius capitis ſuadeo inueſtigetis apud Hugonem de ſancto Victore, cuius commentarius, vt & Natalis Taillepiedi vltra non extenditur.

THRE

THRENORVM CAPVT III.

ARGVMENTVM.

TERTII alphabeti, quod, teſte D. Hieronymo, trimetris cóſtat & à ternis litteris, ſed iiſdē, terni verſus incipiūt; noua nobis myſteria ſuggerit: quæ niſi cognito argumento intelligi nequeunt, nec argumentum cognoſci, niſi ratio explanetur cur terni verſus ab eadem litterâ inchoentur: quod intellectu non facile eſt. D. Hieronymus coniiciendi anſam præbuit, dum ita ſcripſit, hac parte primum calamitatem gē- „ tis Iudææ, ſeu potiùs humani generis deflendo pronuntiari: deinde „ ſacramentum Dominicę incarnationis ac paſſionis manifeſtè exprimi: „ vbi Iudæorum perſecutio & innocentis CHRISTI pœnâ ac mors deſ- „ cribitur.] Sed ſi duo membra, duplex alphabetum ſufficiebat. Paſchaſius refert ad CHRISTVM vt caput, & ad Eccleſiam vt corpus; ſed iterùm hîc duo tantùm, niſi Synagogam ſepares à Chriſtiana Eccleſiâ: verùm de Eccleſiâ Chriſtiana allegorica foret explicatio; nec eſt in toto capite quidquam quod ſatis accommodum ſit Eccleſiæ CHRISTI, vt ſeparatæ à Synagogâ. Rupertus, qui cenſet primo threno totius generis humani captiuitatem, ſecundo Iudaicæ gentis, tertio ſingularem ipſiusmet prophetæ lamentatam; arbitratur ſingularum ceterarum lamentationum ſingulis ſimplum, huic tertio ſoli triplum alphabetum aſſignari: quia Ieremiæ tres lamentandi cauſæ exſtiterunt. Prima quòd ipſe aquæ vt omnes homines in " Adam captiuatus eſt. Secunda quòd ſe viuente, ſe vidente, " quamuis hoſtium gratiâ reſeruato, patria combuſta & gens ſua " captiuata eſt. Tertia quod propriam fragilitatem nouerat, pro- " priis calamitatibus omnimodis inter ſuos & à ſuis affectus fue- " rat] ſic puto corrigendum locum qui vitioſiſſimè excuſus eſt. Verùm ratio iſta nimis acuta eſt, & primi membri litteralem ſenſum non aſſequitur, dum eum miſcet allegoriæ. Figueirus nimis altè ſubuolat, dum nobis hinc elicit probatio-

Cur alphabetum hic triplum?

Hieronymi ratio.

Paſchaſij,

Ruperti.

Locus Ruperti caſtigatus.

Figueiri,

nem myſterij trium perſonarum & vnius eſſentiæ ſanctiſſimæ Trinitatis. Prudentiùs Richardus, Pintus & alij tacuerunt de hac triplicitate alphabeticâ: quos imitarer, niſi occurreret ratio ſatis conſentanea hiſtoriæ. Ieremias de ſe & gente ſuâ hoc capite agit, vt Sole clarius eſt: ipſe autem ſeipſum conſiderat. non tantum vt prophetam, qui propter vaticinia ſua tam dira perpeſſus; ſed etiam, vt figuram CHRISTI Domini, qui ab impia gente ſimilia paſſurus erat. Ideo quædam ait quæ ſibi, quædam quæ CHRISTO ſunt aptiora, & more prophetico interdum à ſignificante ad ſignificatum, à typo ad veritatem tranſilit, vnum alteri aptiſſimè connectens. Igitur Alphabetum trigeminum ponitur, quia de tribus agitur; de gente, de Ieremia, de CHRISTO. de Ieremiâ, qui CHRISTVM repræſentabat; de CHRISTO; qui à gente impiâ peſſimè tractandus, quam erat redempturus; de gente quæ ſacrilegij tam nefarij grauiſſimas Romanis pœnas erat datura. De gente & Ieremiâ litteralem eſſe ſenſum volunt LXX. D. D. Hieronym. Paſchaſius, Thomas & alij: nec audiendus hîc S. Bonauentura, qui negat litteralem ſenſum ſine extorſione inueniri poſſe. Quid attinet ad Originem, mihi videtur idem voluiſſe, quod poſtea Hieronymus. Nam litteram Daleth v. 11. ex verſione LXX. & noſtrâ patet pertinere ad vrbem ipſam: & in litterâ Beth ſatis luculenter ſuam ſententiam Origenes prodidit. de CHRISTO Domino eſſe ſenſum (vt minimum) allegoricum certum, & à ſpiritu ſancto præcipuè intentum; meâ ſententiâ, temerarium ſit negare. quia hoc ſententia ſemper grauiſſimorum Patrum fuit, vt Origen. Hieronymi, Olympiodori, Paſchaſij, Ruperti, D. Thomæ, D. Bonauenturæ & reliquorum in hunc pſalm. ſcribentium, S. Ambroſij in pſalm. 118. & aliorum quos ſuis locis citabo: & Eccleſia in officio Paraſceues eo ſenſu ſemper videtur ceciniſſe hunc threnum. Dixi (vt minimum) quia ſi quis contenderet in hoc capite locis aliquot, & in ſequent. vno loco, de CHRISTO litteralem eſſe ſenſum, cum eo non pugnauerim. Sed tum dixerim notandam regulam quãdam aptiſſimam pſalmorum & reliquæ prophetiæ difficultatibus expediendis. Nempe diſtinguendum in prophetiis diligenter finem ſeu ſcopum prophetiæ, ab occaſione prophetandi illam prophetiam; ſiue (quod idem eſt) occaſionem ſcribendi, à ſcribentis fine. Nam ſæpe aliquid ocurrit quod impellat ad ſcribendum de re planè diuerſa ab eo, quod eſt occaſio ſcribendi. Vt ſi v.g. incendium aliquot domorum, mihi ſit occaſio carmine deſcribendi incendium Troianum: Troianum incendium finis & ſcopus eſt meæ odæ; ſed præſens incendium occaſio tantum fuit. Sic ſæpè poteſt prophetæ fuiſſe alicuius facti vel rei geſtæ conſideratio, quæ ſtimularet ad aliquid illi non abſimile ſcribendum vel effandum. v.g. Ieremiæ iniuria à gente ſuâ accepta potuit eſſe occaſio, vt aliquam CHRISTI inuiriam caneret vel defleret, quam illi ſpiritus ſanct. reuelarat illâ ipſius prophetæ contumeliâ portendi ſeu figurari. tunc certè li

Auctoris.

Litteralis ſenſus eſt de gente & de Ieremiâ.

Et fortè etiã de CHRISTO

Regula de diſtinguenda occaſione prophetiæ, à ƴne ſeu ſcopo eius.

tè licèt iniuria prophetæ fuerit occaſio ſcribendi, iniuria tamen CHRISTI Domini eſt verus ſcopus & finis ſcriptionis. Quod hîc in Threno iſto.3.puto dicendum. Item exiſtimo quando tale quid occurrit, non eſſe duos ſenſus litterales ſed materialem vnum tantum adæquatum, ex vnò vt occaſione, & altero vt fine: formalem verò tantum eſſe illum, finis ſeu ſcopi. Qua in re obſeruaui Neotericos pleroſque grauiter allucinari, & idcirco pſalmos plurimos, & prophetarum teſtimonia, à CHRISTO ad alios detorquere: eò quòd occaſionem à ſcopo non diſtinguant; cuius tamen diſtinctionis clara apud Patres veſtigia obſeruaui, B. Irenæi, Origenis & S. Auguſtini, quę proponam commentar. in pſalm. 2.

Ex his patet materia Threni huius, ſcilicet deplorari Ieremiæ, CHRISTI, & populi afflictionem, & à Deo miſericordiam implorari. Suas autem calamitates plangit non murmurans, ſed ob oculos eas ponens: tum vt ſe figuram CHRISTI fuiſſe doceret: tum vt oſtendat quàm ſeuerus iudex peccatorum ſit Deus, qui iuſtos cum iniuſtis interdum pœnis inuoluit, & ſi fine diuerſo: tum denique vt exẽplo ſuo, qui quod ſanctum & conſtantem virum decebat, æquanimiter ea tulit, nos ad conſtantiam & æquanimitatem in calamitatibus imitandam excitaret. Argumentum.

VERS. 1.

VVLGATA. א. ALEPH.	LXX. ἀλέφ.
Ego vir videns paupertatem meam in virga indignationis eius.	*Ego vir videns paupertatem, in virga furoris eius ſuper me.*

ISTO verſiculo ſe ceteris prophetis multò infeliciorem fuiſſe oſtendit. illos patriæ calamitates tantùm prædixiſſe futuras: ſe & prædixiſſe, & oculis hauſiſſe, & cladis partem non minimam ſubiuiſſe. Iſaias tantùm prædixit: Ezechiel antequàm prædiceret, vidit; ſed tantum priorem illam cladem, quando cum Ioachin abductus. Ieremias prædixit, & vtramq; illam priorem, & poſteriorem tempore Sedeciæ adſpexit, & interea maximè acerba & miſeranda à ſuiſmet protulit.

VIR] Hebraicè *Ageber* הגבר ille vir, ſpecimen afflictionis & tolerantiæ: qui figura eram illius viri ab eâdem gente paſſuri; de quo dixi *femina circumdabit virum, Gaber* גבר Ierem. 31. 32. Vir.

VIDENS] ſentiens, patiens. ſic ſumitur Hebræis videre, vt *videre bonum* frui bono: *videre corruptionem*, corrumpi: *videre mortem*, mori: *videre famem, gladium* &c. *videre paupertatem*, eſſe pauperem. Videre pro perpeti.

PAVPERTATEM] ponitur pro quauis afflictione & damno, Paupertas pro quauis afflictione.

Pauperies in l. ſicut Iuriſconſ. *pauperies* in edicto, *Si quadrupes pauperiem fecerit.* pſal. 30.11.*infirmata eſt in paupertate virtus mea.*2.Reg.22. 28. *populum pau-*
Locus 2. Reg.22. 18. *perem ſaluum facies: oculisque tuis excelſos humiliabis.* hoc eſt populum oppreſſum. ſecundum nonullos; ſed meliùs capi pro humili patet ex antitheſi, melior locus eſt Iſaiæ 48.10. *elegi te in camino paupertatis.*Ieremias,potiſſimum videtur attendere ad afflictionem carce-
Locus pſál. 100.10. ris:ſicut & pſalmiſta, pſalm. 100. 10. *vinctos in mendicitate & ferro,* miſerè & cum cruciatu arctiſſimè vinculis ferreis in carcere compeditos.

MEAM] D.Hieronymus & Chaldæus cenſuerunt in עני eſſe affixum primæ perſonæ, ſicut in præcedenti אני: contra quam LXX. & recentiores,qui volunt eſſe nomen ſine affixo,עני *Oni.* quod propriè Græcis *πάθημα* afflictio,oppreſſio; non verò modeſtiâ, ſeu demiſſio, quæ virtus & vocatur ענוה *Anaua.*

Virga. VIRGA] ſumitur in malum,pro vindictæ flagello, quæ vocatur virga non conſolationis,ſed furoris Dei. Significat non,vt patrem,ſed vt ſeuerum iudicem animaduertiſſe. EIVS]Dei.

Optimè Chaldæus vers.explanat: Ego vir qui vidit afflictionem in virga caſtigationum in indignatione eius. TROPOLOGIAM pe- » te à S. Gregorio lib.32.Moral. capit.2. ALLEGORICE CHRISTO con- » uenit,qui ab ipſis incunabulis vſque ad mortem perpetuis afflictionibus fuit exercitus. Porro in hoc vers. finit concionatoria explicatio Ioan. Feri Minoritæ.

VERS.2.

VVLGATA. ALEPH.	LXX.
Me minauit, & adduxit in tenebras, & non in lucem.	*Minauit me, & abduxit me in tenebras & non in lucem.*

Ieremias bis incarceratus. Progreditur ad ſpecies afflictionum, & primam ponit malam (vt veteres vocabant) manſionem,nempe carcerem: & quidam ait *Minauit & adduxit*; quia bis captus,& quaſi de carcere in carcerem pertractus.Primò quando illum Phaſſur Sacerdotum princeps *percuſſit,& miſit in neruum,quod erat in porta Beniamin ſuperiore templi*, & ibi manſit nocte integrâ. Ierem.20.2.Secundò quando proiectus in lacum
Ierem. locus c.20.2. Melchiæ filij Amelech,qui erat in veſtibulo carceris, vbi quia defecerat aqua,erat lutum copioſum,cui infixus fuit Ierem. 38. 6. de poſteriore conueniunt ſatis interpretes:lacum pro puteo poni, vt ſubterraneũ carcerem Plautus vocat in Aulularia. de priore diſſenſio eſt. pro

neruo

neruo Hebraicè habes, מהפכת *Mahepheketh*, quod Arias *cryptam*, Pa-
» gninus, *carcerem*, alij *ſubuerſionem* vertunt; Vatablus exponit *cippum* &
» vult ita vocatum quod conſtaret ex variis lignis ex aduerſo coëunti-
» bus: in quo erant tria foramina, vnum in quod collum immittebatur,
& duo in quæ manus ſingulæ: qua in re ſecutus eſt Ioſephum Kimchi. Sanè etiam Latini ſic vſurpant aliquando *neruum*, vt patet ex eiuſdem Plauti Comædiâ &c.

Perſidioſè captus, eo adepol neruo ceruices probat

„ Symmachus, vertit βαϲανιϛήριον ſiue ϛρεβλωτήριον, quod vtrumque (ait
„ D. Hieron.) tormenta ſignificat] rectè, ſunt enim quæſtionis genera potius quàm cuſtodiæ vt patet ex Iſichio. Theodotion & LXX. καταῤῥάκτην, qnòd Theodoretus explicat foſſam ſeu locum ſubterraneum. Iſichius, καταῤῥάκτης, ὀχετὸς, ῥύαξ, *alueolus ſeu cloaca, & riuus*. Hebræa radix eſt *Aphach* הפך quæ ſubuertere & euertere ſignificat: nomen enim deductũ mẽ præpoſito habes, vt hic Ierem. 29. 26. & 2. Paralip. 16. 10. at d. v. 26. noſter vt hic *in neruum*, Pagnin. *in carcerem*, LXX. εἰς ἀπόκλεισμα, eodem ſenſu, Chaldæus *Lekeiptha* לכיפתא quod Arias vertit *in neruum* & d. v. 10. noſter itidem *neruum* Pagninus *carcerem* LXX. οἶκον φυλακῆς domum cuſtodiæ. ex qua locorũ collatione patet LXX. per καταῤῥάκτην intellexiſſe carnẽ, noſtrum verò explicaſſe cippum quo vinctus in carcere fuit, vt intelligamus etiam in ipſo carcere malè habitum.

Me minavit] vox propria paſtorum greges, vel ruſticorum plauſtra ducentium *minare* (vnde Gallicum, *mener*.) frequens noſtro vocabulum. Exo. 3. 1. *cumque minaſſet gregem ad interiora deſerti.* Iſai. 11. 6. *vitulus, & leo, & ouis ſimul morabuntur, & puer paruulus minabit eos*: Ierem. 31. 24. *agricolæ & minantes greges.* 2. Reg. 6. 3. *minabant plauſtrum nouum.* à re paſtoritia Metaphoricè ad abductas captiuorum mandras transfertur, vt Nahum. 2. 7. *ancillæ eius minabantur gementes vt columbæ.* Threnor. 5. 5. *ceruicibus noſtri minabamur, & laſſis non dabatur requies.* prædictum id ab Iſaiâ de ijs qui in Ægyptum fugerunt Iudæis cap. 20. 4. *Sic minabit Rex Aſſyriorum captiuitatem Ægypti.* Vox notaetiam prophanis. Auſonius de buccula Mironis. *Minare.*

» *Ageret iuuencas cùm domum paſtor ſuas:*
» *Suam relinquens, me minabat vt ſuam.*

Apud Feſtum, *Minare, agere*: & apud Apuleium non ſemel; & in vetuſto admodùm commentario Iuuenalis, quem edidit Pet. Pythoeus, Sat. 6.

Adduxit] LXX. ἀπήγαγεν, potes vertere *deduxit*, eodem planè ſenſu.

In tenebras] in carcerem tenebricoſum, quanquam

Tenebræ. Lux. in S.S. tenebræ etiam ſignificant quamlibet mæſtitiam; ſicut lux lætitiam & fælicitatem. quia lucis aſpectus & cæli ſerenitas mentem exhilarant; eandem obnubilant tenebræ & caligo nocturna.

ALLEGOR. CHRISTVS noctu captus primum adductus cathenis & funibus vinctus vt agnus coram Annâ Principe Sacerdotum: mox totâ nocte vinctus & illuſus in domo Caiphæ, inde abductus ad Pilatum &c.

VERS. 3.

VVLGATVS. ALEPH.	LXX.
Tantum in me vertit & conuertit manum ſuam tota die.	*Tantum in me conuertit manum ſuam tota die.*

Nota editionem Aldinam & Romanam LXX. hic coniungere principium ſequentis litteræ Beth cum iſto commate. ſed editio Complutenſis, & Regia hic conueniunt cũ vulgata noſtra & cum Hebræo fonte, & Paraphraſi Chaldæâ: & ſequitur ex illâ diſpunctione Aldinâ litteram Gimel non triplicari, ſed ſimplici commate conſtare. Nam poſt illud ſequitur littera Daleth, & ab eâ vox inchoata. *Dob.* &c. דד.

TANTVM] Hyperbole. Senſus ita mecum agit, quaſi nullum alium haberet inimicum, nullus eſſet alius qui puniri mereretur: & quaſi, ocioſus cetera, vnum hoc ſibi ſtudium elegiſſet, me affligere & conterere. Ita loquitur, quia compaſſionis & perfectæ caritatis dolore omnia mala ceterorum ſua duceret. ſic Iacob. Gen. 42. v. 36. *omnia hæc in me mala reciderunt.* Sic Paulus 2. Cor. 11. 29. *Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis ſcandalizatur & ego non vror?* Nonne hac in re Ieremias vera CHRISTI figura, qui infirmitates omnium portauit, & omnia mundi ſcelera in corpore ſuo tulit & exſoluit pretioſo ſanguine ſuo? Quid? quod nec gentiles huius affectus expertes. Nam in Troadibus Hecuba ſic loquitur:

Caritas cõmunicat mala ceterorũ.

Quoſcunque luctus fleueris, flebis meos. "
Sua quemque tantum, me omnium clades premit. "
Mihi cuncta pereunt. quiſquis eſt, Hecuba eſt miſer. "

VERTIT & CONVERTIT] LXX. vnicâ voce ἐπέστρεψεν *conuertit* Hebraicè, *in me conuerſus vertit manum.* Chaldæus vt noſter; *in me ſe conuertit & reuoluit plagam.* Senſus: voluit & reuoluit flagellum in tergum meum: nullæ dantur induciæ: ſemper affligit, vrget quem cæpit premere. Metaphora ab illis ſumpta videtur,

detur, qui cùm aliquid à ſe compoſitum membranis vel ceris inſcripſerint, ſtylum vertunt, & inducunt quod ſcripſerant, & alia atque alia mutant, ac tandem ducunt & reducunt manum, donec penitùs ſcripta deleant & oblitterent. Vt pro commentario Ieremiæ ſit, Dei de hac ipsâ re vaticinium: *Delebo Ieruſalem, ſicut deleri ſolent tabulæ: delens vertam et ducam crebrius ſtylum ſuper faciem eius.* 4. Reg. 21. 13. Et quia tali crebrâ liturâ & aratione membrana vel ceræ deteruntur & abſumuntur, ideo ſequitur *vetuſtam fecit pellem.* &c. Comparatio ceras delentium.

TOTA DIE] aſſiduè & ſine intermiſſione. pſ. 55. 2. *tota die impugnans tribulauit me.* & v. 6. *tota die verba mea execrabantur* & v. 3. *conculcauerunt me inimici mei tota die.* Olympiodorus ait duo hac phraſi ſignificari: primò quòd integro die. ſecundo quòd per ſingulos dies. q.d. ſingulis & totis diebus. Tota die.

VERS. 4.

VVLGATA. BETH.	LXX.
Vetuſtam fecit pellem meam, & carnem meam, contriuit oſſa mea.	*Vetuſtam fecit carnem meã, & pellem meam: oſſa mea contriuit.*

MÆRORVM & afflictionum aſſiduitate ſe totum queritur cõfectum penitus emarcuiſſe.

VETVSTAM FECI] ſolet vna voce dicere *inueteraui.*

PELLEM] LXX. conuerſo ordine carnem pelli præpoſuerunt, vt & Chaldæus, & Hebræus fons: noſter attendit ad ordinem ſeu ſitum partium. Nam primum occurrit extrario lædenti cutis, poſt caro, denique oſſa. Sed hoc diſcrimen nõn magni momenti eſt. *Pellem* poſuit pro exteriore corporis habitu; *carnem* pro partibus & membris mollioribus: *oſſa* pro interiore & ſolidiore robore. Hic non poſſumus בשר *Baſar* capere pro pelle (vt aliquando) quia ſequitur vocabulum עור *Vr* propriè ſignificans pellem. Porro ſimiliter Iob. 10. 11. hæc ſumit, *Pelle et carnibus veſtiſti me, oſſibus et neruis compegiſti me,* ordine recto, עור ובשר *Vr vbaſar*: caro verò omittitur, Iob. c. 3. v. 30. *cutis mea denigrata eſt ſuper me, et oſſa mea aruerunt præ caumate.* nam per extrema ſatis indicatur media caro etiã ipſa exaruiſſe. Luctus enim primò ſucum & vigorem exhaurit, pulchritudinem depopulatur, & facit vt qui adhuc florenti ſunt ætate, ſenes appareant: poſtea maciem inducit cum tabe, denique mali lues inueterata hominem exedit, & perdit Conciliatio verſionum. Locus Iob. 30. 30. Luctus efficacitas.

 omne

omne robur:ideo ait noſter Deum *oſſa confregiſſe*; quo diuturnitas & violentia mali ſignificatur; & præterea comparatio leonis prædam deuorantis:qua prior vſus Eſaias. 38. 13. *quaſi leo contriuit omnia oſſa mea.* Nam crudele hoc & ſuperbum animal, primò pellem vnguibus dilacerat & conſcindit: deinde carnem ab oſſibus abſtrahit & auellit: nudata denique oſſa, vt medullam exſugat, molaribus confringit: ſic (ait) Deum crebrâ flagellatione ita cutem laceraſſe, vt caro tota cerneretur nuda & ſanguinolenta; tũ iteratis ictibus carnes quoq; auulſas defluxiſſe; ab oſſibus, nec manum abſtinuiſſe, donec ipſa oſſa comminuerentur. Chaldæus aliam ſimilitudinem ſuggerit his verbis; ſenuit caro mea magis quam vlceroſis, & pellis mea magis quam pellis vtris.

Oſſa cõfringere. Cõparatio luctus & leonis.

Locus Iſaiæ 38.13.

Allegoria de christo Domino flagris lacerato, ſpinis cranium confoſſo, & ſic in cruce extenſo, vt nerui & oſſa crepitarent. pſ. 21. 14. *Aperuerunt ſuper me os ſuum, ſicut leo rapiens & rugiens: Sicut aqua effuſus ſum, & diſperſa ſunt omnia oſſa mea. Factum eſt cor meum tanquam cera liqueſcens in medio ventris mei. Aruit tanquam teſta virtus mea, & lingua mea adhæſit faucibus meis, & in puluerem mortis deduxiſti me. Foderunt manus meas & pedes meos: dinumerauerunt omnia oſſa mea.*]

Tropologice nonnulla D. Ambroſius Apolog. de Dauid cap. 15.

Vers. 5.

VVLGATA. BETH.	LXX.
Ædificauit in gyro meo & circumdedit me felle, & labore.	*Aedificauit contra me, & circumdedit caput meum, & laborare fecit.*

Fuit quidem Ieroſolyma arctiſſimè obſeſſa, & (vt ex Ioſepho ſcribit Origenes) muro hoſtili circumſepta; quare cum Theodoreto poſſet de vrbe iſtud non ineptè ſumi: congruentius tamen & cohærentiùs pergo interpretari de ipſo prophetâ, qui vndique carcere, preſſuris, & affligentibus eum Iudæis ita fuit coarctatus, quemadmodum ſolet vrbs obſeſſa turribus, aggeribus, & corona militum circumcingi. Ideo etiam addit ſe amaritudine & fatigatione vndiq; vallatum; vt ſignificet effugij viam nullam ſuperfuiſſe.

Obſideri aſſlictionibus

Ædificavit] hac voce indicat durationem, & difficultatem amouendi malum.

In gyro] circumquaque, quia in ciuitate ingrati ciues circumdabant; quod ſi è ciuitate profugerem, hoſtes non euaderem. Sic

» Sic vtrumque complexus fuit Chaldæus; exſtruxit contra me muni-
» tiones, & circumdedit ciuitatem.]

Circvmdedit me felle] quocumque me verterem, fel propinabat, hoc eſt amaritudinem & triſtitiam. Sic Ierem. 23.15. *cibabo eos abſinthio & potabo eos felle:* hoc eſt perducere vitam ad amaritudinem, vt loquitur Moſes. Exod.1.14. Hebraicè eſt יקף ראש *Iakaph Roſih:* & quia ראש ſignificat, quod in quaque re præcipuum ſiue ſummum eſt, ideò pro capite, & pro felle, vt amariſſimo, ſolet ſumi: & LXX. hic verterunt κέφαλλω μȣ caput meum, quod Chaldæo quoque placuit: nam interpretatur, eradicauit etiam duces populorum: intelligens de Principibus & Rege Sedechia captis: alij intelligunt de cathena collo Ieremiæ iniecta, vel turri ſuper carcerem ædificata: nimis remotè. Noſter optimè vertit, & aptiſſimè Ieremiæ, vt figuræ Christi: nec repugnant LXX. poſſumus enim iungere vtramque interpretationem: *circumdedit caput meum felle & labore.* Labor autem ſignificat quamlibet moleſtiam & defatigationem, ex irrito conatu Ieremiæ quo nitebatur conſilio & monitione inuitos & ingratos iuuare.

Felle potare.

ראש.

Verſiones conciliatæ.

Allegoria aperta de Christo Domino, quem circumdederunt canes multi, &c. cui dederunt acetum felle mixtum, qui expandit manus ſuas ad populum contradicentem tota die, qui tot miracula fruſtra edidit, tot labores & moleſtias incaſſum pro ingratiſſimis exanclauit.

VVLGATA.	LXX.
ב. Beth.	
In tenebroſis collocauit me, quaſi mortuos ſempiternos.	*In tenebroſis collocauit me, quaſi mortuos ſæculi.*

Vers. 6.

In duos carceres miſſus Propheta fuit, vt diximus: ſubauditur, *locis.* Chaldæus; *in tenebroſum carcerem.*

Sempiternos] עולם: ſæculi, mihi dubium non eſt, quin reſpexerit ad locum Dauidis. Pſal. 142.4. *collocauit me in obſcuris ſicut mortuos ſæculi.* Chaldæus explicat, ſicut mortuos qui priſcis ſæculis vixerunt. Senſus eſt in carcerem non minùs obſcurum, quam ſunt ſepulchra vetuſta mortuorum: & præterea illic æquè deſertum & omni ſolatio deſtitutum, & pro derelicto obliuioni traditum, vt ſolent iam olim ſepultura cadauera contemni: eſt aliqua Hyperbole. Nam Ieremiæ in lacu curam aliquam Eunuchus geſſit Ierem. capit. 38. Reſpectu tamen Sacerdotum & Principium nulla eſt Metaphora, qui

Mortui ſæculi.

ra, qui iniecerant, vt illic fame necaretur, & puteus illi foret pro ſepulcro.

Allegoria eſt de Christo, qui in ſepulcrum conditus quaſi non ſurrecturus, ſed inſtar cæterorum cadauerum opinione Iudæorum incinerandus, & ideò ne à diſcipulis auferretur, cuſtoditus.

Vers. 7.

VVLGATA.	LXX.
ג. Ghimel.	γίμελ.
Circumædificauit aduerſum me: vt non egrediar: aggrauauit compedem meum.	*Aedificauit contra me, & non egrediar: aggrauauit as meum.*

ECce vt vis charitatis à ſe ad proximum progrediatur, hac littera vt opinor ad Regem Sedeciam, ſequenti ad populum. Licet autem Chaldæus cenſeat hæc de ſeipſo dicere, & non negem ſic capi poſſe: blandiùs tamen cum Origene & Theodoreto interpretabimur de Sedecia, vt dixi.

Periit fuga. Quod Dauid breuiſſimè dixerat, *periit fuga à me*, Pſal. 141. 5. & imitatus noſter cap. 25. 35. *peribit fuga à paſtoribus*, vt & Amos 2. 14. *peribit fuga à veloce*: id nunc elegantiſſimè, hoc verſiculo diuerſimodè explicat: ſe queritur in perſona Sedeciæ coniectum in carcerem, & primò quidem Ieroſolymæ obſeſſum vallo ac turribus, vt ex Ioſepho retuli: nam גדר *Gader*, quamcumque clauſuram ſeu ſeptum ſignificat. Deinde cùm iam putaſſet ſe euaſiſſe, captum & vinctum compedibus vt duceretur in Babylonem, Ierem. 39. 7. ideò noſter *compedum*, quam *iugi* nomine vbi maluit: ſicut & Chaldæus; aggrauauit ſuper pedes meos compedes æreos, ad formam & materiam attendens: noſter adſpexit ad formã. Vox Hebræa compedes æreos vel chalybeos ſignificat. LXX. ad ſolam materiam attendentes, in editione Romana vertunt ἐβάρυνε χαλκόν μου: *aggrauauit as meum*: alij apud Originem, τὸν χαλκὸν τοῦ τραχύλου μου; *as colli mei*, quod expoſuit de cathena ferrea quam ſibi Ieremias pro ærea circumdedit, cap. 28. verſ. 11. & 12. vt & Symmachus accepit vertens τὸν τοῦ τραχύλου μου ζύγον *colli mei iugum*. Dicit autem hæc Deum feciſſe, quia ſtatuit & decreuit fieri: vt appareat eandem Dei voluntatem, eò quòd perfecta, immutabilis, & inuicta ſit, & quam nemo queat effugere, muro, quadrato lapidi, & compedibus comparari.

Margin notes: Sedecias vinctus. — נחש. — Conciliatæ verſiones. — Dei volũtas ſimilis compedi, quadrato lapidi, & muro.

Tropologiam pete à D. Gregorio hom. 12. in Ezechielem lib. 1.

VVLGATA. | LXX.

ג. Ghimel. | Vers. 8.

Sed & cùm clamauero, & rogauero, excluſit orationem meam. || *Etiam vociferabor & clamabo: obſtruxit orationem meam.*

Quod miſerabilius erat, nec orationi, nec precibus locus fuit. Nam Deus miſericors, & refugium miſerorum, qui ſolitus ſuſcipere preces cordis contriti & humiliati; multitudine & grauitate peccatorum, quaſi victus & obrutus; mutato more *excluſit omnem orationem meam*: hoc eſt aures clementiæ ſuæ obturauit, ne preces animum eius ſubirent, & flecterent. Hebraicè eſt *clauſit orationem*, cuius locutionis ea ſententia eſt, quam declarat inferiùs verſ. 44. *oppoſuiſti nubem tibi ne tranſeat.* Ideò LXX. hic verterunt *obſtruxit*, ἀνέφραξε: nempè omnes auditus aurium qua vox meat. Chaldæa verti poſſunt, *clauſa eſt domus orationis meæ*, hoc eſt cælum, quo mea oratio, vt ad aſilum tentebat. Sumpta Metaphora à Principibus, quos nequeunt ſupplices adire, niſi à ianitoribus & cubiculariis fores reſerentur, & admittantur. *Excluſit* ergo obiecto oſtio & ſerâ. Quod ait, quia non ſemel Deus diſertè prohibuerat Prophetæ ne pro populo, aut Rege Sedecia deprecaretur, & nullis ſe precibus flectendum denunciarat: vt cap. 7. 16. *Tu ergo noli orare pro populo, hoc nec aſſumas pro eis laudem & orationem, & non obſiſtas mihi: quia non exaudiam te.* & cap. 11. 14. habes eadem verba: *Tu ergo noli orare pro populo hoc, & ne aſſumas pro eis laudem & orationem: quia non exaudiam in tempore clamoris eorum ad me, in tempore afflictionis eorum.* & cap. 14. 11. *Et dixit Dominus ad me: Noli orare pro populo iſto in bonum. Cum ieiunauerint, non exaudiam preces eorum: & ſi obtulerint holocautomata, & victimas, non ſuſcipiam ea: quoniam gladio & fame, & peſte conſumam eos.*

Deus excluſit orationē.

Claudere orationem.

Allegoriam Paniguerola accommodat Christo clamanti in Pſalm. 21. 2. *Deus Deus meus clamabo per diem, & non exaudies.* Sed illic Christus orabat pro ſe, vt calix tranſiret: hic Ieremias agit de precibus pro populo; & pro aliorum ſalute orans ſemper Christus fuit exauditus, Ioan. 11. 42. Ideò præſtat dicere hunc verſiculum non eſſe de Christo, neque Ieremiam hac in re Christi figuram fuiſſe.

Locus Pſal. 21. 2.

Locus Ioan. 11. 42.

VVLGATA. | LXX.

VERS. 9.

ג. GHIMEL. | ג. GHIMEL.

Concluſit vias meas lapidibus quadris, ſemitas meas ſubuertit.

Circumædificauit vias meas, obſtruxit ſemitas meas, conturbauit.

Editio Romana LXX. interpretum aſſignat hunc verſiculum litteræ Daleth. Sed in Hebræo incipit per *Ghimel*, גדר *Gadar*. Chaldæus etiam hic non ſeruauit artificium, quia inchoat per ט: ſicut & verſic. 7.

Senſus eſt: ſic Deum cunctis Sedeciæ Regis (cuius perſonam ſuſcepit Propheta) conatibus aduerſatum: vt videatur ei tendenti quaſi firmiſſimum ex lapidibus quadratis parietem oppoſuiſſe, ne quo vlterius progredi poſſet: & omnia eius conſilia diſſipaſſe & euertiſſe: quia rebellanti nihil ſucceſſit.

Lapide quadro ædificare Adagiũ. LAPIDIBVS QVADRIS] ſignificat operis perfectionem & durationem. Nam ſaxa quadrata ſemper quocumque modo iacias firma iacent, nec facilè loco mouentur. Hebraicè eſt גזית *Gazith* quod ſignificat lapidem exciſum à גזר *Gazar* excindere. Noſter rectè, *quadrum*, hoc eſt probè quadratum: ſicut & Eſai. 9. 10. *Lateres ceciderunt, ſed quadris lapidibus ædificabimus.* Vide Adag. ſacra. Chaldæus hic; *lapidibus marmoreis dolatis.*

Semitas ſub uertere. Verſio LXX. SVBVERTIT] LXX. videntur bis ponere illud prius concluſit, ſcilicet vt dicat vias circumædificaſſe, & ſemitas obſtruxiſſe, & vtraſque vias & ſemitas conturbaſſe: quæ ſententia non eſt incommoda, ſed vt cum noſtra verſione conueniat, paulò aliter diſtinguerem; nempè, *ἀνῳκοδόμησεν ὁδοὺς μου, ἐνέφραξεν, τρίβους μου ἐτάραξεν*: *circumædificauit vias meas, obſtruxit*, (ſubaudio, inquam q.d. Sic circumædificauit vt obſtructas reliquerit:) *ſemitas meas conturbauit.* Verumtamen Theodoretus videtur non legiſſe, *ἐνέφραξεν*. Quod ſi verũ eſſet, conuenirent LXX. cum Hebræo & noſtro; niſi quod noſter

Semitas ſub uertere. ſignificantius *ſubuertit*, & Hebraicè eſt; עוה *Iuo* peruertit. *Semitas* vocat conſilia, technas, dolos: quos omnes Deus detorſit in ipſius Sedechiæ exitium. Ecce rebellat, obſidetur: confidit Ægyptiis, decipitur: reſiſtit, expugnatur: fugit, labitur in inſidias & capitur: putat ſe non ducendum in Babylonem, quia Ezechiel prædixerat eum non viſurum Babylonem, & tamen abducitur vinctus, ſed eam non videt; quia prius excæcatus. 4. Reg. vlt. & Ierem. vlt. Sic omnes eius ſemitæ ſubuerſæ; ſic, vt ait Iob. 19. 8. *Deus ſemitam eius circumſepſit*

Locus Iob 19. 8. *& tranſire non potuit, & in calle eius tenebras poſuit:* hoc eſt omnia callium veſtigia & indicia confudit, vt cognoſci nequierint; & ita peruertit, vt cùm alio tendere viderentur, alio longè abduxerint, & in eundem locum, vnde ſe eripere conabatur, tandem more cæcorum

anfractuum, & labyrinthorum reduxerint: quod videmus ſæpè accidere criminoſis, qui iuſtos iudices nitũtur fuga euadere. Simile quid minatur Oſee 2.6. *Ecce ego, ſepiam viam tuam ſpinis, & ſepiam eam maceria, & ſemitas ſuas non inueniet.*

TROPOLOGIAM cur orantes, ſæpè Deus non exaudiat, pete à D. Hieronymo hîc, & S. Baſilio Interrogat. breuiori 261. & S. Bernardo ſerm. 5. de initio Quadrageſimæ.

De quadris lapidibus, quibus animæ peccatoris obſtruitur vtiliter Paſchaſius hîc diſſeruit.

VVLGATA.	LXX.
ד. DALETH.	δαλέθ.
Vrſus inſidians factus eſt mihi leo in abſconditis.	*Vrſus inſidians ipſe mihi, quam leo in abſconditis.*

VERS. 10.

HEBRAICE vrſus dicitur דוב *Dob*, à radice דבב *Dabab*, quæ ſignificat inſitam crudelitatem murmure teſtari, vel ob crudelitatem diffamari. Hunc verſum poſſumus adhuc ad Zedechiam referre, vel ad ipſam ciuitatem, vel potiùs ad vtrumque ſimul. Per *vrſum* Lateburius Nabuchodonoſorem, per *Leonem* intelligit Titum. Ego Nabuchodonoſorem ſolum, qui dicitur vrſus propter calliditatem & ſtratagemata; propter potentiam verò & magnanimitatem leo. Tyrannos his nominibus vocari conſtat, Prouerb. 28.15. *Leo rugiens, & vrſus eſuriens, princeps impius ſuper populum pauperem*, ſi etiam Leones Philo & VVilleramus capiunt in illo Cant. 4.8. *de cubilibus Leonum, & montibus pardorum.* Amos 15.19. *Quomodo ſi fugiat vir à facie leonis, & occurrat illi vrſus.* Porrò Deus quando induit perſonam irati & crudelis propter vindictæ ſeueritatem, qui affliguntur, eum ſolent, ad exaggerandum ærumnas ſuas, vrſo & leoni comparare, vt hîc, & Oſee. 13. 8. hominum locutionem Deus imitãs talem ſe Iſraëli fore profitetur: *Et ego ero eis quaſi leæna, ſicut pardus in via Aſſyriorum. Occurram eis quaſi vrſa raptis catulis, & dirumpam interiora iecoris eorum: & conſumam eos ibi quaſi leo, beſtia agri ſcindet eos.*

דוב. דבב.

Vrſus. Leo.

Tyranni dicuntur Leones & vrſi.

Deus cur vrſo & Leoni comparetur.

Vtitur autem Ieremias duobus vocabulis de vrſo, INSIDIANS, & de Leone IN ABSCONDITIS, quorum idem eſt ſenſus: quia tum belluæ iſtæ magis noxiæ & metuendæ ſunt: quia grauior eſt inopinata calamitas, & tela præuiſa minùs feriunt: acerbior etiam & truculentior crudelitas, quæ fit ex compoſito, & re ordinata. Ideo pſalmo 9. 29. *Sedet in inſidiis, cum diuitibus in occultis* & verſ. 30. *inſidiatur in abſcondito, quaſi leo in ſpelunca ſua.* & pſal. 16. 12. *Susceperunt me, ſicut leo paratus ad prædam: & ſicut catulus leonis habitans in abditis.* hoc eſt vt Chaldæus hîc exponit; *abſconditus in latibulo.* benè Latomus,

Intentum prædæ quem ſua luſtra tegunt.

Ex inſidiis nocere grauius.

In abſcondito inſidiari.

VERS. II.

VVLGATA.	LXX.
ד. DALETH.	
Semitas meas ſubuertit, & confregit me poſuit me deſolatam.	*Perſequutus eſt recedẽtem, & ceſſare me fecit: poſuit me deſolatam.*

Semitas ſubuertere. סירר. עיע. Chaldæa Paraphraſis. & LXX. explicati.

SEMITAS MEAS SVBVERTIT] optimè noſter vertit, & intelligẽdum vt ſup. v. 9. licet hîc ſit verbũ סירר *Sorer* quod propriè eſt cogere vt quis à rectâ viâ diuertat: & ibi ſit עיה *Iua*. Chaldæus hîc vertit; *vias meas ſpinis obduxit*, hoc eſt ita texit vt non poſſent diſcerni. LXX. *κατεδίωξεν ἀφεστηκότα*, cauſam ponens pro effectu; eo ipſo enim quòd fugientem perſecutus comprehendit, vias ſubuertit.

פשח. Locus LXX. In quietem dare pro occidere.

CONFREGIT ME] minutatim & prorsùs comminuit, ſicut captam prædam leo deuorans. Chaldæus, *ſcidit*, nempe vnguibus lanians, & dentibus conterens. Hebræum פשח *Phaſchach* ſcindere, diffindere, & diſſecare ſignificat; quod noſter latè patente vocabulo expreſſit. LXX. vertunt *κατέπαυσέν με*, dedit me in quietem; hac phraſi ſignificant occiſionem; ſicut mortuos Syri & Hebræi vocant quieſcentes in ſepulcris, item dormientes. Olympiodorus hoc confirmat, qui exponit voce proſtrauit. Similia quædam repperi in veteri comœdiâ. Plautus in Amphitruone:

Loca Plauti.

Credo miſericors eſt: nunc propterea quòd me meus herus.
Fecit vt vigilem, hic pugnis faciet hodie vt dormiam.

id eſt necabit me pugnis: vt patet ex dictis Mercurij mox ſequentibus, qui proculdubio ad Soſiæ illud alluſit:

Agite pugni iam diu eſt quod ventri victum non datis.
Iam pridem videtur factum, heri quod homines quatuor.
In ſoporem collocaſtis nudos.

hoc eſt occidiſtis & occiſos veſtibus ſpoliaſtis, quæ poſtea more ſuo mox in iocum vertit quaſi de vero ſomno, & ſoporis quiete loqueretur, quam infantulis nutrices conciliant tractim contingendo.

Quid ſi ego illum tractim tangam, vt dormiat? Sos. ſeruaueris.
Nam continuas has tris noctes peruigilaui.

Videris veram explicationem verſionis LXX. quam Theodoretus quoque ad ſupplicij irrogationem retulit.

Ponere deſolatam.

POSVIT ME DESOLATAM] pro *poſuit* LXX. *ἔθετο* quod potes etiam vertere *poſuit*, hoc eſt dedit in vaſtitatem, vaſtauit, deſolauit. Chaldæus æquauit me deſolationi, ſeu dedit in deſolationem. Vide ſup. Thren. 1. 13. Nam licet Hebræa & Græca verba illic alia ſint, quàm hoc loco, ſenſus tamen eſt idem. Et obſerua ex vocabulo Græco, ſignificari non quouis modo *poſitam*, ſed ita poſitam vt firma maneret, nec aduerſitatis tela vitare poſſet, q. d. firmauit ad deſolationem.

nem. Sicut qui ſcopum optant configere, clauis, eum affigunt, vt non moueatur huc illuc, ſed perſiſtens certo ictu poſſit perforari. Sanè ſequitur de ſagittario. Denique ex Græco ἠφανισμένην & Latino *deſolatam* patet hæc dici de ipſa vrbe Hieruſalem: licèt Hebræa & Chaldæa poſſint etiam in maſculino de Sedechiâ vel Ieremiâ intelligi.

VVLGATA. ד DALETH.	LXX.	VERS. 12.
Tetendit arcum ſuum & poſuit me quaſi ſignum ad ſagittam.	*Tetendit arcum ſuum, & ſtatuit me quaſi ſignum ad ſagittam.*	

Hunc verſum editio Regia & Complutens. tribuunt litteræ ד, vt noſtra verſio, Hebræus fons & Chaldæa Paraphraſis & hoc poſtulat verbum vnde inchoatur דרך *Darach*; quare miror cur editio Aldina & aliæ inchoent hîc litteram ה, quæ incipit in ſequenti verſu הביא *Heuia.* vide ſ. Thren. 2. 4. LXX. lectio.

TETENDIT] Deus primò antè quam feriret, minatus fuit coactis cornibus arcum intendens & intentans, quaſi fortiter icturus: vt aſſeruit Dauid pſal. 59. 6. *Dediſti metuentibus te ſignificationem, vt fugiant à facie arcus.* ſignum hoc ſeu ſignificatio fuit propheticum vaticinium minitans excidium impendere: ſed poſtquam vidit Deus minas contemni, cœpit certis ictibus in Ieroſolymam ſæuire, vt in ſcopum ſagittas librans, hoc eſt alias & alias calamitates immittens: vt queritur Iobus. 16. 13. *poſuit me ſibi quaſi in ſignum. Circumdedit me lanceis ſuis vulnerauit lumbos meos*] duo ponit militaria ſupplicia ſagittis configi, aut per haſtas mitti. Hiſpanicè, *ſer aſaetendo ò arcabuzeado, y paſſar por las picas.* Deus minatur ante quàm feriat. Iobi locus 16. 13.

SIGNVM] non ſumitur pro miraculo, pſal. 134. 9. *miſit ſigna & prodigia in medio tui:* nec pro vexillo, ſicut, cum dicitur *eleuabit ſignum in nationibus procul,* Iſai. 5. 26. nec pro monimento, vt, *poſuerunt ſigna ſua, ſigna*, pſal. 73. 5. Sed pro ſcopo vt dixi ſagittariorum, ſicut prædictum locum Iob accipiunt S. Gregorius lib. 13. Moral. cap. 16. & alij. Sicut Simeon dicit CHRISTVM poſitum *in ſignum cui contradicetur.* Luc. 2. 34. iuxta Tertullian. de carne CHRISTI cap. 23. Signũ quotuplex.

VVLGATA.	LXX.
ה. HE.	ἡ.
VERS. 13. Miſit in renibus meis filias pharetræ ſuæ.	*Immiſit in renes meos ſagittas pharetræ ſuæ.*

υἱοὺς & ἰοὺς.

NOSTER Hebraiſmum retinuit, LXX. explicarunt, minimâ mutatione. nam ſi υἱοὺς verterent, retinuiſſent ſub maſculino fæmineum ſignificantes; nunc optimè ἰοὺς, gnari Hebrææ locutionis. Sic etiam Chaldæus גירי *Gire*, vnde fortaſſis antiquum Gallicum *vne vire*, & Hiſpanum, *virote*.

גירי. Vire, Virote. Continuatio.

Mala cunctorum ſua dixerat, & ſe à Deo poſitum quaſi *ſignum* cui contradiceretur, & in quem venenum maliuolentiæ ac petulantiæ ſuæ cuncti euomerent; hoc nunc pergit declarare; tam apertè, vt nemo non primo intuitu cognoſcat ideam Saluatoris noſtri.

Hebraiſm. filiæ pharetræ. Pharetræ & vteri ſimilitudo. Horatij locus.

FILIAS PHARETRÆ] vocat more Hebræo ſagittas, eo quòd in pharetrâ obſeruatæ, velut in vtero cuſtodiantur, & inde promptæ velut proles in lucem mittantur. Vnde & Latini pharetram plenam vocant *grauidam*, ab Hebræis mutuati, quod non obſeruant Horatiani commentarij in illo:

» *Nec venenatis grauidâ ſagittis,*
» *Fuſce, pharetrâ.*

Pharetra pro pudendo muliebri.

Et ex aduerſo ſacra Scriptura loca illa quibus naſcimur pharetram appellauit, Eccleſi. 26. 15. inſatiabilem meretricis multiuolentiam deſcribens his metaphoris; *Sicut viator ſitiens ad fontem os aperiet, & ab omni aquâ proximâ bibet, & contra omnem palum ſedebit, & contra omnem ſagittam aperiet pharetram donec deficiat.* quantô copioſiùs quam ille.

» *Et laſſata viris nondum ſatiata receſſit?*

Locus Ieremiæ 5. 15. Filij prunæ Filij areæ. Dei pharetra.

Eadem metaphorâ Ierem. 5. 15. *pharetra eius quaſi ſepulchrum patens*, videtur nulla occiſione ſatiari. Sic Hebræi dicunt *filij prunæ*, pro ſcintillis, & *filij areæ*, pro frumento. Dei pharetram D. Hieronymus docet eſſe occultum conſilium, decretum, ſiue iudicium Dei, quod habet ſimilitudinem ſinûs clauſi: ſagittam verò executionem promptam decreti. pharetram hanc clauſam manere & prægnatem quamdiu Deus diſſimulat; aperiri & ſagittas eniti, quando ſcelera vltum it. Nihil ex illâ prodit, quod non illic maturatum, & iuſtiſſimè ordinatum: numquam abortit. huc ſpectat Iſaiæ illud 49. 2. *poſuit me ſicut ſagittam electam, in pharetra ſua abſcondit me.* prædeſtinauit ad munus propheticum, & adaptauit optimè. & Ieremiæ Threnum explicans Iobus 30. 11. his verbis; *Abominantur me, & longè fugiunt à me, & faciem*

faciem meam conſpuere non verentur. (vbi vides figuram CHRISTI) *pharetram enim ſuam aperuit, & afflixit me.*] Deo tribuit pharetram, quam noſter, & ſagittas improperia & conſputationes vocat, vt hoc loco capi exiſtimo à noſtro, iacula linguarum quæ in Ieremiam torſerunt Phaſſur ſacerdos malus capit. 20. v. 7. & 8. *Seduxiſti me Domine & ſeductus ſum: fortior me fuiſti & inualuiſti: & factus eſt mihi ſermo* Domini *in opprobrium, & in deriſum totâ die, omnes ſubſannant me.* & cap. 9. 8. *Sagitta vulnerans lingua eorum, dolum locuta eſt.* & capit. 18. 18. *venite & percutiamus eum linguâ.* Tales ſagittas ait infixas hoc eſt penetraſſe. Sagittæ ſignificant dāna quæ infert lingua.

RENES] id eſt intima viſcera. Hebræi concupiſcentias. Theodoretus cogitationes exponit: malo dicere penitiſſima vitalia conuulnerata, non propter iram in conuiciantes, ſed propter eorum commiſerationem, quos videret hoc pacto diuinam vltionem accelerare, qua de re agit capit. 8. Et ne dubites quid dixerit ſagittas, ſubdit. Renes quid.

VERS. 14.

VVLGATA. HE.	LXX.
Factus ſum in deriſum omni populo meo, canticum eorum tota die.	*Factus ſum riſus omni populo meo, pſalmus eorum tota die.*

IN DERISVM] explicat Hebræum *factus ſum riſus*, quod retinuerunt LXX. quidam olim verterant ἐγενήθη λόγος, factum eſt prouerbium, eodem ſenſu. Nam riſus hîc pro irriſione ſumitur, non pro ſimplicis gaudij indicio, vt videtur indicare Olympiodorus. ait enim propheticas eius voces, iam in fabulam verſas, & in cantilenas puerorum, quod Galli dicerent, *les enfans en vont à la moutarde.* Latini dicunt *fieri fabulam.* Sic Horatius,

» *Heu me per vrbem (nam pudet tanti mali)*
» *Fabula quanta fui.*

Sed Ieremiam non niſi Dei iniuria vrebat: ideo grauiter hoc eſt crebrò deflet, crebras comminationes à populo ſubſannari, infer. 63. *Ego ſum pſalmus eorum.* & capit. 20. d. verſ. 7. & 8. & v. 10. *Audiui enim contumelias multorum.* ſed ſigillatim eas explicat capit. 23. à verſ. 33. nempe ſolitos ingeminare illud, *Onus Domini*; & interrogare. *Quod eſt onus Domini*? q. d. quid tu vates malorum, nobis iterum moleſti occines, corue ſemper cras, cras crocitans? & capit. 43. v. 2. *mendacium tu loqueris, non miſit te Dominus.* Similia queritur Dauid pſal. 68.

VERS.15.

VVLGATA. HE.	LXX.
Repleuit me amaritudinibus , inebriauit me abſynthio.	*Saturauit me amaritudine, inebriauit me felle.*

Vaticana editio Græca hunc verſ.tribuit litteræ *Vau* :ſed Hebraicè incipit:ab ה:ideo ad præcedentem litteram,nempe *He* ſpectat. Dicit: Deus me,propinato tam improbæ petulantiæ popularis , & obduratæ pertinaciæ poculo,timore, mærore,ac dolore impleuit.Bis idem repetit , forte an vt oſtendat ſe non ſuâ tantùm causâ , & dolore proprio afflictum,ſed magè populi ſui afflictione? quaſi dicat,non minus quàm mea,populi mei , à quo vexabar , mala mihi diuidiæ fuerunt.cibauit me cibo ſuprà fel amaro :& potu amariore quàm abſynthium meraciſſimum : hoc eſt amariſſimo dolore & acerbiſſimo mærore ſatiauit. Ierem.8.14.*potum dedit nobis aquam fellis*(fellitam)*peccauimus enim Domino.*vbi Chaldæus calyce maledictionis peſſimæ tanquam capitibus ſerpentum.

fellis potus.

AMARITVDINIBVS] מרודים *Merodim* in plurali an quod ſignificet potionem ex multis herbis amaris expreſſam ? voluit Figuerus , & addit tale embamma fuiſſe, cui Agnus Paſchalis intingebatur,de quo agens noſter Exod.12.8.& Nu. 9.v.11.מרודים vertit *lactucas agreſtes*,agens de coctis ſeu elixis ſucculentiſque, *del caldo de acſicoreas.*fortaſſis eo alluſit Ieremias,vt figura CHRISTI Domini,qui in hoc embammate panem intinxit Matth.26. 23. *qui intingit mecum manum in paropſide* , & in hoc catino intinctam bucellam Iudæ porrexit Ioan. 13. 27. ſignificans , quàm amaro calyce ipſum Iudas ſaturaret. Chaldæus hoc loco Ieremiæ vertit *fel colubrorum Medirath Cheuan*,reſpiciens ad verba Moyſis : *Vua eorum vua fellis & botri amariſſimi : Fel draconum vinum eorum , & venenum aſpidum inſanabile.* Noſtro loco ſimilis eſt Iob.9.18.*implet me amaritudinibus.*

Locus Exo. 12.8. & Nu. 9.11.

Locus Ioan. 13.27.

Chaldęa paraphr.

INEBRIAVIT] copioſè potauit , ſatiauit : ſicut pollicitus ſe populum hunc ſatiaturum.d.v.14.cap.8. *Raua* רוה propriè ſignificat ſaturari liquidis,ideo noſter &dubium tolleret,liquidorum vſus voce.pro *Abſynthio* eſt *Laanah* לענה,ſed verbum additum indicat de ſucco ſumendum , ideo Caluinus hîc calumniatur noſtrum interpretem : nec LXX. malè, χολῆς *felle* quia fel & abſynthium paris amaroris ſunt, & ad figuram CHRISTI Domini reſpexerunt.de quo ſtatim. Sic etiam noſter vertit Deutero.29.19.*inter vos radix germinans fel & amaritudinem* , alij vertunt,*fel & abſynthium.*Bene Olympiodorus monuit allegoriam.conuenire ſeruatori noſtro, qui ex quo natus toto vitæ tempore numquam amaritudine caruit , ad vltimum vſque ſpiritum, ipſe

Inebriare pro ſatiare.

LXX.verſio.

reſta

teſtatus, *Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem* vltimâ illâ nocte de felle Dauid pſal. 68.22. *Et dederunt in eſcam meam fel, & in ſiti meâ potauerunt me aceto.*

Tropologiam petite à D. Gregorio libr. 7. in Iob. capit. 9. & libr. 20. capit. 16.

VERS. 16.

VVLGATA.	LXX.
VAV.	ϐαῦ.
Et fregit ad numerum dentes meos, cibauit me cinere.	*Et eiecit calculo dentes meos, cibauit me cinere.*

OSTENDIT iniurias & calamitates ſuas opinionem & patientiam humanam ſuperare. Etenim Ieremiam, non in Ieroſolymæ, ſed in ſuâ perſonâ loqui docet verſ. ſequ. verbum, *oblitus ſum.*

Fregit ad nvmervm] Syrus obſcurè vertit; *ἐν πέτρᾳ ἐστέρησέ με in lapide priuauit me*, id eſt per lapidẽ, ſeu lapide. Chaldæus, *confregit lapidibus*. Significat dentes omnes ordine paulatim à Deo ſibi comminutos fuiſſe: tũ vt indicet omni ſe corporis & animi robore deſtitutum: (ſic Theodoretus) tum inteſtino dolore tam acerbè vexatum, quàm ſolet eſſe cùm dentes aliqui in ore comminuuntur, vel vi excutiuntur. Hebraicè *Bechaſas* בחצץ *in lapillo* quod recentiores ferè omnes cum Iarrio capiunt de pane, cui inter pinſendum cum arenâ lapilli ſunt mixti, quo in captiuitate Iudæos dicunt vſos, & hunc in carcere fuiſſe Ieremiæ cibum; inquiunt; & eo queri dentes ſibi omnes comminutos. Senſus iſte frigidus, & nimis ſubmiſſus, nec ſatis conuenit cum vulgata. quid enim tum iſtud, *ad numerum*? Martinus Martinez lib. 8. Hypotipos. c. vlt. exponit *cum numero*: quaſi dicat, lapillis quibus numerari ſolet pani meo mixtis dentes meos confregit. Magno certè calculariorum & abaci detrimento. videlicet deerant alij ſcrupuli, vel lapilli piſtoribus. Origenes, vt noſter vertit, *numero*; qui, ſicut & noſter interpres alio reſpexit, nempe *Choſes* חצץ ſignificare numerum ſeu ordinem militarem: dentes autem in ore videantur, quaſi milites ordinati in acie ſtare. Sic Prou. 30. 27. locuſta, licet rege careat dicitur vniuerſa egredi *Choſes* חצץ in ordines ſuos diſtributa, ſiue turmatim more militari. Deinde quia ſagittæ in ſcopum, vna poſt aliam ordine iaciuntur etiam factum, vt ſagittare Hebræi dicant חצץ, *Chiſes* Iudicum 5. 11. prout nunc Hebræa leguntur. Hinc D. Hieronymus vertit *ad numerum* id eſt ordine & ſigillatim, vnamquamque ſagittam in ſingulos

ad numerũ quid.

gulos dentes ex deſignatione collimando, ſingulos ordine confregit. LXX. ἐξέβαλεν ψήφῳ *eiecit calculo* quod alij aliter, ego ſic explico; reſpexiſſe ad ψηφίσματα ſeu calculos illos nigros, quibus olim rei damnabantur in exilium: iunctâ verſione noſtrâ ſenſum hunc elicio: Deum ſic ſagittando ſigillatim ordine dentes confregiſſe, & euulſos radicibus ore eieciſſe, ſingulos velut nouo pſephiſmate vel oſtraciſmo condemnantem. Hinc lucem paro verbis Salomonis, *ſuauis eſt homini panis mendacij, & poſtea implebitur os eius calculo.* Prou. 20. 17. hoc eſt calculis. Quoties, ait, aliquis mendacium loquitur quantumuis delectetur illud fingendo & fundendo, noxam tamen contrahit; quia toties haurit, & quaſi ingerit in os ſibi calculum vnum atrum, eò quod toties damnationem ſibi acquirat. Nonne os quod mentitur occidit animam?

explicantur LXX. — *Locus Prou. 20.17.* — *contra mẽdacium.*

Sapit Adagium, *dentes alicui confringere*, pro graui percuſſione vires omnes auferre. Iob. 29. 17. *conferebam molas iniqui, & de dentibus eius auferebam prædam.* pſal. 57. 7. *Deus conteret dentes eorum in ore ipſorum: molas leonum confringet Dominus.* pſal. 3. 8. *dentes peccatorum contriuiſti,* vbi phraſim explicat Theodoretus.

Adagium *dentes confringere.*

CIBAVIT ME CINERE] Chaldæus; *humiliauit me in cinere.* Non placet. Dauid Kimchi, *vertit me in cinere*, q.d. totum oppleuit, & vt ollam inuerſam in cinere ſepeliuit: ſed cùm vocabulum ſemel tantùm in ſacra Scriptura reperiatur, cur non potius credamus LXX. & noſtro, ſignificare idem quod cibare ſeu nutrire, hoc eſt, copioſam materiam cinere ſe aſpergendi præbere, ſeu cauſam luctus plurimam ſuggerere? ſic ſumitur pſ. 79. 6. *cibabis nos pane lacrymarum & potum dabis nobis in lacrymis in menſura*, panis lacrymarum, eſt materia ſeu eſca dolorum pſalm. 41. 4. *fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte.* vnde cinerem tamquam panem manducare, eſt quotidianis doloribus, quaſi demenſo, ſaturari pſal. 101. 10. *Cinerem tamquam panem manducabam & potum meum cum fletu miſcebam.*

Adag. *Cinerem comedere.* — *panis lacrymarum.*

Hac quoque in re typus Ieſu nuſquam lego ridentem, paſſim inunio flentem.

VERS. 17.

VVLGATA. VAV.	LXX.
Et repulſa eſt à pace anima mea, oblitus ſum bonorum.	*Et repulit à pace animam meam: oblitus ſum bonorum.*

Quidam

Quidam libri, vt Regij, non habent, *à pace*; alij habent, *repulſa eſt pace*, ſine præpoſitione, *a*; & hanc lectionem Nauarrete ceteris præfert, inconſultè tamen. primò quia non conſuluit editionem Romanam, quæ habet, *à pace*; Secundò quia pro *a*, LXX. continent ἐξ; tertiò quia Hebraicè eſt *Miſalon* משלום, Chaldæus etiam habet panem, Nam explicat, *deteſta eſt quærere pacem anima mea.* hoc eſt abominata eſt pacem, abiecit prorſus omne eius ſtudium deſperabunda. Noſter & LXX. efficacius, omnis pax & proſperitas à cunctis ſenſibus & potentiis animæ meæ violenter auulſa fuit. Hebræi *pax* extenditur ad omnem proſperitatem, cuius non minima portio rixis & iurgiis carere. Ieremiæ veritas odia pepererat. ideo cap. 15. 10. vocaſſe *virum rixæ, & virum diſcordiæ in omni terrâ*, ideſt aduerſus omnes in totâ Iudæâ; quod explicat Deus Ierem. 1. in fine, *Ego quippe dedi te hodie in ciuitatem munitam, et in columnam ferream, et in murum æneum ſuper omnem terram, regibus Iuda, Principibus eius, & Sacerdotibus et populo terræ. Et bellabunt aduerſum te, et non præualebunt.*] Sic etiam CHRISTVS profitebatur, ſe veniſſe mittere, non pacem, ſed gladium.

OBLITVS SVM BONORVM] Quocumque cogitationem vel ſenſus meos cōuerto, nihil illis niſi miſerandum occurrit. Sic enim à me fugit, quidquid vtile, quicquid iucundum, quicquid aſpectu aut hominum exiſtimatione decorum & honeſtum eſt, (tam latè patet nomen *Tob* טוב) & adeò procul fugit, & tam diu me deſeruit, vt præ doloris magnitudine & diuturnitate, fælicitas præterita venerit prorſus in obliuionem. Hoc fieri ſolere docet ſacra Scriptura Gen. 41. 3. *quos ſequentur ſeptem anni alij tantæ ſterilitatis, vt obliuioni tradatur cuncta retrò abundātia.* & contrarium habes 2. 51. *obliuiſci me fecit Deus omnium laborum meorum.* Eccleſi. 11. 29. *Malitia horæ obliuionem facit luxuriæ magnæ.* q. d. breuis, ſed magna, calamitas copię magnę facit obliuiſci. Ceterum ſolent *pax* & *bonum*, vt Symbola coniungi, & vnum eſſe explicatio alterius, Iſai. 52. 7. *prædicantis pacem, annunciantis bonum, prædicantis ſalutem.* Ierem. 33. 9. *turbabuntur in vniuerſis bonis, et in omni pace.* Ierem. 8. 15. & 14. 19. *Exſpectauimus pacem, et non erat bonum.*

Obliuio præteritorū bonorum facilè obrepit.

Pax & bonū coniuncta.

VERS. 18.

VVLGATA. VAV.	LXX.
Et dixi, Periit finis meus, & ſpes mea à Domino.	*Et perijt victoria mea, & ſpes mea à Domino.*

Dixi] mecùm cum animo meo reputaui. Vaticanæ editioni deeſt *εἶπα*, ſed habent Regius, Complutens. & Aldin. eſt & in Hebræo & Chaldæo. Significat ſe, ſi curſum ordinarium cauſarum ſecundarum & ſtatum præſentem attendat, cauſam habere ſufficientem cur animum deſpondeat, ſpem abijciat, & exiſtimet malum præſens nunquam amouendum, nec vnquam ſe pro populo clamantem à Deo exaudiendum. Cernere licet huic ſimilem affectum & loquendi modum Iob. 19. 10. *Deſtruxit me vndique & pereo, & quaſi euulſæ arbori abſtulit ſpem meam.* Act. 27. 20. *iam ablata erat ſpes omnis ſalutis noſtræ.* Simile quid notabo ĩ. Thre. 5. 22. *non addet vltra vt transſmigret te*, & poſtea; *Sed proijciens repuliſti nos.* Quibus verbis nunquam volunt negare, adſpectu ad magnitudinem inexhauſtæ Dei miſericordiæ, ſe in ſpem rurſus erigi: quod mox affirmabit: Sed quid iuſtè metuant exponunt. Qui verò noſtrum hunc vers. explicant de damnatis in gehennâ verſantibus, litteralem ſenſum deſerunt, quem tamen profitentur, & ad anagogiam deflectunt.

Perit finis aut fuga &c. pro non eſt, defecit.

Periit finis] nunquam miſeriæ iſtæ finiendæ. ſicut *perijt fuga à me*, pſal. 141. 5. Ierem. 25. 35. *periit fuga à paſtoribus.* Amos. 2. 14. *peribit fuga à veloce*, explicat idem c. 9. 1. *Non erit fuga eis*, nullum patebit effugium. ſic Iob. 11. 20. *effugium peribit ab eis.* Iſai. 29. 14. *peribit ſapientia à ſapientibus.* Ierem. 18. 18. *Non peribit lex à Sacerdote.* & 49. 7. *perijt conſilium à filijs.* Ezech. 19. 5. *perijt expectatio eius.* & 37. 11. *perijt ſpes noſtra.* Ioel. 1. 9. *Perijt ſacrificium & libatio de domo Domini.* 1. Machab. 2. 63. *cogitatio eius perijt.*

Conciliatæ verſiones. Finis pro victoria & contra.

Finis] noſter ſic vertit נִצְחִי *Niſchi*, quod Arias *durationem.* Pagnin. *fortitudinem*, LXX. *νῖκος victoriam.* Chryſoſtomus in cap. 23. Iob. v. 7. docet apud Hebræos vna dictione, *finem* & *victoriam* ſignificari, & propterea in quibuſdam pſalmis pro *εἰς τέλος in finem* inſcriptum reperiri *τῷ νικοποιῷ victoriam conſecuto, ſeu operanti.* Habes hoc diſcrimen verſionis d. v. 7. & cap. 36. v. 7. noſter *in perpetuum*, vt & Auguſtinus; cum ſit in LXX. *εἰς νῖκος*, & Græci exponãt *εἰς τέλος.* Ierem. 3. 5. noſter *in finem* LXX. *εἰς νῖκος.* & ſic Amos. 1. 11. noſter *in finem* LXX. *in victoriam.* Amos. 1. v. 11. eadem eſt differentia, ſed (vt puto) malè Complut. & Regij codices, *εἰς νεῖκος in contentionem*, vnico ε ſuperfluo, vt patet & Aldin. ex Roman. quibus conſentit Hebræus, & Chaldæus & conſentiunt LXX. & noſter Amos. 8. 7. illi *τέλος* noſter *finẽ.* Sed plura hac de re dicam ad pſ. 4. ex profeſſo concilians hæc duo, *finem & victoriam, τέλος καὶ νῖκος* Patientia & fortitudo pariunt victoriam, quæ eſt finis certaminis; ideo dicitur patientia opus perfectum habere, & finis coronat opus.

Spes mea] ſcilicet liberationis populi ab hac vltima per Romanos tranſmigratione.

Allegorice de Christo exponit Olympiodorus: rectè: quia Christvs ſpes bonorum omnium, & in his Ieremiæ; Christvs fide

fidelium,patientia, robur, pax, finis, victoria.hunc amiſerant Iudæi, quia in crucem egerant.

VVLGATA.	LXX.
ZAIN.	*ζάϊν.*
Recordare paupertatis, & tranſgreſſionis meæ, abſynthi & fellis.	*Recordatus ſum à paupertate mea: & de perſequutione amaritudo, & fel meum in memoria erit.*

VERS. 19.

PRÆCLARE noſtra verſio conuenit cum Hebræo fonte & Chaldæo etiam quoad diſpunctionem, iuxta puncta & accentus qui hodie exſtant:ſed ſine punctis & accentibus iſtis, minimo negotio poſſunt Hebræa legi & diſpungi iuxta verſionem LXX. ideo minimi momenti eſt hæc diuerſitas noſtri & LXX. vt & diuerſitas lectionis Græcæ. Nam Complut. & Regij, *ἀπὸ πτωχείας μου, καὶ ἐκ διωγμοῦ μου πικρίας μου καὶ χολῆς μου. μνησθήσομαι*, &c. Aldini, *ἀπὸ πτωχείας μου. καὶ ἐκ διωγμοῦ. πικρίας μου, καὶ χολῆς μνεία μνησθήσομαι.* alij, *καὶ ἐκ διώγμου πικρία, καὶ χόλη μου μνησθήσεται.*

Contemplamini, vt in ſpeculo, mutationi obnoxiam hominis miſerrimi faciem,nunc deſperantis,nunc ſperabundi.deſperationis cauſa præceſſit, ſequitur bonæ ſpei.Pro *recordare*,Hebraicè eſt infinitiuus *recordari*,vel *in recordãdo Zechar* זכר.qui reſolui poteſt triũ vno, præterito vt LXX. *recordatus ſum*, futuro *recordabor*,vel imperatiuo ſicut noſter accepit,& Chaldæus & Pagninus quidam hæc verba tribuunt prophetæ animam ſuam alloquenti;age animula mea, reuoca in memoriam quicquid iam pertuliſti,PAVPERTATEM de qua V.I. *Ego vir videns paupertatem meã*,vt & LXX.tribuunt, & tunc ceſſaret difficultas,cur Deum petat recordari peccati ſui contra morem aliorum ſanctorum, qui potiùs ſolent petere *non intres in iudicium cum ſeruo tuo: ne reminiſcaris delicta mea, vel parentum meorum.* Sed reſponderi poſſet, *paupertatem* poni pro pæna peccati, non pro peccato; vel ſane vt mox dicam. Sequor enim communem Diui Hieronymi, Lirani, & aliorum interpretationem, eſſe verba prophetæ alloquentis Deum, & petentis vt recordetur *paupertatis* ſumptæ latiſſimè, iuxta vocem Hebræam *Oni* עני, nempe primò imbecillitatis & ægritudinis humanæ, quæ orta ex naturæ corruptione per peccatum facit hoc obtinendæ veniæ, & culpæ diluendæ. pſ. 30. 11. *Infirmata eſt in paupertate virtus mea*, vbi Hieronymus, *in iniquitate*, Chaldæus *in peccato*. pſ. 77. 39. *& recordatus eſt,quia caro ſunt, ſpiritus vadens & non rediens*. pſal. 101. 14. *Quoniam miſeretur pater filiorum, miſertus eſt Dominus timenti*

Paupertatis ſignificatio.

Quomodo poſſit peccatum Deo in memoriã reuocari.

mentibus ſe: Quoniam ipſe cognouit figmentum noſtrum. Recordatus eſt, quoniam puluis ſumus: homo ſicut fœnum dies eius, tanquam flos agri, ſic efflorebit. Quoniam ſpiritus pertranſibit in illo, & non ſubſiſtet, & non cognoſcet amplius locum ſuum.] Secundò vt recordetur lapſus & culpæ, ſed velut hanc ſubſecuta, & ex hac ortæ, non ad puniendum) hoc enim Dauid & Tobias deprecantur); ſed vt miſereatur, & condonet afflicto, memor plaſmatis ſui. Et ideo petit tertiò, vt recordetur ſuppliciorum quæ, iuſta Dei vindictâ, iam expenderat.

Absyntii & fellis] vide ſup. v. 15.

VERS. 20.

VVLGATA. ZAIN.	LXX.
Memoria memor ero, & tabeſcet in me anima mea.	*Et recolet ſuper me anima mea.*

Prius illud *memoria memor ero*, Vaticanus liber, μνησθήσεται, *memor erit*, iungit cum præcedenti verſ. vt dixi: ſed Hebræo fonti non congruit iſta diſpunctio, nam ille iuxta acroſtychin, hic orditur â ז. incipiens זכור תזכור *Zachor Tiskor*. ſecundum illam verò editionem inciperet, â ſequenti *Vau*, ותשיח.

Memoria memor ero] nunquam obliuiſcar, ſemper recolam reminiſcentia, imbecillitatem meam, & peccata, & pœnam peccatorum: & ita humiliabitur, conteretur, & pauebit ac liqueſcet anima mea, pudore, timore, dolore. iuxta illud pſalmi trigeſimi octaui, verſiculo duodecimo, *à fortitudine manus tuæ ego defeci in increpationibus. propter iniquitatem corripuiſti hominem. Et tabeſcere feciſti ſicut araneam animam eius.*

Conciliatæ verſiones.

Tabescet] Hebraicè, *incuruabitur, humiliabitur*, pudore & metu deiicietur & conſumetur: noſter benè expreſſit. Symm. *ſecum loquetur* ἑαυτῷ προσλαλεῖν, accuſans ſeipſam & ſortem ſuam miſerans deploranſque. LXX. καταδολεσχήσει ἀδολέσχειν, eſt ſecum tacito murmure multa queri, & cogitationibus differri, nempe muginari, meditarique apud profanos ſcriptores ſumitur in malum. Sic Heſichius, exponit, ἀδολεσχεῖ φλυαρεῖ, μακρολογεῖ.

VERS. 21.

VVLGATA. ZAIN.	LXX.
Hæc recolens in corde meo, ideo ſperabo.	*Hanc ponam in cor meum: propter hoc ſubſtinebo.*

Trium

Trium illorum quæ dixi, infirmitatis, culpæ, & punitionis, memoriam ſubinde renouans, merito ſpem diuinæ miſericordię concipiam. Nam hæc ipſa cordis mei humiliatio, hæ querelæ & cogitationes ex dolore & pœnitudine natæ, pignus aliquod ſunt diuinæ miſerationis, quæ cor contritum & humiliatum numquam deſpiciet.

IDEO] Paſcaſius legit *in Deo*, quod ſubaudiendum; nòn verò legendum repugnante Hebræo, Græcoque contextu, & Chaldæa Paraphraſi.

ALLEGORICE quadrant hi tres verſus CHRISTO, patrem oranti, vt infirmitatis humanæ ſit memor (*quia neſciunt quid faciant*;) & tranſgreſſionis mortalium quam in ſe ſuſceperat; & paſſionis ſuæ, quam corpore ſuo & animâ ſuſtinuit: quid non ſperaret, qui tam plenè ſatisfecerat?

VVLGATA. HETH.	LXX.
Miſericordiæ Domini, quia non ſumus conſumpti: quia non defecerunt miſerationes eius.	*Miſericordiæ Domini [quia non fecit deficere me: quia non ſunt conſumptæ miſerationes eius: Menſes in matutinis miſerere Domine] quia conſumpti non ſumus: quia non ſunt conſummatæ miſerationes eius.*

VERS. 22.

NON minima pars eorum, quæ hîc in LXX. editionis Aldinæ ac Vaticanæ plura ſunt, quàm in vulgatâ; quæ conſentit cum fonte Hebræo; nec habentur in Theodoreto, nec referuntur à B. Ambroſio oratione in funere Valentiniani, & Catena Græca hoc loco intercidit, & ſunt qui meritò ſuſpicentur ex Symmacho quædam infarta quæ geminata protuberent, vt per ſe patet.

Verſionis noſtræ ſententia ſatis clara eſt, vt & LXX. Si dumtaxat cum Regiis, Complutenſibuſque retineamus, *τὰ ἐλέη τȣ̃ κυρίȣ, ὅτι οὐκ ἐτελειώθησαν, ὅτι οὐκ ἐξέλιπον αἱ ἐλεημοσύναι αὐτȣ̃, miſericordia Domini, quia non ſunt conſumptæ: quia non defecerunt miſerationes eius*; reliquis reiectis, quæ in Aldinis etiam contrarium ſenſum efficiunt; conuenient LXX. cum noſtro in hanc ſententiam: Non immeritò hanc de Deo ſpem concepi; qui in tam multis grauibuſque malis meis robur mihi ſuppeditauit, vt ea poſſem perferre, quæ ſine ipſius auxilio numquam potuiſſet mortalis infirmitas ſuſtinere. Semper ergo miſeriæ noſtræ ſuam miſericordiam miſcuit, nec iræ clementiam ſubtraxit. Alioquin ſi condigna vel æqualia ſupplicia delictis ingeſ-

ſiſſet, *facti eſſemus ſicut Sodoma & Gomorrha* Eſai. 1. 9. quarum nihil niſi memoria ſupereſt: quod ad vnum non omnes excidit, clementiæ & miſerationi eius fateor abſcribendum. Conſumpti non ſumus, quia miſerationes Dei conſumptæ non ſunt: iſtas rurſus non conſumptas patet, quia nos conſumpti non ſumus, vt vtramque illam lectionem Græcam accommodem menti Ieremiæ, apud quem id Deus prædixerat cap. 4. verſ. 27. *deſerta erit omnis terra, ſed tamen conſummationem non faciam:* vt & Dauid; *Ipſe autem eſt miſericors, & propitius fiet peccatis eorum: & non diſperdet eos. Et abundauit vt auerteret iram ſuam, & non accendit omnem iram ſuam.* Pſal. 77. 38. Item; *Miſerator, & miſericors Dominus: longanimis, & multum miſericors. Non in perpetuum iraſcetur, neque in æternum comminabitur. Non ſecundum peccata noſtra fecit nobis: neque ſecundum iniquitates noſtras retribuit nobis. Quoniam ſecundum altitudinem cæli à terra corroborauit miſericordiam ſuam.* Pſal.102.9.

Verſio Græca explicata.

Deus iræ miſcet miſericordiã.

Minus punit quam peccata merentur.

חסד. צדק. חסד.

MISERICORDIÆ] ex Hebræo patet eſſe rectum numeri pluralis, & ſubaudiri, ſunt cauſa. חסד *Cheſed* ſignificat beneficium gratuitum, ad quod non tenetur ex iuſtitia; nam ſi debitum iuſtitiæ vrgeat, vocatur צדק *Sedek*, merces. רחם *Rachem* ſignificat miſerationem, nam ad חסד addit compaſſionis affectum, qualis parentum in liberos eſſe conſueuit. Dicit itaque, quia non fuit exhauſta hæc paterna Dei φιλοςοργία, idcirco gratuitam illam condonationem non defeciſſe. Immò, vt ſubdit de nouo ſemper per ſingulos dies repullulaſſe & germinaſſe fertilem ſegetem miſerationum; quia quas peccata, velut improbæ capellæ, virulento dente quotidie decerpebant, eas quotidie diuina clementia, rore benignitatis ſuæ fæcundatas, de nouo producebat. Hoc enim eſt quod ſequens verſ. obſcurè declarat.

VVLGATA.	LXX.
HETH. Noui diluculò, multa eſt fides tua.	*Nouæ in matutinis, multa eſt fides tua.*

De lectione Latina.

Senſus à verã lectione dependet. Quidam Latini codices habent, *nouæ*, quod conſentaneum verſioni Nobilij Vaticanæ: nam Græci, etiam Aldini, Complut. & Regij τὰ καινὰ, *noua*, vt ante τὰ ἐλέη. Et *noua* legit Rupertus, & poſcit Latini ſermonis conſuetudo, *noua miſericordiæ*, & Franc. Lucas in Annotationibus hoc pertendit, perperam. Quia optimæ editiones, vt pote Romana, Regia, & Complutenſis habent *Noui*, & ſic legerunt Hieronym. Paſcaſius, Rabanus, Strabus & alij veteres Latini. Sed ex his Paſcaſius, D. Thomas, Strabus, Anſelmus, Dionyſ. & Liranus, volunt eſſe verbum, & interpretantur

cognoui: quod iure optimo reprehendunt Rabanus & S. Bonauentura, qui exponunt *nouelli* ex Hebræo: ſed non ſoluunt nodum, quomodo conſtet, *nouelli miſerationes*. Scito noſtrum interpretem conſueuiſſe non rarò, in adiectiuo, contra normam Latiniſmi, ſeruare genus, non quod Romanus ſermo, ſed quod Græcus vel Hebræus ſermo quem reddebat, poſtularet: exempla congerit Pererius noſter Diſputat.3.in ca.21.Genes.Hebraicè v.præcedenti habuit חדשים *Chadaſchim* quod eſt nominatiuus pluralis generis maſculini, *miſerationes* ſignificans: nunc itaque vocis Hebreæ genus ponit, *noui*, hoc eſt recentes quotidie cum ipſo diluculo renaſcuntur. benè Latomus;

Regula. Interpretatio vulgata ſæpè retinet Genus Hebræum vel Græcũ vnde ſumpta.

" *Nam quod non penitùs conſumpti morte iacemus,*
" *Fine carens eius gratia ſola dedit:*
" *Semper eam quauis ſurgens aurora recentem*
" *Adſpicit: eſt fidei copia multa Deo.*

Quod attinet ad Grecum contextum, videtur exſtare apud Theodoretum longè aliâ lectio, vt & apud D. Ambroſium d. orat. de obitu Valentiniani, ἐπληθύνθη ἡ πίστις σου εἰς τὰς πρωΐας refert ille, *multiplicata eſt fides tua in matutinis*, ſeu ad ſingula dilucula; quod ſenſu non abhorret à noſtro: vt nec Ambroſij, *Renouabit illa, ſicut lux matutina*, id eſt mane per ſingulos dies. Habemus itaque Dei miſerationibus antelucanis nos quotidiè præueniri. ô bonitatem! Pſalm. 29. 6. *Ad veſperum demorabitur fletus: & ad matutinum lætitia* לבקרים *Lebekarim* In matutinis ſeu quolibet diluculo, qua phraſi ſacra Scriptura celeritatem denotat cum quadam conſuetudine idem quotidie faciendi. Pſ. 72. 14. *fui flagellatus tota die, & caſtigatio mea in matutinis*. Pſ.100.8. *In matutino interficiebam omnes peccatores terræ*. Vtrobique eſt *Lebekarim*. Iob. 1. 5. *diluculo offerebat holocauſta*, ſcilicet mane quotidie, & ca. 7.18. *viſitas eum diluculo & ſubito probas illum*. & paſſim.

Græca lectio.

Deus nos præuenit miſerationibus.

Diluculum quid.

In matutino.

Allegoricvm ſenſum pete à D. Hieronymo hîc.

Mvlta est fides] magna & certa. concludit non poſſe ſpem ſuam confundi, quia Deus fideliſſimus eſt in promiſſis exhibendis. Fides אמונת *Emunath*, non credendorum, ſed promiſſionum & conuentionum.

VERS. 24. VVLGATA. | LXX.

HETH.

Pars mea Dominus, dixit anima mea: proptérea expectabo eum.

Pars mea Dominus, dixit anima mea: propterea expectabo eum.

Ego (inquit) ipſe in corde meo, & ex corde dixi: Sit aliorum portio mundus, quærant alij ſub ſole gaudia & fælicitates quas volent ſuas in honoribus, diuitiis, voluptatibus. dicant quod illi Sapien. 2. 6. *Venite fruamur bonis, quæ ſunt, & vtamur creatura tamquam in iuuentute celeriter. Vino pretioſo, & vnguentis nos impleamus: & non prætereat nos flos temporis. Coronemus nos roſis, antequàm marceſcant: nullum pratum ſit, quod non pertranſeat luxuria noſtra. Nemo noſtrum exors ſit luxuriæ noſtræ: vbique relinquamus ſigna lætitiæ: quoniam hæc eſt pars noſtra, & hæc eſt ſors*] mihi in vno Deo ſunt omnia, *Quid enim mihi eſt in cælo? & à te quid volui ſuper terram? Defecit caro mea & cor meum: Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum. Quia ecce, qui elongant ſe à te, peribunt: perdidiſti omnes, qui fornicantur abs te. Mihi autem adhærere Deo bonum eſt: ponere in Domino Deo ſpem meam.* Pſal. 72. 25. Quidam reſtringunt ad cultum Dei: quaſi dicat, gentes aliæ Deos falſos colunt, iuxta Iſaiam 57. 5. *Qui conſolamini in diis, ſubter omne lignum frondoſum, immolantes paruulos in torrentibus, ſubter eminentes petras? In partibus torrentis pars tua, hæc eſt ſors tua.* Ego verò vnum Deum colo verum, qui prælegit me, iuxta illud Moyſis Deuteron. 32. 8. *Quando diuidebat Altiſſimus gentes: quando ſeparabat filios Adam, conſtituit terminos populorum iuxta numerum filiorum Iſraël. Pars autem Domini populus eius: Iacob funiculus hæreditatis eius.*] Sed non video cauſam cur reſtringamus hunc locum: & non ſequamur laxiorem illam interpretationem.

Portio improborum.

Pars quid.

Portio bonorum.

EXSPECTABO EVM] ego Ieremias operiar deſiderium collium æternorum, virum illum quem fæmina circumdabit, verbum incarnandum. Similis eſt colophon orationis Habacuck cap. 3. 18. *Ego autem in Domino gaudebo, & exultabo in Deo,* IESV *meo. Deus Dominus fortitudo mea.*]

ALLEGORIA] Nonne CHRISTVS hæc fermè omnia dixit? Pſal. 15. 5. *Dominus pars hæreditatis meæ, & calicis mei: tu es, qui reſtitues hæreditatem meam mihi. Funes ceciderunt mihi in præclaris: etenim hæreditas mea præclara eſt mihi.*

VVLGA

VVLGATA. | LXX. VERS. 25.

TETH.

Bonus eſt Dominus ſperantibus in eum, animæ quærenti illum.

Bonus eſt Dominus ſuſtinentibus eum : anima, quæ quæret illum, bonum.

QVAM varia hic ſit lectio LXX. pete ex Scoliis Nobilij; Varietas eſt ſine ſententiæ detrimẽto, quæ talis eſt. Spes, quam dixi, non confundit. Sicut enim fons aquæ perennis iugem lympham ſitienti & haurire volenti præbet, ita Deus; cuius exhauriri bonitas nequit; numquam deſinit beneficia in nos effundere, ne tum quidem quando punit aut flagellat.

SPERANTIBVS] ſuſtinentibus, ὑπομένουσιν, præſtolantibus iuxta illud Habacuck, quod huc vſque poteſt extendi, 2.3. *Si moram fecerit exſpecta illum: quia veniens veniet, & non tardabit*; ſi non deſinat quis orare. Pſalm.85.5. *Quoniam tu Domine ſuauis & mitis, & multæ miſericordiæ omnibus inuocantibus te:* hoc eſt, quod ait.

QVÆRENTI] puro corde, ſeriò, & ſedulò ad illum in neceſſitatibus ſuis confugienti. Vide D. Auguſt. in Pſal. 72.

TROPOLOGIAM cur *ſperantibus* in plurali, & *quærenti* in ſingulari dixerit, pete à D. Bernardo ſerm. 9. in Pſal. Qui habitat.

VVLGATA. | LXX. VERS. 26.

TETH.

Bonum eſt præſtolari cum ſilentio ſalutare Dei.

Et ſuſtinebit, & ſilebit in ſalutare Domini.

Voculam *bonum*, cum præcedenti verſiculo iungit editio Vaticana, vt & Aldina: Sed noſtræ verſioni hac in parte conſentit codex Complutenſis: item Regius. Sic etiam legerunt Theodoretus & Ambroſius ſupr. & id conuincit Hebræa diſpunctio, vt verſiculus inchoetur à טוב *Tob*, & non à ויחיל *Veiachil*. Senſus eſt, ideò licèt alicui præter exſpectationem tribulationes ſuperueniant, BONVM tamen (id eſt optimum) eſt.

PRÆSTOLARI] Hebræa ſunt valdè abrupta, B*onum & exſpectet & ſilens in ſalute Domini*, conſultiſſimum fuerit, vt exſpectet homo & ſit ſilens quouſque ſalus illi à Deo adueniat. *Et* pro *vt* ו: *a*, vt noſter vertit Threno 1. 19. *vt refocillarent animas ſuas*, Hebr. וישיבו *Veiaſibu & reducerent*: retinuit Hebraiſmum Ionæ 1. 11. *Quid faciemus tibi & ceſſabit mare à nobis*. Iſaiæ 8.17. *exſpectabo Dominum, qui abſcondit faciem* Et, pro vt.

 ſuam

ſuam à domo Iacob, & præſtolabor eum.

Silere, quieſcere.

SILEBIT] ſilentium vocat animi quietem, qua quis intus ſpem bonam fouens, ſedatè & æquanimiter, ſine querelis aut murmurationibus ærumnas tolerat. Alludit Ieremias ad locum Iſaiæ 30. 15. *Si reuertamini & quieſcatis, ſalui eritis: in ſilentio & in ſpe erit fortitudo veſtra.*

TROPOLOG. de hoc ſilentio & ſpe videndus S. Bernardus in Cant. ſerm. 67.

Salutare Dei.

SALVTARE DEI] reſpexit ad prophetiam Iacob. Gene. 49. verſ. 18. *Salutare tuum exſpectabo Domine.* Nec enim locus reſtringendus cum Nouatoribus ad liberationem de captiuitate Babylonica, poſt annos LXX. per Ieſum ſacerdotem filium Ioſedeck futuram; ſed porrigendus ad liberationem totius humani generis faciendam à IESV filio Dei, cuius alter ille figura fuit. Sic exponunt Olympiodorus, Rupertus, & Richardus. Solet S. S. verbum incarnatum vocare, *Salutare Dei,* dict. verſ. 18. Pſalm. 9. 16. *Exultabo in ſalutari tuo.* Pſalm. 84. 8. *Oſtende nobis Domine miſericordiam tuam, & ſalutare tuum da nobis.* Iſai. 25. 9. *Ecce Deus noſter iſte, exſpectauimus eum, & ſaluabit nos: iſte Dominus ſuſtinuimus eum, exultabimus, & lætabimur in ſalutari eius:* & c. 52. 10. *videbunt omnes fines terræ ſalutare Dei noſtri.* Luc. 2. 30. *Viderunt oculi mei ſalutare tuum.*

VERS. 27.

VVLGATA. TETH.	LXX.
Bonum eſt viro cùm portauerit iugum ab adoleſcentia ſua.	*Bonum eſt viro cum portauerit iugum in iuuentute ſua.*

Iugum Dei tribulationes.

Tres hoc loco interpretationes occurrunt. Prima per *iugum* ſignificari tolerantiam diuinæ diſciplinæ & correctionis, qua nos immiſſis variis afflictionibus & calamitatibus erudit; quæ optimè cohæret & conſentit ſeriei contextus. Sic Pindarus Pyth. ᾠδ. 6. cecinit Iugum leuiter ferre, cùm in ceruicem ſuſtuleris, prodeſt, verba ſunt, Φέρειν ἐλαφρῶς ἐπαυχένιον λαβόντα ζυγὸν, ἀρήγει. Euripides in Hecuba,

ὅστις γὰρ οὐκ εἴωθε γεύεσθαι κακῶν,
φέρει μὲν, ἀλγεῖ δ' αὐχέν' ἐντιθεὶς ζυγῷ.
Qui non malis aſſueuit; ille fert quidem,
Verùm dolet, cùm colla ſupponit iugo.

Mandata & lex.

Secunda eſt ſignificari mandata, legem, & præcepta, conſiliáque Dei, quæ Dominus ipſe *iugum* vocauit Matth. 11. 29. *Tollite iugum meum ſuper vos, & diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus veſtris. Iugum enim meum ſuaue eſt & onus meum leue.* Quod explicans diſcipulus, qui ſecreta eius in ſinu didicerat, ait; *Hæc eſt enim charitas Dei, vt mandata eius cuſtodiamus, & mandata*

eius

eius grauia non ſunt. 1. Ioan. 5.3. Huic à teneris vnguiculis (Hebraicè habes *à pueritiis*) aſſueſcere, optimum eſſe aſſeritur. Profectò docet ipſa experientia boues, dum nouelli ſunt ſubiugandos, equos dum pulli domandos, canes dum catuli loro aſſuefaciendos: quod hoc loco multis ex S. S. probat Hector Pintus.

Tertia interpretatio eſt Nauarreti, nempè faciliùs & leniùs ferre ſeruitutem, qui verna ſeu ſeruus, quàm qui liber & ingenuus natus eſt. Patet hoc verum eſſe, ſed Ieremiæ menti non benè conuenire. Secundùm primam explicationem tres iſtic verſiculi optimè cohærent. Nam qui in Domino ſperat, in cunctis tribulationibus opem illius cum ſilentio præſtolatur: & facilè atque animo æquo id faciet, quicumque ab incunabulis tribulationes perpeti aſſueuit. Nauarreti explicatio.

ANAGOGICE. Patres Orthodoxi hunc locum diſertè ac ſapienter accommodant, vtilitati & laudi vitæ religioſæ: *Sic Cyprianus lib. de ſingularitate clericor. poſt princip. Hilarius in Pſalm.*118. *litt. Beth, Ambroſius ibid. ſermon.*9. *&* 19. *& orat. de obitu Theodoſij in fin. Hieronym. hic & Apolog. ad Domnionem, Chryſoſtom. ſerm.*15. *in cap.*4. *ad Philip. & lib.*1. *de prouidentia, & lib. contra vituperatores vitæ monaſticæ.* 3. *poſt med. & Petrus Damianus epiſt.* 15. *cap.* 12. Sanè quæ ſequuntur, ſunt quaſi quidam canones, & ſpeculum vitæ regularis. Iugum religionis optimum ſubire ab ineunte ætate.

ALLEGORIA de CHRISTO eſt, qui ab infantia obediens non tantum Deo patri verò, ſed & Ioſeph putatiuo, & Mariæ virgini matri, Luc. 2. 51.

VERS. 28.

VVLGATA. IOD.	LXX.
Sedebit ſolitarius, & tacebit: quia leuauit ſuper ſe.	*Sedebit ſingulariter, & ſilebit: quia tulit ſuper ſe.*

IN Vaticana verſione Nobilij, iſtud iungitur cum præcedenti verſiculo, ſub littera *Teth*, Verum tunc littera *Iod* tantùm geminatur, quod non conuenit cum Hebræo, in quo trigemina eſt.

Ratio redditur, cur ſit bonum portare iugum ab adoleſcentia: videlicet, quia ſic diſcet vir ille, quo pacto ſe debeat gerere, ſecum, & cum Deo, & cum proximo; de quibus ordine tribus his verſibus agetur. Primò, Ieremias virum iuſtum pergit deſcribere; nimirum ſub tertij perſona modeſtè, qualis ipſe fuerit, & quo ſe modo geſſerit, docet: vt igitur hæc de ipſo accipiam, facio lubenter. Tulerat iugum Domini ab adoleſcentia, à teneris vnguiculis mandata Dei ad amuſſim ſeruans; & aduerſa cuncta patienter tolerans: nec animum fregit aut mutauit patriæ excidium; ſine querela pertulit tacitus iniurias, opprobria, famem, carceres, & aduerſa omnia, ſegre- Viri iuſti officium & deſcriptio. Laus Ieremiæ.

gans interea ſeſe ab omni conſortio improborum, *factus ſicut nycticorax in domicilio, & paſſer ſolitarius in tecto:* quia Dominus illi puero hanc crucem impoſuerat, & ipſe alacriter ſuſceptã ad extremum pertulit. Vtitur futuris, quia volebat nobis indicare, quali ſe modo iuſti deberent gerere, & ad exemplum CHRISTI, iuſti iuſtorum, componere. Nam illum hæc ſcribens præ oculis habebat, *vt affirmat S. Athanaſius lib. de humana natura ſuſcepta in fine, & de Meſſia ſermonem eſſe Salomon Iarrius fatetur.*

Sedere.

SEDEBIT] ille qui iugum Domini puer ſubiit, manebit decreti ſui & inſtituti firmus, tenax, conſtans, verax, & in mediis mundi turbis quietus ac recollectus.

Adiectiuum pro aduerbio.

SOLITARIVS] adiectiuum pro aduerbio, *ſolitariè*, vt colligitur ex verſ. LXX. καταμόνας *ſingulariter*, vt legerunt Cyprianus, Hilarius, Ambroſius, & Paſcaſius. Sed vulgatæ noſtræ lectio eſt *ſolitarius*, iuxta Hebræum fontem, vt legunt Hieronym. Richard. Rupertus, & codd. Complut. Regij, & Romani. Hoc de ſe teſtatur Ieremias cap. 15. 17.

Singulariter ſum.

Non ſedi in concilio ludentium, & gloriatus ſum à facie manus tuæ: ſolus ſedebam, quoniam comminatione repleſti me. Pſalm. 140. 10. *Cadent in retiaculo peccatores: ſingulariter ſum ego donec tranſeam*, ſcilicet donec pertranſeam per tribulationes & eas vincam, clementiam Dei conſecutus. Sic Origines. *Solitarius* ergo, hoc eſt ſingularis, & ſolus: tum quòd fugerem commercia & conſortia malorum, cum ſolo Deo agens: tum quòd ab omnibus etiam proximis deſererer pauper & indefenſus.

QVIA LEVAVIT SVPER SE] Latini patres citati legerunt, *quia leuauit ſe ſuper ſe*: referentes iſta ad contemplationem, & ſpem in Deo defixam, iuxta illud, *Turris fortiſſima nomen Domini: ad ipſum currit iuſtus, & exaltabitur.* Prou. 18. 10. Sed codices emendatiores habent, *leuauit ſuper ſe*, ſcilicet iugum Domini: quam lectionem

Interpretatio LXX.

aſtruunt LXX. ὅτι ἦρεν ἐφ᾽ ἑαυτῷ. Ambroſ. *quia tulit iugum graue.* Theodoretus, *quia tollit ſuper ſeipſum iugum graue*: & pro hac lectione

נטל.

ſtant Hebræa: quia נטל *Natal*, non ſignificat eleuari mente, ſed

Vulgata noſtra.

onus portare vel baiulare. Senſus itaque eſt, idcirco ſedebit, & tacere poterit, quia Domini iugum ab ineunte ætate portauit, & quidem illud fortiter ſuſtinens, imò quaſi leue & ſuaue attollens in altum: (ſic Olympiodor.) Nam quæ fortiter feruntur, tandem leuiora videntur. Horatius;

Durum: ſed leuius fit patientia
Quicquid corrigere eſt nefas.

Accedente præſertim ſpe ſubſidij diuini, quæ in æſtu refrigerat, amara

Chaldæa Paraphraſis.

dulcorat, procelloſa tranquillat, & metum animo depellit. Quare non diſplicet quod Chaldæus videtur vtramque explicationem coniunxiſſe, hoc pacto: *Ferétque quæ accident calamitates: ad hæc confugiet ad nomen Domini.* Nam cætera quæ addit Ieremiæ non conueniunt.

Rabbinorũ expoſitio.

Rabbini longè aliter, & alienè. Volunt hoc dici de ipſo Deo. *Leuauit ſuper eum:* id eſt, Ieremiæ Deus hoc onus optionem dedit, & portandum

tandum impoſuit: quia hoc interdum ſignificat Hebraiſmus, *leuare onus ſuper aliquem*, id eſt ei aliquid eligendum proponere, vt 2. Reg. 24.12. Gad dicit Dauidi, in Hebræo; *Tria ego imponens ſuper te, elige tibi vnum ex his, & faciam tibi*; Vbi LXX. retinent phraſim, Τρία ἐγώ εἰμι αἴρω ἐπὶ σέ, &c. Tria, *ego ſum leuans ſuper te:* noſter explicuit, *trium tibi datur optio.* Sed hæc interpretatio loco Ieremiæ non æquè quadrat: etſi reciprocorum rigorem non ſemper noſter obſeruarit. Leuare onus ſuper aliquem.

VVLGATA. LXX.

IOD. ἰωδ. VERS. 29.

Ponet in puluere os ſuum, ſi forte ſit ſpes.

" Nihil horum habetur in libro Vaticano: Sed Complut. & Regij,
" ad verbum; θώσει ἐν χονιορτῷ τὸ στόμα αὐτοῦ, εἰ ἄρα ἐστὶ ἐλπίς: *Ponet in puluere os ſuum, ſi fortè ſit ſpes.* Nemo mihi perſuaſerit, hoc à LXX. prætermiſſum, quod totum eſt in fonte Hebræo, quod explicat Chaldæus, quod legit Theodoretus, etſi paulò aliter, nempè δώσει ἐν χώματι, *dabit in puluere*, & monet Syrum vertere ἐν γῇ *in terra.* Vt alia nonnulla, mutilum eſt exemplar quoad hunc verſiculum, & poſſet aſteriſcus aſcribi. Senſus eſt, de ſeipſo demiſſè ſentiens & loquens, nec oculos quidem in cælum attollet, ſed in terram ſe proſternet paratum conculcari, ſic ferè Hieronymus & Chaldæus. Sunt & aliæ multæ explicationes. Theodoretus exponit, ita tacebit, ac ſi os terra oppletum haberet. D. Ambroſius vertit *dabit in ſepulturæ foſſuram os ſuum*: quod fruſtrà Paſcaſius nititur interpretari. Nonnulli ſic interpretantur: Etiamſi ad extremam miſeriã cum deieceris, vt adhæreat terræ anima eius, numquam tamen ſpem abiiciet. Retineo primam omnium: vt ſit idem quod terrã lingere. Pſal. 43.25. *humiliata eſt in puluere anima noſtra: conglutinatus eſt in terrâ venter noſter.* Pſal. 71.9. *Coram illo procidẽt Aethiopes: & inimici eius terram lingent.* Iſai. 49.23. *Et erunt reges nutricij tui, & reginæ nutrices tuæ: vultu in terram demiſſo adorabunt te, & puluerem pedum tuorum lingent.*]

Lectio LXX. Ponere os in puluere. Terram lingere.

SI FORTE EST SPES] quia ſpes illum tenet, fortaſſis Deum miſeriturum. *Si* non eſt hoc loco planè dubitantis, ſed more Hebræorum affirmantis. Nam ex humilitate & patientia concipitur ſpes quæ non confundit. Sed hæc certitudo eſt ex parte Dei, qui paratus eſt miſereri: ex parte autem ſua ſemper iuſtus eſt pauidus metuens, ne quod ipſe Deo parato impedimentum obiiciat. Sic interpretanda ſimilia loca. 2. Reg. 16.12. *Si fortè Dominus reſpiciat afflictionem meam, & reddat mihi Dominus bonum pro maledictione hac hodiernâ.* Ionæ 3.9. *Quis ſcit ſi conuertatur, & ignoſcat Deus: & reuertatur à furore iræ ſuæ, & non peribimus?*

Si aliquãdo affirmantis. Spes iuſtorũ certa & incerta.

V VVLGA

VVLGATA. | LXX.

IOD.

VERS 30.

Dabit percutienti ſe maxillã, ſatiabitur opprobriis. || *Dabit percutienti ſe maxillam, ſaturabitur opprobriis.*

Audiſtis qualis ſecum, & cum Deo; cum proximis ita ſe geret, vt eorum iniuriis ſe nec ſubtrahat, nec auertat, ſed lætari videatur.

Dare maxillam percutienti. DABIT] fecerat hoc Phaſſuri Ieremias, Ierem. 20. 2. & reſpicit hoc loco ad legem quã præſciebat à Chriſto Domino ſanciendã Matth. 5. 39. *Ego autẽ dico vobis, non reſiſtere malo: ſed ſi quis te percuſſerit in dexteram maxillam tuam, præbe illi & alteram*: quod dicentem Dominum, Locus Matt. 5. 39. veriſimile eſt de hoc Ieremiæ facto & vaticinio cogitaſſe. Arbitror Maxillam percutere. *percutere maxillam,* poni pro quauis atroci contumelia, qua de re dicam in Adagiis ſacris ad Iobum.

SATIABITVR OPPROBRIIS] S. Ambroſ. in Pſal. 118. ſerm. 10. *ita* ſcribit: Non dixit, *ſubibit opprobrium*; hoc enim facilè eſt, vnam aut „ Satiari opprobriis. alteram contumeliam ſuſtinere: addidit, *ſatiabitur in opprobrijs*, quo „ faciliùs Domini moueat miſericordiã complurium deformitate miſe- „ rabilis. Cùm enim repleta fuerit humilitas, peccatũ ſoluitur. Aduer- „ tis, vbi deſolatio, ibi humilitas, deſolationem enim ſequitur humilitas „ iuſto ordine, humilitatem patientia, patientiam probatio, probationẽ „ conſolatio, &c.] Item cùm dicit, *ſatiabitur*; inſinuat hæc ei fore inſtar „ Satiari. lauti & opipari conuiuij. Satiandi enim vocabulo Hebræi quandam ſumendi indicant auiditatẽ. Iſai. 53. 11. *Pro eo quòd laborauit anima eius: videbit, & ſaturabitur.* Iob. 16. 11. *Exprobrantes percuſſerunt maxillam meam, ſatiati ſunt pœnis meis*: ad quem verſic. ſuſpicor hic prophetam alluſiſſe.

ALLEGOR. nihil dubitandum hæc tria litteræ Iod commata IESV noſtro conuenire: qui maiorem ætatis partem quaſi ſolitarius & ſilens, vſque ad XXX. ætatis annum tranſegit; patienter & ſine murmure grauiſſima quæq; ſuſtinuit; demiſſionis & humilitatis illuſtriſſ. exemplum præbuit; ſæpè coram patre in terra proſtratus orauit; *Corpus ſuum dedit percutientibus, genas ſuas vellentibus; faciem ſuam non auertit ab increpantibus & conſpuentibus ſe,* vt ait Iſaias 50. 6. crucem ſuã ipſemet humeris baiulauit ſuis; opprobriis ſatiari optauit, iuxta illud ipſiuſmet teſtimonium de ſe, ſed verum, quia veritatis; *baptiſmo habeo baptizari, & quomodo coarctor vſquedum perficiatur.* Luc. 12. 50. Sic ferè Ambroſ. ſup. Hieron. Theodoret. & Rupertus.

VVLGATA. | LXX.

CAPH.

VERS. 31.

Quia non repellet in ſẽpiternum Dominus. || *Quia non repellet in ſempiternum Dominus.*

VATICA

VATICANVS liber hoc adhuc tribuit ſecundum LXX. litteræ Iod: Sed Hebræus,& Chaldæus conſentiunt cum noſtro, vt Complut. & Regius. Initium certè commatis non eſt *Iod*,ſed כ *Ki*: id eſt quia: deinde tum litteræ *Caph* tantùm reliqua forent duo commata.

Nunc ipſum fontem patientiæ & perſeuerantiæ iuſtorum in calamitatibus aperit. Eos enim(ait)qui ſe ſic cũ Deo,proximo, & ſecum ipſis(vti dictum)geſſerint,mox deprehendere,maximam Deo iuſtorum eſſe curam, nec eos vnquam deſerere: hoc Deo natiuum eſſe: opus illi proprium eſſe parcere & miſereri, alienum & quaſi inſpontaneum caſtigare: Quando cogitur caſtigare & plectere, id facere, non vt vulneret ac perdat, ſed vt ſanet ac viuificet: pœnitentes ab eo numquam affligi in ſempiternum, ſed poſt correptionem dulcius foueri,& vberiùs ditari bonis veris, & confracta omnia conſolidari. Hanc doctrinam, quæ efficax eſt conſolandis afflictis, paſſim S. S. ſuppeditat. Iob.5.17. *Beatus homo, qui corripitur à Deo; increpationẽ ergo Domini ne reprobes: Quia ipſe vulnerat,& medetur: percutit & manus eius ſanabunt. In ſex tribulationibus liberabit te, & in ſeptima non tanget te malum. Infame erues te de morte, & in bello de manu gladij. A flagello linguæ abſconderis,& non timebis calamitatem cum venerit,* &c. Denique ſubdit v.27. *Ecce hoc, vt inueſtigauimus ita eſt: quod auditum mente pertracta;* Quid multis idem aſſerit Dauid Pſal.102. à v.8. & Salomon Sap.11.à v.24. & vtens elegantibus metaphoris Iſai.c.28.27. & Habac.3.2. & ipſemet Deus id pollicetur Pſal.88. à v.22. & Iſai. 54. à verſ.7.

Dei propriũ miſerere. Deum cùm caſtigat parcere.

NON REPELLET] quem caſtigando erudit, non abiiciet.

IN SEMPITERNVM] ſemper, ſed tandem miſerebitur: hoc ipſemet affirmat Iſai.57.16. *Non enim in ſempiternum litigabo,neque vſque ad finem iraſcar:* & explicat d.c.28.28. *Erudiet illum in iudicio: Deus ſuus docebit illum. Non enim in ſerris triturabitur gith, nec rota plauſtri ſuper cyminum circuibit: ſed in virga excutietur gith,& cyminum in baculo. Panis autem comminuetur: verum non in perpetuum triturans triturabit illum, neque vexabit eum rota plauſtri,nec vngulis ſuis comminuet eum. Et hoc, à Domino Deo exercituum, exiuit, vt mirabile faceret conſilium, & magnifaceret iuſtitiam.*

VVLGATA. CAPH.	LXX. CAPH.
Quia ſi abiecit, miſerebitur ſecũdum multitudinem miſericordiarũ ſuarũ.	*Quoniam qui humiliauit; miſerebitur, & ſecũdum multitudinem miſericordiæ ſuæ.*

VERS. 32.

SE ABIECIT] innocentem Deus nõ abiicit,ſed videtur abiicere, quia non, vt ſolebat, peculiari cura fouet, & protegit:cætera iam ex-

poſui. Chaldæus benè: Nam ſi initio affligat, poſtea tandē cōuertitur, & pro abundantia bonitatis ſuæ, fauore ſuo iuſtos proſequitur.

VVLGATA.	LXX.
CAPH.	
Vers. 33. Non enim humiliauit ex corde ſuo, & abiecit filios hominum.	*Non reprobauit ex corde ſuo, & humiliauit filios viri.*

Chaldæa paraphraſis: Siquidem propterea quod non humiliat « vir animam ſuam, neque deponit ſuperbiam cordis ſui, inter homi- « nes affligitur] auream γνώμην continet, ſed ab hoc loco alienam. Alia « explicatio D. Hieronymi & ipſa quoque ſententioſa, ſed minùs cohærens videtur. Placet Theodoreti, quæ communior eſt: Deum, etſi perſonam iraſcentis aſſumat, id facere more pij & clementis patris qui dum filium caſtigat; non lætatur verbere & fletu, vt qui cædunt irati, & vindictam ſpirant; ſed mouetur vtilitate filij, ducitur affectu humanitatis & beneuolentiæ, cupiens vt conuerſus emendetur ac viuat. Hunc affectum Dei nobis luculenter manifeſtat crucis & Paſſionis CHRISTI liber, & breuiter Iſaias. 1. v. 24. vbi, cùm maximè iraſcatur, Deus ſpectat ad hoſtium conuerſionem.

Dei caſtigātis affectus.

EX CORDE] id illi non eſt volupe, nec cordi. Ideò Geneſ. 6. 7. agens de vindicta, dicitur *tactus dolore cordis intrinſecùs.* Idcircò Iſai. 28. 21. iraſci & punire vocatur, *opus alienum, & peregrinum* à Deo: legatur ibi in commentar. D. Hieronymus. Eodem ſenſu quidam accipiunt illud Ezech. 21. 17. *Quin & ego plaudā manu ad manum, & implebo indignationem meam:* de quo ibi commodiùs agetur.

Locus Ezec. 21. 17.

ET ABIECIT] ſubaudi ex præcedenti, *non ex corde.* Hebraiſmus ellipticus, vt in illo; *ſi non veniſſem, & locutus eis fuiſſem.* Ioan. 15. 22. hoc eſt, &, ſi locutus eis non fuiſſem.

Ellipſis Hebræa. Locus Ioan. 15. 22.

FILIOS HOMINVM] Quando S. S. *filios hominum* opponit *Filiis Dei*, tunc ſignificantur improbi & vitiis dediti; Gen. 6. 2. Sed quando illos opponit *filiis viri*; tunc per filios hominum ſignificātur viles, ignauíque: per filios viri ſtrennui ac nobiles, vt patet ex Pſal. 49. 3. גם-בני אדם גם-בני-איש *Gam-beni Adam, Gam-beni Iſch. Etiam filij hominis, etiam filij viri:* id eſt plebeij & nobiles, ſiue qui dignitate aliqua polletis, vt explicat in ſequenti commate, *diuitem & pauperem:* noſter ſic vertit; *Quique terrigenæ & filij hominum* (vilius nomen præponens) *ſimul in vnum diues & pauper*, vbi ſubauditur exegema, *id eſt:* quare cùm hoc loco non ſit *Beni-Adam*, ſed *Beni Iſch*, optimè LXX. verterunt υἱὲς ἀνδρὸς *filios viri*, id eſt, ſimiles illi iuſto de quo egimus, & benè Figueirus expoſuit viros fortes ac ſtrennuos.

Filij hominum & viri. Locus Pſal. 49. 2.

VVLGATA.	LXX.
LAMED.	LAMED.
Vt contereret ſub pedibus ſuis omnes vinctos terræ.	*Ad humiliandum ſub pedibus eius omnes vinctos terræ.*

Vers. 34.

TRES verſiculos litteræ *Lamed* quidam non bonus auctor voluit eſſe verba blaſphemorum negantium diuinam prouidentiam: quaſi non adſpiciat iniuſtas reorum oppreſſiones, negligatque iudiciorum corruptelas: ſed hæc explicatio ſenſum ex abrupto orditur, & cum ſequentibus non cohæret. Salomon Iarrius cenſet hunc verſiculum pendere ab vltimo litteræ *Caph*, nempe à verbo *abiecit*. Verum propheta Ieremias in hiſce lamentationibus non conſueuit periodum præcedentis litteræ à ſequenti finiendam ſuſpendere. Aliter itaque continuanda.

Contra blaſphemantium voces oſtenderat Deum in puniendo nec iracundum, nec pertinacem, nunc addit minimè ſæuum aut crudelem eſſe, nec iniuſtum, nec calumniatorem. talia cuncta Deo inuiſa, incognita, inexperta fuiſſe ſemper. Nam omnes tres verſiculi dependent ab vltimâ voce, ignorauit; quæ in ſingulis repetenda. *Ignorauit vt contereret*, idiotiſmus pro ignorauit conterere. diſplicuit ei conterere, non viſum bonum. Sic Hiſpani; *No ſabe enojarſe no ſabe hazer mc à vn gato.* Ignorat vt contereret.

VT CONTERERET] Licet Deus tam ſeuera ſupplicia à nobis exegerit, non tamen id fecit, vt penitus perderet ac exterminaret.

OMNES VINCTOS TERRÆ] mortales peccatorum vinculis conſtrictos, vt benè Olympiodor. ad diſtinctionem vinctorum dæmonum, qui de cælorum ſoliis præcipitati; quibus nulla eſt redemptio. Terræ vinctis, hoc eſt terrigenis vinctis, quos obſtringunt compedes peccatorum, Dei miſericordia in hac vitâ numquam aufertur, nec eos Deus ſinit affligi vltra quàm ferre queant. quoniam (vt ait Paſcaſius) mauult ſanare correptos, quàm damnare proteruos. B. Methodius apud Epiphanium contra hæreſim 64. quod cenſuerit animas ob præcedentia peccata in corpus velut in carcerem detrudi, & eo ſenſu homines omnes *vinctos terræ* vocari: quod meritò reprehendit. Recto ſenſu B. Nazianzenus eoſdem contendit *vinctos terræ* appellari; quoniam corpus animam recta cogitantem impedit & aggrauat, ne liberâ & inoffenſa contemplatione feratur in cælum. Sic ille Orat. XI iuxtà explicationem Eliæ Cretenſis. De hiſce vinctis legitur Pſal. 68. verſ. 34. *exaudiuit pauperes Dominus, & vinctos ſuos non deſpexit.* Sic etiam, qui in limbo Patres, vincti vocantur à Zachariâ. 9. 11. *miſiſe vinctos ſuos.* Quidam exponunt de Iudæis abductis in Babylonem, qui poſt anno LXX. reducti: ſed hîc agitur de temporibus poſt

Vincti terræ homines: vincti cæli dæmones.

CHRISTVM occiſum: & interpretatio iſta ſine vrgenti cauſa *terræ* vocem ad ſolam Iudæam reſtringit.

SVB PEDIBVS] calcandos inſtar luti.

VERS. 35.

VVLGATA. LAMED.	LXX.
Vt declinaret iudicium viri in conſpectu vultus altiſſimi.	*Ad declinare faciendum iudicium viri coram facie altiſſimi.*

Declinare iudicium. Vt cauſam inſontis puniendo, vel nocentis grauius æquo plectendo deprimeret. eſt metaphora ſumpta ab improbis menſoribus, qui additamento aliquo ſtateræ lancem alteram degrauant. fortaſſis ideo hac vſus, quia bilanx ſeu libra iuſtitiæ ſymbolum. Hanc iuſtitiam Dei accuratè multis deſcribit Salomon Sapient. 12. 12. Vnde petat, qui volet. נטל. Moneo Hebræum נטל *Natal*, cùm de iudicibus vſurpatur, propriè ſignificare ſententiam deflectere quo non oportet, ideſt iudicem præuaricari, & patti ademptum ius alteri tribuere: quod noſter interpres aliquando vertit, *ſubuertere iudicium*, aliquando *ſupplantare iudicium*.

IN CONSPECTV VVLTVS ALTISSIMI] coram tribunali ſuo, ipſe qui eſt altiſſimus. deſcribit Deum vt iudicẽ in ſolio ſedentem & non patientem à ſuis miniſtris vllã inferri iniuriam. Miniſtri Dei ſunt Angeli mali Pſal. 77. 40. per quos immittit hominibus calamitates: item tyranni &c. qui licet iniuriam inferant voluntate ſuâ, iuſtitiæ tamen ſunt executores ex parte Dei, nec plus vel aliter nocere poſſunt, quàm Deus permiſerit.

VERS. 36.

VVLGATA. LAMED.	LXX.
Vt peruertere hominem in iudicio ſuo Dominus ignorauit.	Ad condemnandum hominem, cum ipſe iudicatur: Dominus non dixit.

Iudicia Dei particularia. Negat in Dei tribunali vnquam innocentem vi, calumniis, aut fauore vel odio causâ excidiſſe, vel iure ſuo ſpoliatum. IN IVDICIO] cùm Deus cauſam cuiuſque diſcutit, & cuique ſecundùm merita tribuit. capio latè de iudiciis, quæ viuis nobis exercentur, quando propter peccata in hoc mundo punimur, quod propriũ maximè huic loco; & extendo ad particulare cuiuſque in fine vitæ iudicium. De priore Ieremiæ 2. 9. *Propterea adhuc iudicio contendam vobiſcum, ait Dominus, & cum filiis veſtris diſceptabo*, de poſteriore B. Paulus Rom. 2. 2.

Scimus

Scimus quoniam iudicium Dei eſt ſecundum veritatem in eos, qui talia agunt. & poſtea fuſius à v. 5.

Ignoravit.] Græcè, *Dominus non dixit*; Hebraicè, *Dominus non vidit.* Chaldæus alieno ſenſu, *fieri non poteſt, quin coram Domino manifeſtetur*: quaſi ageretur de hominum iniuſtitiâ, ſed ſenſus eſt de ipſo Deo, nunquam in animũ induxit hoc facere, facere neſcit. ſic 2. Cor. 5. 21. *Eum qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit*; neſcium peccare fecit ſcientem dolorum peccato debitorum. ſic Horatius.

Pelidæ ſtomachum cedere neſcij.

Hoc Habrahain dixit, Non eſt tuum, Gen. 18. 25. *Abſit à te, vt rem hanc facias, & occidas iuſtum cum impio, fiátque iuſtus ſicut impius: non eſt hoc tuum, qui iudicas omnem terram, nequaquam facies iudicium hoc.* Iob, 34. 10. *Abſit à Deo impietas, & ab Omnipotente iniquitas. Opus enim hominis reddet ei, & iuxta vias ſingulorum reſtituet eis. Verè enim Deus non condemnabit fruſtrà, nec omnipotens ſubuertet iudicium.* Nota, Deum omniſcium, quem nihil fugit, nihil latet dici ignorare peccatores & eorum delicta (vt ſcholæ loquuntur) approbationis ſcientiâ. ſcit enim vt deteſtetur & puniat, non ſcit vt approbet aut remuneret. ſic Oſee. 8. 4. *principes exſtiterunt & non cognoui.* & de Dei mandatis. 1. Cor. 14. 38. *ſi quis autem ignorat, ignorabitur.* & contra bonorum opera & ſtudia Deus dicitur noſſe, hoc eſt approbare. Pſal. 1. 6. *Quoniam nouit Dominus viam iuſtorum.*

Deus ignorat peccata & peccatores.

Vers. 37.

VVLGATA. MEM.	LXX.
Quis eſt iſte qui dixit, vt fieret, Domino non iubente?	*Quis ita dixit, & factum eſt? Dominus non mandauit.*

LXX. Vaticana tribuunt hunc verſiculum litteræ *Lamed.* Sed Hebraicè, incipitur per מי Chaldæa Paraphraſis γνώμην aliam inſinuat, » Quis homo dixit, Quod » ingruerit calamitas in mundum, niſi eò quod fecerint » (homines) quæ non præcipiuntur à Deo.] Sed latet aliud magis reconditum. Reſtabat impiis hominibus aliud effugium, cùm enim ex præcedenti verſiculo pateret Deum nec iniuſtum, nec crudelem eſſe; poterant cauſari, non propter hominum peccata calamitates ingruere, ſed quia Deus res humanas vel ignoret, vel negligat. Occurrit itaque huic obiectioni, & hoc atheorum dictum flagitioſum redarguit. Miratur exclamans, adeò cæcos inuenire homines, & tam profligatos, vt audeant dicere, nonnulla Deo ignorante, aut etiam nolente contingere, caſu, fortunâ, vel fati neceſſitate: Deum verò ocioſum, & humana ſus déque habentem, nec bonis

Deus res humanas & ſcire, & curare.

dare bona, nec malis irrogare mala: vt fuere olim deliramenta huiuſmodi hinc Epicureorum, inde Stoicorum, quæ ex Ciceronis libris, de naturâ Deorum, poſſunt intelligi. Sequentibus autem commatibus infert hoc repudiato errore, ſe homini afflicto aperire medelam conſolationis, ſi murmurando & non tolerando ipſe malum ſuum non augeat; ſed moderatè & patienter ferendo amaritudinem potionis ſalutaris dulcorare pergat. Ita ferè Theodoret. & Rupertus. Cæterum nuperus ille ſcriptor iniuſtè Cl. Claudianum accuſat vt impiæ ſententiæ huius defenſorem: Sed ille Claudium vel non legit, vel non attentè legit. quia illo ipſo 1. in Ruffinum libri veſtibulo proponit atheorum ſententiam, & fatetur ſe hæſitaſſe num vera foret; ſed Ruffini pœnâ perſpexiſſe addit, Deos eſſe, & humana curare: qua de re illic puer in Notis meis plura ſcripſi; quæ multorum manibus crebrò typis excuſa teruntur.

VT FIERET] idiotiſmus, pro aliquid fieri.

VERS. 38.

VVLGATA. MEM.	LXX.
Ex ore Altiſſimi non egredientur nec mala nec bona.	*Ex ore altiſsimi non egredientur mala & bonum.*

Vaticanus codex Græcus iſta adhuc tribuit litteræ Lamed, ſed initium verſiculi eſt מ, *De*.

Subaudiendum ex præcedenti commate, *Quis eſt iſte qui auſit dicere, Ex ore,* &c.

Os pro decreto.

EX ORE] *os* ponitur pro ipſo decreto ſeu ſententiâ.

EGREDIENTVR] ideſt procedent ſeu fient. per *Bona* intelligit omnia ſecunda & proſpera: per *Mala* quæuis aduerſa ſeu tribulationes. Mala inquam externa; nam culpæ malum Deus non creat, quod reuerâ eſt nihil, nec vllam habet bonitatem: deteſtor ex animo quorundam ſententiam, qui nimis incautè formalem rationem mali culpæ Deo non tantum vt permittenti, ſed etiam vt efficienti cauſæ aſcribunt: de quibus aliâs. Noſter agit de malis pœnæ, quæ reipſa ſunt aliquid, & habent ſuam naturalem bonitatem, vt docet D. Hieron. hîc & ad locum Amos mox citandũ. Mala pœnæ Deo auctori aſcribit ſacra Scriptura Eccleſi. 11. 14. *Bona & mala, vita & mors, paupertas & honeſtas à Deo ſunt.* & c. 39. 30. *Bona bonis creata ſunt ab initio. ſic nequiſſimis bona & mala.* & v. 35. *Ignis, grando, fames & mors, omnia hæc ad vindictam creata ſunt: beſtiarum dentes, & ſcorpij, & ſerpentes, & romphæa vindicans in exterminium impios.* Eſaiæ 45. 7. *Ego Dominus, & non eſt alter, formans lucem, & creans tenebras, faciens pacem, & creans malum: ego Dominus faciens omnia hæc.* & Amos. 3. 6. *Si erit malum in ciuitate, quod Dominus non fecerit?* hoc eſt, nullum erit quod non fecerit.

Mala quæ Deo vt cauſæ tribuenda.

VVLGATA. MEM.	LXX. MEM.
Quid murmurauit homo viuẽs, vir pro peccatis ſuis?	*Quid murmurabit homo viuens, vir pro peccatis ſuis?*

VERS. 39.

Chaldæus vt ſuperiora ſic etiam hunc verſum longè alio detorquet; nempe; Non egredi ex Dei ore malum, niſi propter dolos, mendacia, & iniquitates, quibus terra ſcatet; poſſe tamen homines hæc oratione ad Deum effugere; & bona à Deo nanciſci. quare igitur diuitiis inuentis homo abutatur? quare hoc vitæ ſuæ tempore malus eas ſceleribus impendat? Aptiùs alij: cùm quicquid mali nobis inferatur, id iuſtè & prudenter, prouidente ac diſpenſante Deo, nobis contingat, propter ſcelera noſtra; quæ ſponte deſignamus; nullum murmurandi de Deo locum relictum: nobis nos ipſos iraſci, vt cauſæ mali noſtri debere.

MVRMVRABIT] Sic eſt Hebraicè, & etiam quidam codices LXX. continent in futuro: ſed vulgata editio Romana in præterito. parùm refert, quoad ſenſum. Vim vocis יתאונן *Ithonen* optimè noſter interpres explicuit. Num. 11. 1. vertens *murmur populi quaſi dolentium præ dolore.* Nam און *Auan* inter cetera ſignificat dolore & tædio confici ac afflictari: &, quia doloris ac tædij effectus, eſt murmur, ideo LXX. & noſter vertunt murmurare.

HOMO VIVENS] אדם חי *Adam Hai*, homo ignauus, ſtupidus animalis, more brutorum viuens ſecundùm corpus, mortuus ſecundùm Spiritum: vel ſanè, homo rationis & liberi arbitrij compos, non operans quadam naturæ neceſſitate, & nudo inſtinctu, vt animantia & inanima; cui, cum diuinâ gratiâ, facilè fuit non peccare, & pœnas haſce effugere: ac propterea non de Deo, ſed de ſe debet conqueri. *Viuentis ſignificatio.*

VIR] Scilicet ſtrennuus; ſubaudio *vel.* nam hunc opponit illi homini ignauo. non quod & ipſe, cùm murmurat, non ſit ignauus; ſed quod ſibi nõ videatur talis, iudicio ſuo nõ אדם ſed איש nõ *Adã* ſed *Iſc.*

PRO PECCATIS] propter ſuppliciũ peccati, vt rectè D. Thomas. Senſus: propter pœnam; quaſi non tantam foret commeritus. Sicut in deſerto Iſraëlitæ murmurabant, & ideo fuerunt exterminati. 1. Cor. 10. *Neque murmuraueritis, ſicut quidam eorum murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore.* Vide Num. 11. & 14. contra quàm qui patienter ſuſtinuerunt; vtrumque docemur Iudith 8. 22. *Memores eſſe debent, quo modo pater noſter Abraham tentatus eſt, & per multas tribulationes probatus, Dei amicus effectus eſt. Sic Iſaac, ſic Iacob, ſic Moyſes, & omnes qui placuerunt Deo; per multas tribulationes tranſierunt fideles. Illi autem qui tentationes non ſuſceperunt cum timore Domini, & impatientiam ſuam, & improperium murmurationis ſuæ contra Dominum protulerunt, exterminati ſunt ab exterminatore, & à ſerpentibus perierunt.* Pagninus vertit, *vir ſuper peccato ſuo*, hoc eſt aſſiduè viuens in peccatis, non ſe emendans, ſed crimina criminibus accumulans eodem ſenſu *Peccatum pro pœnâ. Murmuratio quam mala.*

Leo Iudas; *cùm fortiter (inſiſtat) peccato ſuo.* Sed Iſidorus Clarius: *vir pro peccato ſuo,* hoc eſt pro excuſatione peccatorum ſuorum.

VVLGATA. NVN.	LXX. NVN.
VERS. 40 Scrutemur vias noſtras, & quæramus, & reuertamur ad Dominum.	*Inueſtigata eſt via noſtra, & examinata, & reuertemur vſque ad Dominum.*

CONFVTATIS erroribus, oſtenſoque quod omnes meritò à Deo affligantur, conſilium dat vtiliſſimum, ad id clarè deprehendendum; & compendium quoddam indicat veræ ſapientiæ. nempe ſi volumus virgas à dorſo noſtro remouere, culpis nos abſtinere oportet; & has ipſas pænas in pœnitentiæ occaſiones aſſumere; vt non carnificina, ſed medicina fiant. Neque id difficile fore; ſi primò diligenter & ſeriò conſcientiam examinemus, & totius vitæ ſtudia actioneſque, & eorum fines circumſtantiaſque diſcutiamus. Auſonius ex Pythagoræ verſibus;

Examē conſcientiæ.

" *Vir bonus & ſapiens, qualem vix repperit vnum*
" *Millibus è cunctis hominum conſultus Apollo,*
" *Iudex ipſe ſui, totum ſe explorat ad vnguem.*
" *Quid proceres, vanique ferat quid opinio vulgi*
" *Securus: mundi inſtar habens, teres atque rotundus,*
" *Externæ ne quid labis per læuia ſidat.*
" *Ille; dies quam longus erit ſub ſidere cancri,*
" *Quantáque nox tropico ſe porrigit in capricorno;*
" *Cogitat, & iuſto trutinæ ſe examine penſat:*
" *Ne quid hiet, ne quid protuberet, angulus æquis*
" *Partibus vt coëat, nil vt deliret amuſſis.*
" *Sit ſolidum quodcumque ſubeſt, nec inania ſubtus*
" *Indicet admotus digitis pellentibus ictus.*
" *Non prius in dulcem declinat lumina ſomnum,*
" *Omnia quàm longi reputauerit acta diei.*
" *Quo præter greſſus? quid geſtum in tempore, quid non?*
" *Cur iſti factio decus abfuit, aut ratio illi?*
" *Quid mihi præteritum? cur hæc ſententia ſedit;*
" *Quam melius mutare fuit? miſeratus egentem*
" *Cur aliquem fractâ perſenſi mente dolorem?*
" *Quid volui, quod nolle bonum foret? vtile honeſto*
" *Cur malus antetuli? num dicto aut denique vultu*
" *Perſtrictus quiſquam? cur me natura magis, quàm*
" *Diſciplina trahit? Sic dicta & facta per omnia*
" *Ingrediens, ortóque à veſpere cuncta reuoluens*
" *Offenſus prauis dat palmam & præmia rectis.*

Vtilitas examinis.

Modus examinis quotidiani.

Concluſio ac finis examinis.

Sic

Sic ille cidyllio. 12. quod aſcripſi, quia praxim docet & materiam ſuppeditat exercendæ meditationis omnium vtiliſſimæ.

NOSTRAS] non alienas more Lamiæ, quæ domi cæca, foris erat oculatiſſima. ideo pſalm. 72. 7. *Meditatus ſum nocte cum corde meo, & exercitabar, & ſcopebam Spiritum meum.* & fortis illa mulier, *Conſiderauit ſemitas domus ſuæ,* Prouerb. 31.27. Ezechielis etiam Cherubini c.1. *coram facie ſua ambulabant* non coram alienâ. Vide Nauarretum hîc vtiliter ſcribentem.

SCRVTEMVR] omiſſis vanis excuſationibus, rimemur intimos animæ noſtræ receſſus. LXX. ἐξηρευνήθη ἡ ὁδὸς ἡμῶν καὶ ἠθάσθη, in præterito. q.d. fruſtrà nos tegere conamur, nouit Deus omnia occulta noſtra. Sic Theodoret. Noſter Hebræa benè reddidit, vt hodie leguntur, cui Chaldæus conſentit.

REVERTAMVR] conuertamur. LXX. Romana; ἐπιστρέψομεν. *reuertemur*; ſed Complut. & alij, ἐπιστρέψωμεν, *reuertamur,* quod conuenit cum Hebræo, & verbis præcedentibus, ſequentibusque.

VVLGATA. NVN.	LXX.	VERS. 41.
Leuemus corda noſtra cum manibus ad Dominum in cælos.	*Leuemus corda noſtra cum manibus ad excelſum in cælo.*	

Poſt conſcientiæ diſquiſitionem (ait) debere nos petere à Deo gratiam, vt cognitas culpas defleamus, vt pœnitere de illis dignè valeamus. Nam pœnitentia gratiam Dei exigit. D.Thom. hîc.

LEVEMVS] LXX. ἀναλάβωμεν καρδίας ἡμῶν ἐπὶ χειρῶν πρὸς ὑψηλὸν ἐν οὐρανῷ. paulo aliter Complut. editio ſed eodem ſenſu. illud ἐπὶ χειρῶν, quidam malunt vertere *in manibus:* quod videtur placuiſſe veteribus. Nam Origenes explicat, tamquam in manus cogitationes aſſumendo eas examinare an puræ ſint; vt ſit continuatio examinis de quo in verſic. præcedenti. Olympiodorus exponit, ex terrenis rebus animum attollendo illum Deo per bona opera quaſi in manibus offerre. eodem ſpectat Theodoretus. Sed & Chaldæus non abit longè; „ Leuemus cor noſtrum ſincerè, à manibus noſtris rapinam & iniuriam „ proiiciamus, & reuertamur ad Dominum Deum noſtrum cuius maieſtas in cælorum altitudine habitat.] Ego hæc fateor requiri, ſed ſimpliciter explico, *Leuare cor cum manibus*, pro manibus in cælum ſublatis ex intimo corde Deum deprecari. Suadet enim, vt gratia Dei præueniente benè vtentes, ex corde pæniteant præteritorum peccatorum, & ad Deum reuertantur, à quo peccando receſſerant: (Sic Richardus) & culpam non abſcondant, ſed eam confitentes, non nudas manus, ſed affectum cum manibus (על *Ad* poſitum pro עם *In cum*) Deo offerant. Hebræa etiam verti poſſent *ad nubes* vel *ad volas*

Cor cum manibus vel in manibus leuare ad Deum.

nam. *El* frequentius ſignificat *Ad*, & כפה *Chaphaph* ſignificat quamuis concauam curuitatem, & ideo etiam manus volam aut nubem. Sî *ad nubes*; eadem erit ſententia, quæ nunc. Nam nubes in ſacra Scriptura dicuntur eſſe ſedes ſeu currus Dei. Si, *ad volas* ſenſus; Leuemus manus noſtras ad illas volas Dei (Christi) in quibus fixuras clauorum adhuc eſt cernere. Sic Paniguerola: quod pium magis quàm litterale. Simpliciſſimum quod dixi, & noſter vertit, *cum manibus*. ideſt cum volis noſtris.

Tropolog. Quid ſit *ſcrutari vias noſtras*; quid *leuare corda cum manibus*, vt ſit efficax deprecatio, docebunt SS. Hieronymus hîc, & Gregorius lib.18. Moral. cap. 3. & lib. 11. epiſt. 1. cap. 2. & in pſal. 7. pœnitential. Super illo, expandi manus; & Bernardus ſermo. 5. in Aſcenſione Domini, & ſermo. 58. in Cantic. Canticorum.

VVLGATA. NVN.	LXX.
Vers. 42. Nos iniquè egimus & ad iracūdiam prouocauimus: idcirco tu inexorabilis es.	*Peccauimus, impiè egimus: & non es placatus.*

Nunc præit populo formulam bonæ deprecationis. Nos non leuiter, vel in paucis, ſed grauiſſimè & ſæpiſſimè præuaricati ſumus legem tuam. continuâ contumaciâ & rebellione, & nouiſſimè filij tui, Meſſiæ noſtri cæde clementiam tuam exacerbantes, te ex miti durum, ex beneuolo inexorabilem efficimus.

Deus quo pacto fiat inexorabilis.

Sed quo modo Deus vmquam inexorabilis? Quoad futuram à morte pœnam ſemper in hac vitâ Deus pœnitenti manet exorabilis. quia quacumque hora peccator ritè ad Deum conuertitur, etiam Deus illi paratus eſt reconciliari. Intelligendus itaque Ieremias de pœnis temporariis, pro quibus auertendis Deus eum orare vetuerat, Ierem. 7. 16. *Proiiciam vos à facie mea, ſicut proieci omnes fratres veſtros, vniuerſum ſemen Ephraim. Tu ergo noli orare pro populo hoc, nec aſſumas pro eis laudem, & orationem: & non obſiſtas mihi: quia non exaudiam te*, idem aſſerit cap. 14. 11. Quod adhuc certius poſt Christvm occiſum, vt intelligit optimè S. Hieronymus. quia redierunt ex Babylone, ſed diſperſi & expulſi à Romanis reditum numquam impetraturi. Quod pœnas huius vitæ ſæpè Deum eſſe inexorabilem docent SS. Baſilius interrogatio. 261. in breuiorib. & Ambroſius in pſalm. trigeſimumſeptimum.

VVLGATA. SAMECH.	LXX. SAMECH.
Vers. 43. Operuiſti in furore, & percuſſiſti nos: occidiſti, nec perperciſti.	*Operuiſti in furore, & perſecutus es nos: occidiſti, non perperciſti.*

Cavsam

CAVSAM reddit, cur vocarit inexorabilem.

OPERVISTI] סכך *Sacach* propriè ſignificat tegere vel re aliqua ſuperpoſita, ſicut caput galea tegitur, vel re aliqua intermedia oppoſita, velut ſepimento aut muro. Hinc factum vt eruditè noſter interpres idem סכותה *Sacothah.* Quod L X X. ſemper ἐπεσκέπασας, imitati Hebræum; ipſe priore loco hoc verſu reddidit; *Operuiſti*, alludens ad prius ſignificatum, & ſequenti verſ. 44. *Oppoſuiſti* reſpiciens ad poſterius, vtrumque aptiſſimè. Operuit, & obtexit Deus vultum Iudæorum cæcitatis velaméto: (ſic Paſcaſius) vt videntes non viderent, & Meſſiam ſuum non agnoſcerēt miſſum, fruſtrà mittendum exſpectantes. Operuit etiam Iudæam exercitibus Romanorum. Nam eadem Metaphora. Exod. 8.6. ranæ dicuntur *operuiſſe terram Aegypti*, & cap. 10.5. de locuſta, *quæ operiat ſuperficiem terræ, ne quidquam eius appareat*. Num. 22.11. *populus operuit ſuperficiem terræ:* & eo reſpiciens Ioël. 2.2. *Propè eſt dies tenebrarum, & caliginis, dies nubis, & turbinis: quaſi mane expanſum ſuper montes populus multus, & fortis*. Et ita Deus Iudæos etiam percuſſit, vt ſequitur.

PERCVSSISTI] fame, peſte, gladio, diſperſione in gentibus, vbique illos perſequens eadem cæcitate offuſa, velamine ſuper cor poſito. Hebraicè, ad verbum *Perſecutus es nos*, vt LXX. noſter effectum indicauit, nempè aſſecutum, nec illos vindicem manum effugere potuiſſe: tale illud Pſalm. 34.6. *Fiant viæ illorum tenebræ, & lubricum: & Angelus Domini perſequens illos.* Conciliatio verſion.

OCCIDISTI] permiſſiuè: quando tot myriades à Romanis paſſus occidi: & ſpirituali morte; quando ſpiritum vitæ illis auferens, mortuam legem reliquiſti, quia vitæ & legis ſpiritualis auctorem in crucem egerunt.

NEC PEPERCISTI] auulſum à patria, templo, regno, ſacrificio, lege, & gratia ſpoliaſti: nec vnquam reſtitues, vſque ad finem mundi. Nam ad tempora poſt CHRISTI mortem hæc pertinere, docet D. Hieronymus.

VVLGATA. SAMECH.	LXX.
Oppoſuiſti nubem tibi, ne tranſeat oratio.	*Oppoſuiſti nubem tibi propter orationem.*

VERS. 44.

Græcum verbum ab aliis vertitur, *Operuiſti*; ſicut in præcedenti verſ. Peccata hominum ſunt, quaſi vapores ex praui cordis humo aſcendentes, quos cor impœnitens non tantùm multiplicat, ſed in nubem condenſat: hæc nubes eſt quaſi ſepimentum, ſeu paries inter Deum & hominem, ne Deus orationem hominis exaudiat, & miſereatur. Hæc firmat chaos magnum, ne ex infœlici damnationis ſtatu Peccata ſũt murus inter Deum & homines. Compar. peccati & nubis.

 vllus

vllus ſe ad beatorum ſedes queat penetrare.Luc.16.26. Solent nubes à rapidis ventris velociter moueri,& fugari: Sed hæc nubes dimoueri nequit, niſi pœnitentiæ clibanus illam in lacrymas pœnitentiæ diſſoluerit; vel attriti cum Sacramento, aut ſine eo contriti,lege Franc. Suarem tom.4.in 3.part.quæſt.85. artic.1. ſect. 4.§.9. Hic *nubes* eſt impœnitens obſtinatio Iudæorum de necato CHRISTO: propter quam Deus ineuitabili decreto ſtatuit, illos non exaudire.

Orationi cœlum aliquãdo clauditur, pœnitẽtiæ nunquam.

NE TRANSEAT] propter cor impœnitens. Iſaiæ 59.2. *Ecce non eſt abbreuiata manus Domini,vt ſaluare nequeat,neque aggrauata eſt auris eius,vt non exaudiat: Sed iniquitates veſtræ diuiſerunt inter vos & Deum, & peccata veſtra abſconderunt faciem eius à vobis ne exaudiret.* R. Nahman in expoſitione Pſalm. dixit; portas cæli quandoque claudi ne tranſeat oratio; pœnitentiæ portas numquam:quia pœnitentia ſemper omnibus patet, ſicut mare volentibus in eo ablui:] ita eſt in hac vita.

VERS. 45.

VVLGATA.	LXX.
SAMECH.	
Eradicationem,& abiectionem poſuiſti me in medio populorum.	*Ad claudendum mihi oculos & abiiciendum.*

Illud vltimum *poſuiſti me in medio populorum,* Græca editio Romana iungit cum ſequenti verſiculo,vt & Aldina: quod repugnat Hebræo contextui, qui nequit incipere per ת: ſed per פ, nempè פצו *aperuerunt.*

Iſrael vt arbor euulſa.

ERADICATIONEM] ſenſus facilis, dediſti me hoſtibus eradicandam & abiiciendam in medium gentilium: ſeu,eradicaſti & diſperſiſti in gentium diſperſionem. Alludit ad metaphoram, qua ſolet Iſraëlem comparare viti plantatæ in terra promiſſionis: Iſai.5. Ierem. 2.Matth.21. & hoc ipſum Prophetæ vaticinati. Pſalm.51.7. *Propterea Deus deſtruet te in finem, euellet te, & emigrabit te de tabernaculo tuo, & radicem tuam de terra viuentium.* Ierem.12.14. *Ecce ego euellam eos de terra ſua,& domum Iuda euellam de medio eorum:* & cap. 18. 7. *Repentè loquar aduerſum gentem, & aduerſus regnum, vt eradicem,& deſtruam,& diſperdam illud:* Intellige igitur Iudæos non eradicatos ſpirituali remedio, & ſalute: quia reliquiæ ſaluæ fient; ſed temporali regno, libertate,& poſſeſſione terræ promiſſionis, quę nunquam recuperabunt. Senſus itaque noſtræ verſionis eſt: euulſiſti vt arborem malè radicibus hærentem, & eradicatam ſic diſperſiſti inter gentes, vt ſolent quæ à terræ ſuperficie ſordes auerruntur, huc illuc leui vento difflatæ diſpelli. Talem enim motum ſignificat Hebræum סחי *Sechi* teſtibus Chaldæo,Iarrio,& Abenezra,qui & ipſi retulerunt ad vagas

ſedes

ſedes & exilia Iudæorum. Non inuenitur alibi in S. S. inde factum, vt de ſignificatione dubitetur, Pagninus vertit *abraſionem,* Arias *nauſeam,* Vatablus Pagninum ſequitur; Iſidorus Clarius noſtrum interpretem: Leo Iudas, ſenſum clarè reddidit, Reiectos & contemptos reddidiſti nos inter populos.] De LXX. mox dicam: radix eſt סחה *Sachah,* quæ tantum ſemel habetur in bibliis Ezech. 26. 4. vbi noſter *& radam puluerem de ea,* quia de muris diruendis agebatur. Sed hoc loco adſpexit ad id de quo ſermo, & aptiùs reddidit argumento rei propoſitæ. Fuerat Iudæorum ſtatus & regnum olim fœliciſſimum & firmiſſimum, ſimile arbori fructiferæ, plantatæ iuxta riuos aquarum: Pſal. 1. 13. plantauerat eos Deus, & radicem miſerant, Ierem. 12. 2. & 17. 8. ſed quia conuerſi in vineam alienam, in ſpuria vitulamina; dicit nunc vento diuinæ vindictæ eradicatos, cauſam pro effectu ponens: niſi enim gens eradicata ſolo fuiſſet, non potuiſſet agi in exilium, hoc eſt auerri, & quaſi ſcopari: ſimile de malis omnibus habes Sap. 4. 4. *Multigena autem impiorum multitudo non erit vtilis, & ſpuria vitulamina non dabunt radices altas, nec ſtabile firmamentum collocabunt. Et ſi in ramis in tempore germinauerint, infirmiter poſita à vento commouebuntur, & à nimietate ventorum eradicabuntur. Confringentur enim rami inconſummati,* &c. Idcirco noſter eradicationi ſubdidit *abiectionem,* ſciens infinitiuum מאוס nominis vice poſitum: *abiectionem* inquam, vt rei ſordidæ, & abominabilis, & ſcopando auulſæ à ſolo, quæ cunctis eſt περίψημα καὶ περικάθαρμα, ramentum & purgamentum, 1. Cor. 4. 13. Non placet quod recentior quidam *eradicatione* putat ſignificare orbationem à marito & liberis: eo quòd liberi locis aliis vocantur parentum radix. Eſto alibi ſic vocentur, vt Geneſ. 11. 30. in Hebræo, Exod. 23. 26. Sed hic de exilio non de orbitate agitur, & in exilium abducti cum matribus liberi, & cum vxoribus mariti. Sed cur LXX. *καμμύσαι με, ad claudendum mihi*? Paniguerola exponit, talem me feciſti, vt præ nauſea cuncti claudant oculos ſuos, nec quiſquam me dignetur adſpicere. Quid ſi efficacius? feciſti, vt memet ita deſpiciam, & mei me diſpudeat; ſicut vomentem vomitus ſui. Reuera volunt à præcedenti verſiculo iſtud dependere, nempè nubem illam interpoſitam, ne Deus miſeriam eius adſpiciat, ſed eam penitùs abiiciat.

Verſionu varietas.

סחה.

IN MEDIO POPVLORVM] noluit contritionem & vilitatem meam latere, ſed conſpicuam eſſe omnibus: ſicut olim fuerat gloria mea.

TROPOLOGIA, Nubis illius explicationem pete à D. Gregorio lib. 28. Moral. cap. 15. ALLEGORIA eſt de CHRISTO, qui in cruce videbatur à patre penitùs derelictus, factus vt vermis & euulſa arbor de terra viuentium, opprobrium hominum, & abiectio plebis.

VVLGATA. | LXX.
PHE. | AIN.

VERS. 49. Aperuerunt ſuper nos os ſuum omnes inimici.

Poſuiſti nos in medio populorum : aperuerũt ſuper nos os ſuum omnes inimici noſtri.

PERSPICVVM mendum eſt Græcorum codicum in quibus hæc tribuuntur litteræ AIN. Nam in Hebræo initialis eſt פ, & ſequentis verſ. eſt ע. Deinde res ipſa id ſatis loquitur, cùm in iſto *oris aperti*, in illo *lacrymantis oculi* mentio fiat. Cur tamen contra ſeriem alphabeti PHE præponatur litteræ AIN, vt & cap. præcedenti, & cap. 4. factum; cùm cap. 1. ordinem alium AIN præpoſito ſeruauerit; fateor me ignorare. Niſi fortaſſis vtrumque veteribus æque in vſu fuerit: ſed in Pſalm. 112. 113. & 119. & Prouerb. 31. ſemper *Ain* videas præcedere. Quare mihi fateor de hoc non liquere.

Ain cur poſt Phe ponatur.

Queritur omnes gentes & nationes factas hoſtes Iudæorum; (nam Iudæi, vt nunc cunctis odio & irriſioni fuerunt) & hoc odium apertione ſeu dilatatione oris oſtendiſſe. Dilatatio oris genus irriſionis eſt notæ: itaque *aperuerunt*, ſcilicet, ad ſolutiùs irridendum & conuiciandum; vel vt feras immanes ad deuorandum. Vide ſupr. Thren. 2. 16.

Dilatatio oris.

VVLGATA. | LXX.
PHE.

VERS. 47. Formido & laqueus facta eſt nobis vaticinatio, & contritio.

Timor & furor factus eſt nobis, tumor, & contritio.

Non priuatam, ſed totius populi calamitatem & inſipientiam luget: eò quod ineuitabilia mala incurrerant. Zedechias enim dum conatur cum Principibus effugere, in hoſtes, quos fugiebat, incidit: idem cum tota gente dum ducunt vanas eſſe minas Oneris prophetici, illud ipſum humeris ſuis impoſuerunt. Laqueos tendebant Prophetis, & ſe illis impedicarunt; Et collabentes in foueam, quam aliis ſtruxerant, more ferarum præcipitarunt: fugientes lineam & pictam formidinẽ, vt ſtolidi onagri, in veri exitij caſſes incurrerunt; & ſic tandem contriti ſunt. Pulchra huius loci explicatio habetur Ierem. 48. 43. *Pauor, & fouea, & laqueus ſuper te ô habitator Moab, dicit Dominus. Qui fugerit à facie pauoris, cadet in foueam : & qui conſcenderit de fouea, capietur laqueo : Adducam enim ſuper Moab annum viſitationis eorum,*

eorum, dicit Dominus. Vbi etiam *pauor & fouea*, vt hic *Pachad & Pachath.* Lectio LXX. eſt incerta. Origenes videtur legiſſe φόβος καὶ βόθυνος timor & turbatio; Romana editio, φόβος καὶ θυμὸς timor & furor; aliæ φόβος καὶ θάμβος timor & ſtupor, Symmachus πτόησις καὶ θυμὸς formido & furor. Duo hic adhuc notanda. Primò VATICINATIONEM hic ſignificare quod prophetia minabunda, quæ ſolet *Onus* dici. Nam D. Hieronymus videtur legiſſe השאת *Haſeth,* cum puncto in ſiniſtro cornu, deducens à radice נשא *Naſa*: Nec audiendi Liranus, Lateburius, & Reuchlinus, qui corrigunt; *vaſtatio:* nulli enim codices Latini ſic habent, & Hieronymus, Richard. Rupertus, DD. Thomas & Bonauentura legerunt *vaticinatio*: & LXX. quoque videntur legiſſe, vt noſter, cum vertunt ἔπαρσις tumor, quia *Naſa* ſignificat: Leuare ſeu attollere: vnde & ONVS Hebraicè משא aſſumptio ſeu eleuatio; quia prophetia huiuſmodi ſignificat, quaſi quandam oneris eleuationem; (vt docui lib. 4. Magic. Diſqui. cap. 1. quæſt. 2. ſect. 2.) Onus autem, cùm abiicitur ab humeris, vt graue quid, ſolet conteri terræ illiſum: ideò *vaticinationi* coniungitur CONTRITIO. Senſus itaque dum Iudæi Prophetica *onera* contemnunt, & auerſantur, ipſos factos eſſe *oneri* Deo, qui laborauit diu illos ſuſtinens: Sed tandem velut feſſus abiecerit, & ſic contriuerit. Sic illos adimpletioni & euentui prophetiæ cauſam præbuiſſe, & vaticinia illis in contritionem conuerſa; quos Deus tam proteruos proiecerit & terræ alliſos inſtar vaſis teſtacei confregerit. Ierem. 23. 33. *Vos eſtis onus: proyciam quippè vos, dicit Dominus:* & verſ. 38. *Quia dixiſtis ſermonem iſtum: Onus Domini, & miſi ad vos dicens, Nolite dicere Onus Domini, Propterea ecce ego tollam vos portans*, & mox; *Et dabo vos in opprobrium ſempiternum, & in ignominiam æternam, quæ numquam memoria delebitur.* Ecce vaticinium, & contritionem; cuius ſimilitudinem explicat Dauid, Pſal. 101. 11. *quia eleuans* (vt onus) *alliſiſti me*, (ſolo.)

Vaticinatio pro onere.

משא.

Secundò nota *laqueum* poni pro quibuſuis inſidiis, vt & foueam comprehendat, quam hoc loco etiam ſignificat vox Hebræa, פחת. Notanda vt dixi alluſio dum fugit פחד timorem, incidit in פחת foueam. Sic Iſaiæ 24. 17. *Formido, & fouea, & laqueus ſuper te, qui habitator es terræ. Et erit, qui fugerit à voce formidinis, cadet in foueam, & qui ſe explicauerit de fouea, tenebitur laqueo.*] Nimirum ab eo mutuatus Ieremias hic & dict. verſ. 43. Hiſpani explicant, *ſaltar de la ſarten, en las braſas.* Quod Ammiano teſte dicebant veteres, *tendere de fumo ad flammam,* meritò dicit vetus prouerbium fuiſſe, quo Plato vſus lib. 8. de republ. quando quis vt leue & incertum malum vitet, ſe præcipitat in certum exitium.

Laqueus.

Adag. de formidine in foueam, & de fouea in laqueum.

VVLGATA. | LXX.

PHE.

VERS. 48. Diuiſiones aquarũ deducit oculus meus in contritione filiæ populi mei. || *Emiſſiones aquarum deducet oculus meus ſuper contritionem filiæ populi mei.*

Pſal.118.136. *Exitus aquarum deduxerunt oculi mei:* hoc eſt elicia &
פלגים. riuos copioſos, id enim ſignificat פלגים *Pelagim.* Oculi mei dicit fuderunt riuos lacrymarum; dum aſſiduè deplorant peruerſitatem cordis, ruinam peccati, & contritionem vaſtationis populi mei. Sic
Contritio populi. ſumitur contritio. ſup.c.4. *in contritione filiæ populi mei.* Chaldæus *filiam*
Filia pro congregatione. explicat cætum ſeu congregationem.

TROPOLOGICE has aquarum diuiſiones enarrat S. Gregorius circa principium. 4. Pſalmi Pœnitentialis, & part.3. Paſtoralis Admonit. 30.

VVLGATA. | LXX.

AIN. | PHE.

VERS. 49. Oculus meus afflictus eſt, nec tacuit, eò quòd non eſſet requies. || *Oculus meus abſorptus eſt & non tacebo, eo quòd non ſit requies.*

SYMMACHVS aſſiduitatem lacrymarum declarat, & explicat Hebraiſmum, *nec tacuit*, & cauſam clarè proponit, ita vertens, ὁ ὀφθαλμός μου ἐπέμεινε: καὶ οὐκ ἐπαύσατο, τῷ μὴ εἶναι ἄνεσιν. *Oculus meus immoratus eſt,* (luctui:) *& non ceſſauit* (à fletu:) *eò quod non eſſet remiſſio.* (malorum, quæ numquam remiſſiora, ſed acerbiora ſuccedebant) LXX. pro *afflictus*, eſt, κατεπόθη *abſorptus*, ducta metaphora ab iis, qui in aqua ſuffocantur, quaſi dicerent oculus meus copia lacrymarũ ſubmerſus fuit. Hebræum נגרה *Nigerah* ſignificat defluere, & defluxu quaſi præcipipitari & abſorberi.

NEC TACVIT] quantumuis maxima eſſet copia lacrymarum, numquam tamen deſiit fluere, vel exaruit, materiam nouo ſemper ſufficiente dolore, & proinde nulla à lacrymis vacatione conceſſa: Hebraiſmum Symm. explicuit.

REQVIES] ceſſatio, vel remiſſio vindictæ diuinæ.

VVLGATA. | LXX.

AIN.

VERS. 50. Donec reſpiceret, & videret Dominus de cælis. || *Donec reſpiciat, & videat Dominus de cælo.*

Non

Non eſt cur τὸ DONEC pro *vt* accipiamus in propriè, neque hic, neque in Pſalmorum locis ſimilibus. Pſal.109.1. *Donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum:* & Pſal. 122. 2. *Oculi noſtri ad Dominum Deum noſtrum donec miſereatur noſtri:* Sed propriè pro quoad vſque.q. d. non deſierunt flere,neque deſinent donec exoremus. Interea cum ipſarum calamitatum procella certabit cõtinuus imber lacrymarum. Spei anchoram retinebo,ſi fortè tandem nos Deus adſpiciat de cęlis, per denſæ illius nubis iræ (de qua ſup.v.44.) rimulas oculos miſericordiæ tranſmittens (quod inſinuat verſio LXX. *διακύψῃ καὶ ἴδῃ, reſpiciat & videat:*) Propitio adſpectu intueatur populum ſuum,eiúſque miſertus miſeriæ ſuccurrat. Similis eſt locus Iſai.62.v.1. *Propter Sion non tacebo, & propter Ieruſalem non quieſcam: donec egrediatur, vt ſplendor iuſtus eius:* & verſ.7. *Qui reminiſcimini Domini, ne taceatis, & ne detis ſilentium ei, donec ſtabiliat*, &c. Donec.

VVLGATA.	LXX.
AIN.	
Oculus meus deprædatus eſt animam meam in cunctis filiabus vrbis meæ.	*Oculus meus racemabit ſuper animam meã præ cunctis filiabus vrbis.*

VERS. 51.

LXX. pro *depradatus*, ἐπιφυλλιεῖ, racemabit. Symmachus teſte Origine, *κατεπόντισάν με τὰ δάκρυα*, demergunt vel ſuffocant me lacrymæ. Metaphora,quam dixi, v.49. L X X. verò ſignificant oculum inſtar vindemiatoris diligentiſſimi:qui nec vnum botrum omittit, nihil animæ reliquum virium,vel lætitiæ reliquiſſe: quod ipſum ſatis indicat noſter verſione ſua,niſi quod aptè admodùm addat hanc racemationem violentam fuiſſe. Hebræum עוֹלְלָה *Ollelah.* Omnes has metaphoras admittit. Senſus itaque oculos depopulatos omnem ſuccum & ſpiritum vitalem. Scitis illud, *Triſtitia exſiccat oſſa.* Quid ſi iugis lacrymatio accedat?

IN CVNCTIS] Hebræum *Mikol*, poteſt ſignificare, *præ cunctis*, id eſt,pluſquam omnes filiæ: vel *propter cunctas*, hoc enim ſignificat: *In* vel *à.* q. d. dum ſigillatim ſingularum Iudææ vrbium & vicorum deuaſtationem defleo. Nam minores vrbes vocantur Ieroſolymæ filiæ,quæ metropolis. Sic Chaldæus,D.Thom.Rupert. Liran. Latebur.Vatabl.Pintus, & alij.

TROPOLOGICA eſt interpretatio de concupiſcentia ex incauto & vago fœminarum conſpectu, de qua Hieronym. hîc, Gregor. lib.21. Moral. capit. 2. Petrus Damian. epiſtol. 15. capit. 26.

VVLGATA.	LXX.
SADI.	TZADE.
Venatione cœperũt me quaſi auem inimici mei gratis.	*Venantes venati ſunt me, quaſi auem omnes inimici mei gratis.*

VERS. 51.

Cõtinuatio.

INTER Iudæorum ſcelera non minimum fuit, quod in Ieremiam rectè monentem cõmiſerunt: quare, cùm ſcelera fuerint cauſa publicæ punitionis, meritò publicis tribulationibus priuatas ſuas permiſcet. Nam ad litteram hæc accipio de Ieremia, cum Origene, Paſcaſio, Ruperto, Lateburio, & aliis.

VENATIONE] laqueos & inſidias falſæ accuſationis mihi poſuerunt, s̃.36.26. *Præcepit Rex Ieremiel filio Amelech, & Saraiæ filio Ezriel, & Selemiæ filio Abdeel, vt comprehenderent Baruch ſcribam & Ieremiam Prophetam: abſcondit autẽ eos Dominus,*] ad tempus: nam poſtea paſſus capi Ieremiam ad portam Benjamin à Ieria filio Selemiæ, c.37.12. de huiuſmodi conſiliis corũ queritur c.11.19. hic elegans eſt παρονομασία Hebræorum צוד צדוני *Stod Tzaduni*, venando venati, & LXX. θηρεύοντες ἐθήρευσάν με.

Comp aucupis.

QVASI AVEM] aucupi ergo cõparat illos in quorũ iniuſta odia incurrerat: contra Dauid ſe euaſiſſe narrat pedicas huiuſmodi, *Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venantium.* Pſal.123.7.

Gratis odiſſe vel iniquè odiſſe.

GRATIS] nulla in re per me læſi, ſed multis mihi beneficiis obſtricti, nihil etiã commodi de mea conſecuturi morte, alibi noſter reddit fruſtrà, aut iniquè. Prouerb.24.28. *Ne ſis teſtis fruſtrà contra proximum tuum.* Pſ.37.21. *multiplicati ſunt, qui oderunt me iniquè.* Vbi licèt D. Ambroſ. notet diſcrimen inter gratis odiſſe, & iniquè odiſſe, ſemper Hebraicè eſt idem חנם *Chinem.* Sed Græcè illic ἀδίκως, hic δωρεάν. Hiſp. debalde y ſin proueccho, o ſin cauſa. Pſ. 34.7. *gratis abſconderunt mihi interitũ laquei mei: ſuperuacuè exprobrauerunt animam meam.* Pſal. 108.3. *expugnauerunt me gratis.* Pſ.118.161. *Principes perſequuti ſunt me gratis.*

Perire, quid.

ALLEGORIA eſt de CHRISTO, vt volunt D. Hieron. & Olympiodorus hic & Ruffin. in Symbolum circa medium. Obſtrepit Figueirus, illud in ſeq. verſu, *dixi*; *Perij*, non poſſe adaptari CHRISTO. Quaſi non ipſemet ſit queſtus, ſe à Patre derelictum, & exclamarit, *Conſummatum eſt?* quid aliud, *Eli, Eli, Lamaſabatani?* vt quid dereliquiſti me? quo puto reſpexiſſe LXX. v.54. cùm pro, *Perij* verterunt ἀπῶσμαι, repulſus ſum; qua voce vertũt verbum Hebræũ גזר *Gazar*; quo Hebræis etiam ſignificatur *abſciſſio* eodem ſenſu. Nam Pſal. 88. ſecundum Hebræos 6. LXX. & noſter vertunt repellere: ſed Iſai. 53. 8. noſter vertit idem verbum; *abſciſſus eſt de terra viuentium.* LXX. verò, *tollitur de terra vita eius.* αἴρεται, vt etiam vertit D. Lucas Actor. 8.33. Vbi noſter, *ſublatus eſt.* Vnde apparet abſcindi à vita, repelli vel derelinqui à Deo, & perire pro iiſdem capi & ſignificare

ἀπῶσμαι. גזר. Abſcindi à vita repelli à Deo.

ficare dumtaxat mortem certam & auxilio deſtitutam.

Tropologiam pete à Diuo Gregorio lib.26.Moral.c.32.

VVLGATA. SADI.	LXX.
Lapſa eſt in lacum vita mea; & poſuerunt lapidem ſuper me.	*Occiderunt in lacu vitam meam, & impoſuerunt lapidem ſuper me.*

Vers. 53.

Tamquam iam mortuus, aut ſaltem certò moriturus fui demiſſus funibus in tetrum & cænoſum carcerem; qui erat in laci ſeu ciſternæ modum defoſſus, & adeò anguſtus, vt me vix in eo poſſem commouere; quem illi mihi ſepulcri potiùs loco, quàm cuſtodiæ deſtinabant. q. d. viuum ſepeliuerunt. Loquitur de carcere in domo Melchiæ, de quo Ierem. 38. 6. vbi v.9. expreſsè dicitur in eum miſſus, vt ibi fame moreretur. Illic quidem lapidis impoſiti non fit mentio, ſed moris id fuit, vt Daniel. 6.17. *allatúsque eſt lapis vnus & poſitus ſuper os laci.* tum ne poſſent exire, & ne vllâ luce fruerentur; deníque vt ſcirent illic ſibi moriendum. Ea eſt vis vocis Hebrææ צמת *Tzamath* ſuccidit, excidit: ideo LXX. ἐθανάτωσαν, *occiderunt*. Ex hac phraſi pendet interpretatio loci pſal.68.16. *Eripe me de luto: vt non infigar: libera me ab iis, qui oderunt me, & de profundis aquarum. Non me demergat tempeſtas aquæ, neque abſorbeat me profundum: neque vrgeat ſuper me puteus os ſuum.* hoc eſt lapide clauſum & profundo demerſum luto, ſuffocatum aquis, tegat & opprimat. בור *Bor* ſignificat carcerem anguſtum, puteum, lacum, foueam, ſepulchrum. Chald. *iecerunt lapidem in me.* quod expono ſuper me, ſenſu quo noſter: non de lapidatione cum Quinquarboreo. Nam quod in Ægypto lapidatus ſcio, ſed id accidit poſt hæc tempora.

Ieremiæ carcer. — Putei pro carcere lapide obturabantur. — Locus pſ. 68.16. — בור.

VVLGATA. SADI.	LXX.
Inundauerunt aquæ ſuper caput meum: dixi: Perij.	*Supereffuſa eſt aqua ſuper caput meum: dixi, repulſus ſum.*

Vers. 54.

Maximæ tribulationes & creberrimæ ita me obruerunt, vt etiam vltra verticem meum aſcenderent, & me iam iamque merſuræ viderentur. Pſalm.68.2. *intrauerunt aquæ vſque ad animam meam. Infixus ſum in limo profundi, & non eſt ſubſtantia. Veni in altitudinem maris & tempeſtas demerſit me.* Pſal.87.7. *Super me confirmatus eſt furor tuus: & omnes fluctus tuos induxiſti ſuper me.*

Aquæ tribulationes.

Periſe & abſcindi à Deo

DIXI: PERII] cogitaui prorsùs mihi in eo lacu pereundum: quia ſic eſſem à Deo derelictus & repulſus. vide quæ dixi ſ. v. 52. in allegoriâ, de hac voce, גזר. Ezechiel. 37. 11. *Perijt ſpes noſtra, & abſciſſi ſumus.* Sumptá Metaphora à texentibus qui, cùm finiunt, licium abſcindunt. habes Iſaiæ 38.12. *præciſa eſt, velut à texente, vita mea; dum adhuc ordirer, ſuccidit me.*] hinc orta fabula trium Parcarum ſtamina vitæ nentium & ſuccidentium.

Parcarũ fabulæ origo.

ALLEGORIA: cogitate quomodo CHRISTVM captum *venatione ceperunt gratis*; quomodo in tribunalibus & in atriis Caiphæ & Pilati *inundauerunt aquæ ſuper caput eius*; quomodo in cruce dicit, *perij*, querens ſe derelictum; quomodo in ſepulcro clauſo & obſignato potuit dicere, *Lapſa eſt in lacum vita mea*, &c.

VVLGATA. COPH.	LXX. COPH.
VERS. 55. Inuocaui nomen tuum Domine de lacu nouiſſimo.	*Inuocaui nomen tuum Domine de lacu infimo.*

IN hoc meo vltimo carcere Deus preces ad te fudi. NOVISSIMO] Hebræum תחתיות *Tachtioth* ſignificat valdè profundum, à radice תחת *Tachath* ſubter vel inferiùs. noſter, vt ambiguitatem tolleret, reſpexit ad hiſtoriam, quia poſterior puteus priore carcere Ieremiæ altior fuit: & legimus d.c.38.6. eum ibi in imo cæni infixum. R. Salomon (vnde neſcio) affirmat fuiſſe 166. pedum altitudinis. Meritò itaque LXX. vocant *lacum imum* ſeu infimum. Alij vertunt *lacum profunditatum* hoc eſt valdè profundum: alij *lacum inferorum*, eodem ſenſu quoad Ieremiam. Sic pſal. 87.7. *poſuerunt me in lacu inferiori*. Sic Ionas ventrem cæti profundum, vocat *ventrem inferi* cap. 2.3.

תחת. Ieremiæ vlt. carcer. verſiones conciliatæ.

ALLEGORIA: in cruce ſuſpenſus CHRISTVS Dominus orauit Deum pro crucifigentibus, & pro totius humani generis liberatione. ait Apoſtolus: *in diebus carnis ſuæ* (hoc eſt quamdiu vixit) *preces ſupplicationéſque ad eum, qui poſſit illum ſaluum facere à morte, cum clamore valido, & lacrymis offerens, exauditus eſt pro ſua reuerentia.* Hebr. 5.7. lege S. Cyrill. Alexandrin. lib. 10. in Ioan. cap. 9.

VVLGATA. COPH.	LXX.
VERS. 56. Vocem meam audiſti: ne auertas aurem tuam à	*Vocem meam audiſti. Ne abſcondas aures tuas ad deprecati*

ſingultu meo, & clamoribus.	*precationem meam.*

In Complut. & Regiâ optimè hîc verſus in Græco diſtinguitur, iuxtà noſtram verſionem & fontem Hebræum : in quibus ſatis clara omnia.

VOCEM MEAM] ſubmiſſo qui me de lacu liberaret Abdemelch Æthyope. lege d.cap.38.Ierem.à v.10.

NE AVERTAS] itaque nunc etiam exaudi me; ne obtures aures tuas, vt non exaudias orationem meam gemitu & valido clamore comitatam; ſingultu & ſuſpiriis potiùs, quàm verbis contextam. Chaldæus explicat, vt ſaltem reſpirare queam & te deprecari. quod durius eſt. etiamſi placuerit viro erudito. LXX. iſtud *à ſingultu meo* non tranſtulerunt,eſt tamen in Hebræo : fors per *δέησιν* intellexerunt orationem cum clamore & ſuſpiriis fuſam; qualis ſolet eſſe indigorum & egenorum. nam *δέομαι*, *indigeo*; inde, traductum ad oratione͂:

ALLEGORIAM poſui ex d.v.7.cap.5.

VVLGATA. COPH.	LXX.
Appropinquaſti in die quando inuocaui te: dixiſti, Ne timeas.	*In auxilium meum appropinquaſti: in die, qua inuocaui te, dixiſti mihi, ne timeas.*

VERS.57.

Nihil moratus carceris mei profunditatem, tenebras, horroremq; ad me ſuppetias laturus acceſſiſti: & internâ inſuper locutione firmaſti.

DIXISTI] LXX. addunt *mihi*,quod certè ſubaudiendum fuit.Dei *dicere* eſt facere. Senſus itaque, interno inſtinctu reddidiſti me ſecurum, & animo meo timorem mortis abſterſiſti: Poſſet etiam explicari,dixeras enim mihi olim ne timerem: iuxta illud Dei Ierem.1.17. *ne formides à facie eorum: nec enim timere te faciam vultum eorum*,&c.Sed præſtat capere vt dixi, vt reſpiciat ad hiſtoriam d.cap.38. quando per Abdemelech eum Deus eripuit.

Dicere pro facere.

ALLEGORIAM de CHRISTO pete hîc à D. Hieronymo; quoad TROPOLOGIAM de efficacitate orationis cum gemitu digna lectu Nauarrete ſuppeditabit.

VERS.58.

VVLGATA. RES.	LXX. RESCH.
Iudicaſti Domine cauſam animæ meæ, redemptor vitæ meæ.	*Iudicaſti Domine iudicia animæ meæ: redemiſti vitam meam.*

Iudicare cauſam animæ.

PERGIT narrare ſuas à populo perſecutiones, & Dei liberantis beneficium.

IVDICASTI] Hebraicè; *rixatus es Domine rixas animæ meæ.* Hiſp. *tu as ſenor renido pormi. as tomado mi pendentia por tuya.* Iudicare cauſam animæ duo poteſt ſignificare. Primò ferre ſententiam in fauorem, Secundò vlciſci ab opprimentibus. Deus primò modo iudicauit, quando per Regem, agente Æthyope, Ieremiam iuſſit carcere educi, & quotidie vno pane dato ali. Sic eum redemit à fame.d.c.38. Secundò autem modò, quando ſpeudoprophetam interfecit, c. 18. 17. & Ieremiæ perſecutores Regem ac alios in manus Nabuchodonoſoris tradidit, c.vlt. Sicut Ieremias prædixerat.

VERS.59.

VVLGATA. RES.	LXX.
Vidiſti Domine iniquitatem illorum aduerſum me: iudica iudicium meũ.	*Vidiſti Domine turbationes meas: iudicaſti iudicium meum.*

Conciliatio verſionum.

Senſu conueniunt. nam LXX. & Hebræus attenderunt ad Ieremiam patientem; noſter & Chaldæus ad Iudæos peruerſè illum opprimentes.

עותא.

INIQVITATEM] עותה *Auatha* propriè ſignificat peruerſitatem, ſiue calumniam qua quis in iudicio euertitur: dolos & machinationes quibus Iudæi contra Ieremiam vſi, vt cùm finxerunt eum transfugere ad hoſtes cap. 37.18. item fingere prophetiam & diſſoluere corda militum. cap.38.4.& cap.43. 2. LXX. ταραχὰς exaſperationes ſeu turbationes: noſter *iniquitatem*, nempe calumnias (vt dixi) & tyrannicas actiones quando cæſum & captum conati fame necare. d. cap.38.

Imperatiuus pro futuro.

IVDICA] diſcernes inter cauſam illorum & meam. iſtud & ſequentia non ſunt imprecantis, ſed prophetantis quæ futura. itaq; ſunt imperatiui pro futuris, iuxta canonem propheticum, vide quæ dixi Threni 1.v.20.& 22.

VVLGA

VVLGATA.	LXX.
RES.	
Vidiſti omnem furorem, vniuerſas cogitationes eorum aduerſum me.	*Vidiſti omnem vltionem eorum; in omnes cogitationes eorum in me.*

Vers.60.

Complutens. & Regij clariùs *& omnes cog.* in Hebræo eſt aſyntheton, ſubaudienda copula, etiam in noſtro.

OMNEM FVROREM] furibundè acerbis odiis in me ſæuientium, tamquam à me, non beneficijs, ſed iniuriis atrocibus affecti. Vox Hebræa ſignificat vindictam ſeu vltionem à radice נקם *Naqam* vt vertit noſter pſal. 18. 48. & hîc LXX. ἐκδίκησιν. Sed vltionem Hebræi de quauis rabientis ſæuitiâ vſurpant, vt & vltorem pro truculento. Pſal. 8. 3. *vt deſtruas inimicum & vltorem.* Vltio pro ſæuitia vltor quid.

COGITATIONES] Chald. Scelerata ſtudia. nempe calumnias & Strophas, dicentium; *Venite & cogitemus contra Ieremiam cogitationes, & percutiamus eum linguâ, & non attendamus ad vniuerſos Sermones eius.* cap. 18. v. 18. & 20.

Hæc ALLEGORICE de CHRISTO, TROPOLOGICE de animâ explicat Olympiodorus in Catenâ.

VVLGATA.	LXX.
SIN.	CHSEN.
Audiſti opprobrium eorum Domine, omnes cogitationes eorum aduerſum me.	*Audiſti opprobrium eorum, omnes cogitationes eorum aduerſum me.*

Vers. 61.

NON ſolum animo mihi mala machinati fuerunt, ſed etiam in verba contumelioſa, & facta ignominioſa prorupe-runt; quorum nihil te latuit; ſed omnia cognouiſti clariſſimè.

DOMINE] Hebraicè eſt יהוה, Græcè nihil ei reſpondet.

VVLGATA.	LXX.
SIN.	
Labia inſurgentium mihi, & meditationes eorum aduerſum me tota die.	*Labia inſurgentium mihi, & meditationes eorum aduerſum me tota die.*

Vers. 62.

Dependet à præcedenti, & ſubaudiendum, *audiſti Domine.* LABIA] obloquia, & ſuggillationes, & increpationes, & inſultationes. Labia. Inſurgere.

INSVRGENTIVM MIHI] contra me, Chaldæus. qui me pedibus

 ſubiicere

ſubiicere,& conculcare conabantur. Gen.8. 4. *conſurrexit Cain contrà fratrem ſuum*. Pſalm.17.40. *Supplantaſti inſurgentes in me.*

Meditationes] conarus,ſtudia. חגה *Haga* ſignificat meditari & ſedulò mente pertractare.

Vers.63.

VVLGATA.	LXX.
SIN.	
Seſſionem eorum; & reſurrectionem eorum vide, ego ſum pſalmus eorum.	*Seſſionem eorum,& reſurrectionem eorum, inſpice in oculos eorum: retribues eis retributionem Domine iuxta opera manuum ſuarum.*

De verſione & lectione LXX. Multiplex hîc diſſenſio occurrit Græcorum codicum. Nam Aldinus,& Vaticanus primò illud *inſpice* iungunt cum ſequentibus quod Complut.& Regius iungunt præcedentibus, ἀναςάσιν αὐτῶν ἐπίϐλεψον ἐγὼ; vt & Hebræa & Chaldæa hodie: ſed hoc parui momenti eſt: Secundò, quod maioris eſt, in Aldino & Vaticano eſt, ἐπίϐλεψον ἐπὶ ὀφθαλμοὺς αὐτῶν, pro eo quod habent Complut.& Regius ἐγὼ ψαλμὸς αὐτῶν; quod eſt conſentaneum Hebræo & Chaldæo: Potuit eſſe vetus & facilis error librariorum ex ἐγὼ ψαλμὸς, facere ἐπὶ ὀφθαλμοὺς. Theodoretus hîc intercidit. Origenes & Olympiodorus legerunt vt habet Vaticana; ille exponit,eram eis etiam grauis ad videndum;iſte, inſpice in ſcopum & propoſitum eorum, quia propoſitum & finis eſt velut oculus animi. Tertio Aldinus & Vaticanus, *retribues eis*,&c. adhuc tribuunt litteræ ש: vnde ſequeretur, litteræ ת tantùm relinqui duos verſiculos. Sed Complut. & Regius tribuunt illa ſequenti litteræ, quemadmodùm Hebræa & Chaldæa,quod acroſtychidi conſentaneum,quæ inchoatur, תשיב.

Seſſio & reſurrectio. Sessionem] quia quicquid homo agit, cogitat, loquitur; id ſolet agere, cogitare, loqui,ſurgens, ſedensve (hoc eſt operans vel quieſcens:) ideo Hebræi cuncta dicta, facta, cogitata comprehendunt ſeſſionis & reſurrectionis vocabulis. Petit ergo vt intueatur omnia eorum ſtudia, nempe cogitationes,verba, & opera: quod ſolent Latini dicere; *ioca, ſeria noſſe*: id eſt ſiue ocientur, ſiue aliquid tractent.

Ioca,ſeria. Locus Pſal. 138 2. Pſalm.138. 2. *tu cognouiſti ſeſſionem meam, & reſurrectionem meam.* quod explicat ſequenti verſu; *Intellexiſti cogitationes meas de longe: ſemitam meam, & funiculum meum inueſtigaſti.* (hoc eſt ſtudia, & functiones) *Et omnes vias meas prænidiſti: quia non eſt ſermo in lingua mea.* ſcilicet quem non præuideris.

Adag. Eſſe Pſalmum aliorum. Locus pſal. 68 13. Psalmvs eorvm] modulamen Chaldæus hoc eſt materia riſus, dicteriorum, & cantilenarum. Iob. 30. 9. *In eorum canticum verſus ſum, & factus ſum eis in prouerbium.* Pſalm.68. 13. *Aduerſum me loquebantur qui ſedebant in porta* (honoratiores, qui in portis iudicia exercebant)

bant) *& in me pſallebant, qui bibebant vinum*, hoc eſt etiam nepotes qui genio indulgebant, & à ſeriis erant alieni.

Allegor. eſt de Christo crucifixo, in quem omnes blaſphemabant, Principes & Sacerdotes, latro & prætereuntes; *Vah! qui deſtruit templum*, &c.

VVLGATA. THAV.	
Reddes eis vicem Domine, iuxta opera manuum ſuarum.	

Vers. 64.

LXX. Seruarunt paronomaſiam, ἀποδώσεις ἀνταπόδομα. *retribues retributionem*: Sed noſter, quam non inuenit in Hebræo, non cenſuit ponendam.

Conſideratâ Ieremias præteritâ crudelitate Iudæorum in ipſum; quæ typus erat futuræ in Christvm; extremum eis pro iſtis meritis exitium per Romanos inferendum, vaticinatur. Sic Origines, D.Hieronymus, Rupertus, & Aquinas, meliùs longè quàm Liranus, & Lateburius, qui, cum Rabbinis, capiunt de excidio Chaldæorum per Cyrum.

Vicem] condignam facinoribus retributionem, malis malam vt addit Chaldæus. Sic pſalm.27.4. *Da illis ſecundum opera eorum, & ſecundum nequitiam adinuentionum ipſorum. Secundum opera manuum eorum tribue illis: redde retributionem eorum ipſis*: imperatiui pro futuris. Iſaiæ 59.18. *Sicut ad vindictam quaſi ad retributionem indignationis hoſtibus ſuis, & viciſſitudinem inimicis ſuis: inſulis vicem reddet*. Sicut fecerint, patientur. talionem accipient.

Retributio, in malum.

Vicem reddere.

VVLGATA. THAV.	LXX. THAV.
Reddes eis ſcutum cordis laborem tuum.	*Reddes eis tegumentum, cordis mei laborem.*

Vers. 65.

„ Chaldæus: dabis eis vexationem cordis, & afflictio tua fatigabit
„ illos.] Verum quidem eſt, quod ait: ſed mentem prophetæ non videtur aſſecutus. Malo exponere; obteges, & circumdabis illos mentis hebetudine, ſtultitiâ, & excæcatione, quam vocat *ſcutum cordis*, non protegens à calamitate; ſed à bono, impediens ne concionatorum veritatis iacula in mentes eorum penetrent. Adſpicit enim ad velamen, quod Iudæis impoſitum, quod Iſaias prædixerat, cap.6.9. *vade, & dices populo huic: Audite audientes, & nolite intelligere: & videte viſionem,*

Iudæorum velamen & excæcatio.

Iſaiæ locus. 6.9.

nem, & nolite cognoſcere. Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua: & oculos eius claude: ne fortè videat oculis ſuis, & auribus ſuis audiat, & corde ſuo intelligat, & conuertatur, & ſanem eum. Vbi pro *excæca* Hebraicè eſt השמן *Haſcmen* impingua, incraſſa (nam שמן *Scaman* pinguedo) & LXX. ἐπαχύνθη incraſſatum eſt cor: & ſic Chaldæus, iuxta nonnullos, טפיש *Tepiſch* inpinguatum. ideo patet excæcationem hanc nihil aliud eſſe, quam mentis quandam obeſitatem, & hebetudinem ad credendum, & obſtructionem quæ impediat cæleſtis doctrinæ influxum, & obſtruat radiis lucis Euangelicæ. idcirco rectè noſter *Scutum*, & LXX. ὑπερασπισμὸν, q. d. Scuti ante pectus vel ſupra caput

מגן. prætenturam. Hebræum *Magen* מגן deducitur à themate גנן *Ganan*,

גנן. tegere & operire inſtar Scuti, iuxta RR. Ioſeph & Dauid Kimchi, & Salomonem Iarrium. Qui Hebræa norunt, ſtatim intelligunt acutam

נגינת. alluſionem. quia Hebræis pſalmus ſeu cantillatio dicitur נגנת *Negi-*

מגינת. *nath*; Scutum verò, vnius litteræ mutatione, מגנת *Meginath*. Concinnè igitur propheta: Ego illis fui pſalmus *Neginath* (Sup. v. 63.) ideo tu illis æquâ lance rependes *Meginath* Scutum. Vel ſanè, dabis illis pro lætitiâ & cordis dilatatione, mærorem ac cordis oppreſſionem. Quid enim luctuoſius aut lethalius, eſt, tali cæcitate?

Labor. LABOREM TVVM] afflictionem, paſſionemque. Nam CHRISTI exceſſus & perpeſſiones vilipenſi Iudæis, obſtinationem, & peruicaciam miſerorum augent, atque confirmant. Eo ipſo enim quòd viderunt eum in carne paſſibili, & formâ ſerui tam multa tam ignominioſa ferre ac perpeti, magis indurati ſunt, vt crederent Meſſiam non eſſe, vt Rupertus inſinuat. Aptiſſimè verò vocat *Laborem*, quem triginta quinque annis laborauit ſuſtinens, vt loquitur Iſaias cap. 1. 14. &

תאלחך. תאלחך *Thalathacha*, non deducitur à radice אלה imprecari ſeu exe-

אלה. crari, vt volunt nouatores; ſed à radice לאה *Laah*, moleſtari, affligi,

לאה. laborare.

Peccata sũt labor. Deo. TVVM] Sic eſt Hebraicè, & Chaldaicè, quia, vt noſter, referunt ad ipſum Deum; qui κατ᾽ ἀνθρωποπατίαν laborat ſuſtinens & quaſi ſubſeruiens hominum peccatis. Iſai. 1. 14. *laboraui ſuſtinens*, dicit Dominus & luculentiſſimè cap. 43. 24. *Seruire me feciſti in peccatis tuis, præbuiſti mihi laborem in iniquitatibus tuis.* & ſic accipio quod Complut. & Regij libri habent καρδίας μόχθον cordis laborem, ſeu, vt Lati vnâ voce, *cordolium*. alij libri καρδίας μου μόχθον, *cordis mei* laborem, de ipſo prophetâ: quod minùs conſentaneum noſtro, & fonti.

VVLGATA.

THAV.

VERS. 66 Perſequeris in furore, & conteres eos ſub cælis Domine.

LXX.

Tu perſequeris eos in ira, & abſumes eos de ſub cælo Domine.

Fruſtrà

Fruſtrà verò vindictam tuam conabuntur effugere : veſtigiis illorum inſiſtes, à tergo ſemper illos inſequeris : deſcribit hoc Dauid. Pſalm.82.14. *Deus meus pone illos vt rotam : & ſicut ſtipulam ante faciem venti. Sicut ignis, qui comburit ſiluam : & ſicut flamma comburens montes: Ita perſequeris illos in tempeſtate tua : & in ira tua turbabis eos.* Seneca in Herc. Furente :

Vltor Deus effugi nequit.

" *Sequitur ſuperbos vltor à tergo Deus.*

Nec *ſequitur* tantùm, ſed aſſequirur. Ideò veteribus Nemeſis (quàm vt Deam vindictæ colebāt) ineuitabilis, ἀδράστεια Νέμεσις, vt ait Pauſanias, ἀπὸ τοῦ μηδὲν αὐτὴν ἀποδιδράσκειν, quod eam nihil effugiat ; vel (iuxta Euſtathium) διὰ τὸ τῆς θείας δίκης ἀναπόδραστον, quoniam diuinæ vltionis nullum ſuppetat effugium.

Nemeſis ineuitabilis.

Conteres] LXX. *abſumes* ἐξαναλώσεις, vt ignis ſtipulam. Hebraicè deſolabis, diſperdes , à radice שמם *Scamam*, quæ non differt ſignificatione à ישם *Iaſcham*, vult ſignificare ſe planè annihilaturum, vt nec puluiſculus ſuperſit, locutio Hyperbolica : dixerat indurādos, addit conterendos , quod durarum rerum eſt proprium, & quidem pertinaces *duplici contritione*, Ierem.17.18. in hac & futura vita.

Svb cælis domine] Hebraicè *de ſub calis* , hoc eſt penitùs vbiuis locorum , ex rerum natura diſperdes. *Domine* legunt omnes Græci & Latini libri, nec audiendi ; qui malunt *Domini* , q.d. de ſub cælis tuis. Sicut Exod.24.1. *Aſcende ad Dominum*, id eſt ad me. Sed illic Deus ipſe de ſe loquitur , vt de tertio : hic Ieremias Deum alloquitur : nec neceſſarium eo confugere.

De ſub calis.

Allegoricvs eſt ſenſus de Christo & Iudæorum pertinacia ſecundum quoſdam : mihi potiùs hic videtur litteralis,& continuari cum cap. ſequ.

Tropolog. De ſcuto pertinaciæ multa S. Gregor.d.cap.30. & homil. 22. in Euangelia.

Pertinaciæ ſcutum.

THRENI ſeu CAP. IV.

ARGVMENTVM: ET CONTINVATIO.

Capite ſuperiore narrauit qualia & quanta ipſe paſſus, vt Iesv Christi *figura: addidit de pœna cæcitatis; quam, propter Meſsiæ ſui necem, Iudæi erant incurſuri: nunc nobis prophetico ſpiritu & more, quaſi iam geſtum proponit excidium gentis per Romanos, & hoc acerbè deplorat: de qua re legendi Ioſephus Gorionides, qui Hebraicè hoc deſcripſit; Fl. Ioſephus Matthiæ F. qui Græcè; Hegeſippus, qui Latinè, Proſa; & Petrus Apollonius, qui Latino carmine. Sic omnes alphabeti optimè cohærent: nec cogimur dicere eadem ſæpiùs repeti aut inculcari: multò minùs cogimur cum B. Iſidoro, R. Salomone, & multis aliis interpretari de Rege Ioſia: quæ interpretatio refellitur, quia præcedentibus capitibus defleuit clades acceptas regibus* Sedechia *& Ioakim: cur igitur ad hyſteroproteron confugiunt dicentes, cum hiſtoriæ perturbatione, quæ priùs acciderant, poſteriùs defleta? Præterea quando Ioſias occiſus, nondum Iudæi grauius peccarant quàm Sodomitæ rigidè loquendo, quod dicitur hic verſ. 4. Neque tunc hoſtis ad vrbem acceſsit, nec matres filiis paſtæ, & alia ſimilia, quæ hic deplorat. Quod argumentum validum eſt contra illos; qui litteralem ſenſum non ad prophetiam, ſed ad nudam hiſtoriam rerum iam præteritarum referunt.*

VVLGATA. ALEPH.	LXX.
Vers. 1. Quomodo obſcuratum eſt aurum, mutatus eſt	*Quomodo obſcurabitur aurum, mutabitur argentum*

color

color optimus, diſperſi ſunt lapides ſanctuarij in capite omniũ platearum. || *bonum? Effuſi ſunt lapides ſancti in Principio omnium viarum.*

INCIPIT à Sacris, & deplorat deflagrationem templi: cœpit incendium iniecta à milite haſta ignita in feneſtram auream, fruſtrà conato Tito prohibere, vt narrat Ioſephus, & ex eo Apollonius Collatius libr. 4. his verſibus: L.

Templi vltimum excidium.

---labentia tandem
" *Vota ducis (ſiue hic caſus: ſeu * numinis illa*
" *Mens fuit) erexit: facti non cognitus auctor:*
" *Sed leuis accenſo penetrauit lancea ferro*
" *Secum alimenta trahens; patuláque excepta feneſtra*
" *Interiore loco (ſic ſors dabat) arida carpſit*
" *Fomentis adiuta ſuis: volat ilicet ignis*
" *Altior, & partes (dictu mirabile) totas,*
" *Vndique materiam nactus, rapit. atra feneſtris*
" *Exundat fumi nubes, atque æthera fuſcat.*

* Hoc verũ, vt benè Ioſephus.

Accidit Auguſti decima, qua die olim à Nabuzardan fuerat incenſum. Seuerus lib.2. Sacræ Hiſtoriæ cæteris repugnat, cùm vult Tito placuiſſe templum dirui: credendum potiùs Ioſepho Matthiæ lib.7. de bello Iudaico cap.9. & 10. & Bengorioni lib.2.c.26. Hegeſippo. lib.5.cap.42. Glycæ lib. 3. Annal.

OBSCVRATVM] fuligine propter incendium.

AVRVM] auro refertum, ſplendens & collucens omne templum: de vocabulis Hebræis aurum ſignificantibus abundè egi in Cant. cap.5. verſ.11.

COLOR] Hebraicè כתם *Ketem*: quid ſignificet, Hebræi Grammatici certant, & adhuc ſub iudice lis eſt. R. Salomon exponit ſupellectilem vaſorum aureorum, *baxilla*. R. Iona margaritas, *perlas*: alij, *annulum*. Noſter, optimè in re obſcura, retulit ad auri ornatum: vt ſit ſenſus de colore probatiſſimæ auri tincturæ; nam Aqu. ſolet כתם vertere, *βάμμα* hoc eſt tincturam, vulgò *eſmalte*: & quia ſic ſolet aurum candore puriſſimo exornari, LXX. ad hanc tincturam reſpicientes vertunt, *ἀργύριον*. Nec enim puto illos legiſſe כסף *Keſeph*. Noſtra verſio poteſt etiam intelligi de probatiſſimo & rutilantiſſimo auri fulgore.

כתם.

DISPERSI,] diſiecti huc illuc.

LAPIDES SANCTVARII,] Duæ ſunt interpretationes bonæ. Nam tertia de gemmis ſacerdotalibus, non placet; quia has numquam milites abieciſſent, ſed ſumma cura ſibi ſeruaſſent: reliquarum duarum; vna eſt de ſaxis inauratis & marmoribus pretioſis quibus templum conſtructum fuerat, quæ per triuia & compita conculcanda diſiecerant. Altera, vt hæc ſint dicta per Metaphoram; *Aurum* ſit

Metaphoræ expoſitio Auri.

Coloris optimi. ſit ſapientia; *color optimus*, religio Iudæorum antiqua; quæ duo planè tenebris obſita, & fuligine infuſcata fuerunt, poſt IESV necem nefariam. Per *lapides ſanctuarij* intelligi Sacerdotes & Leuitas, qui vel occiſi & inſepulti in compitis & plateis abiecti, vel venundati, vel in captiuitatem abducti; vel etiam alij ciues Sionij, de quibus id vaticinatus Ieremias cap.14.16. *& populi quibus prophetant, erunt proiecti in viis Ieruſalem, præ fame, & gladio, & non erit qui ſepeliat eos.* Sic etiam B. Petrus Chriſtianos vocat lapides Eccleſiæ 1.Canon. 2.5.

Lapidũ ſanctuarij.

Caput plateæ. IN CAPITE OMNIVM PLATEARVM] vix plateam videas, aut viſas, quin ſtatim ſtrata cadauera occurrant. Nam *caput* pro *initio* poſitum. Iſaias cap.51.20. *Filij tui proiecti ſunt, dormierunt in capite omnium viarum.*

ALLEGORIAM optimè proponit D. Hieron. TROPOLOGIAM Gregorius p.2. Paſtoral. curæ, admon. 7. & in Euangel.hom.17. & lib.18. Moral.cap.20. lib.27.cap.26. lib.34.c.8.

VVLGATA.	LXX.
BETH.	BETH.
VERS. 2. Filij Sion inclyti, & amicti auro primo: quomodo reputati ſunt in vaſa teſtea opus manuum figuli?	*Filij Sion inclyti eleuati in auro, quomodo reputati ſunt in vaſa teſtea, opera manuum figuli.*

DIXERAT de lapidibus pretioſis Sionis: aptè tranſit ad filios Sion, tum quoniam in Hebræo magna eſt ſimilitudo vocum אבנים *Abanim* lapidum, & בנים *Banim* filiorum: tum quia ſicut domus lapidibus, ſic familias huis aiunt ædificari: ideò illis *ædificare domum*, ſignificat filios gignere, vt habes Deuteron.25.9. & Exod.1. docui Geneſ. 16.2. Igitur vel intelligunt hoc verſiculo deſcribi calamitatem principum & nobilium iuuenum, ſine vlla Metaphora, vel cum Metaphora. Per Metaphoram ſenſus eſt, quomodo qui priùs ſtrennui & fortes virtute, decori ſapientia; nunc ignaui, & fragiles ad peccandum ſic Origen. hom. 9. in Num. Sed iſta mihi Tropologica videtur. Sine Metaphora; quomodo iuuenes ſtrennui, & fortes, nobiles, & opulenti, auro, quo veſtiti erant, pulchriores; vel, qui auro incluſi videbantur more pretioſarum gemmarum; vel auro puriſſimo pretioſiores; nūc ſqualore, ſitu, pedore obſiti, vaſorum vilium more ab hoſtibus ignominiosè ſunt habiti (ſic Chald. & Origines hic.) Omnes iſtæ interpretationes coniungi poſſunt, propter Hebrææ vocis latitudinem, de qua ſtatim.

אבנים. בנים. Ædificare domum.

INCLYTI] Hebraicè, pretioſi.

AMICTI

Amici avro] המסלים בפז *Hamſulaim Baphaz*, quod ſi deducas primam vocem à שמל cum puncto in ſiniſtra, שמלה ſignificat *veſtem*, quod noſter interpres ſecutus. Si verò à radice משל *Maſchal, aſſimilari*, tunc indicatur comparatio cum auro, hoc videntur ſequi Chaldæus, qui, *ſimiles erant*, & L X X. qui vertunt ἐπηρμένοι ἐν χρυσίῳ: quod Origenes explicat hîc, auro pretioſiores, eodem ferè ſenſu Nazianzenus orat. 1. de pace, exponit ἀντιτιθεμένοι, qui auro pretioſiſſimo oppoſiti; ſcilicet (vt Latini dicunt) quos contra aurum non carum: nec abludit Olympiodorus hîc, qui cenſet aurum pro quauis re pretioſa poni, & metaphoram duci ab his quæ in ſtatera appenduntur, q.d. ex aduerſo poterant rebus pretioſiſſimis appendi. Conciliatæ verſiones.

In vasa testea] figlinis nihil fragilius, nihil vilius: ideò poteſt comparatio inſtitui iuxta vtramque vaſorum teſtaceorum proprietatem. Iuxta priorem, cùm agatur de vltimo Iudæorum excidio, à quo numquam reſtituti; ſicut vas teſtaceum ſemel contritum non poteſt redintegrari. Iſaiæ 30.14. *Comminuetur ſicut cõteritur lagena figuli contritione perualida: & non inuenietur de fragmentis eius teſta, in qua portetur igniculus de incendio, aut hauriatur parũ aquæ de fouea:* (Sic Theodoretus) ſignificatũ id à Ieremia, iuſſu Dei, verbis & actione c.18.10. *Et conteres laguncula in oculis virorum, qui ibunt tecum. Et dices ad eos: Hæc dicit Dominus, exercituum: Sic conteram populum iſtum, & ciuitatem iſtam, ſicut conteritur vas figuli, quod non poteſt vltra inſtaurari.*] Iuxta poſteriorem proprietatem videtur non minùs apta explicatio, ſi dicamus inſtitui antitheſim; qui priùs erant in Sione (domo Domini) vaſa in honorẽ, nempe aureæ pateræ & crateres; facti ſunt vaſa ignominiæ, nempe teſtaceæ matulæ & viles ollulæ: iuxta illud Apoſtoli, ad Rom. 9. 21. *An non habet poteſtatem figulus luti, ex eadem maſſa facere aliud quidem vas in honorem, aliud verò in contumeliam.* hoc eſt vnum in vſus honeſtos, aliud in inhoneſtos & ſpurcos. & ſic *ollas* Latini vſurpant pro vili & muliebri parientia, vt in illo ſecúndum nonnullos, *olera olla legit*; & in Hiſpanico *quãdo no puede ſeruir de olla ſirue de cobertera*, ſi non vtilis patellæ, erit operculo. clarè hæc fuit ſententia Paraphraſis Chaldaæ hoc loco, non quam habes in Regiis bibliis, ſed melioris „ editæ & verſæ à Quinquarboreo his verbis, profani eos percuſſe„ runt in cubilibus ſuis: ex eis etiam nonnullos quod eis delectationi „ eſſent, contemplati ſunt propter illorum formam egregiam, *vel*, & ex „ illis contemplati ſunt etiam, quos pepererant mulieres pulchros, ad „ delectationem ipſorum.] Significat non virginibus modò, ſed & adoleſcentibus turpiter abuſos victores. Notum quàm hoc vitio non milites tantum, ſed & ipſe Titus eorum imperator infamis. ſimilia habes inf. cap. 5. verſ.13.

Cõparatio vaſis teſtacei. Vaſa ignominiæ. Ollæ pro partibus inhoneſtis.

Tropologiam pete ab Origin.d. homil.9. in Numer. & aliam à S. Bernardo ſermone ſecundo de verbis Apoſtoli, Non eſt verbum Dei.

VVLGATA.	LXX.
GHIMEL.	GHIMEL.
Vers. 3. Sed & lamiæ nudauerunt mammam, lactauerunt catulos ſuos: filia populi mei crudelis, quaſi ſtruthio in deſerto.	*Etiam dracones nudauerunt mammas: lactauerunt catuli eorum filias populi mei in incurabile, quaſi ſtruthio in deſerto.*

Impietas matrū Hieroſolymitanarum. Lamiæ. TRANSIT ad alterum ſexum, quem docet impietate & crudelitate τῆς ἀστοργίας, ſuperaſſe truculentiſſimas feras, & obliuioſiſſimas fœtus. Cùm *Lanias* dicit, vnam ſpeciem ponit pro toto genere; nempè eam de qua multa crudelia vulgò circumferebantur, vtpotè vorare homines, præcipuè infantulos, vmbilico tenùs eſſe muliebri ſpecie, deorſum ferinâ; mammis muliebribus. Lege quæ ſcripſi de *lamiis* in Comm. Tragædiarum Senecæ in Medeæ v.732. quæ cùm legeris, ridebis ſcio nugacitatem, vel miſereberis ignorantiæ recẽtioris illius interpretis; qui hoc loco multa de Chaldæa fera truncantis curſu arbores, & quæ à laniando Lamia dicatur: cur nõn ergo Lania? neſciebat Græcam eſſe vocem, qua Diodorus Siculus, Duris, Euripides, Philoſtratus, Dion, Strabo, & alij vſi: à Græcis Lucilius fortè primus Latio intulit. Hoc ergo dicit: feris etiam truculentiſſimis non deeſſe in fœtus materna viſcera; quæ matribus Hieroſolymitanis defuerunt. Nam iſtæ; quædã lactare abnuerant, eo quòd vbera exaruiſſent; vel potiùs, quod ipſæ ſibi lac ſuum mulgerent & potarent; quædam etiam, quæ vtero effuderant paruulorum corpuſcula, ipſæ vorarunt. Dixi ſpeciem pro genere poſuiſſe noſtrum. Nam Hebraicè eſt תנין *Tannin*, per Syncopen pro
תנין. תנינים *Taninim*; quòd ſolet noſter vertere *dracones*. Symm. hic vertit *Sirenes*, vt & LXX. Iſaiæ 13. vlt. Sed Iſai. 34.14. LXX. *Sirenes*, noſter
Sirenes. לילית. *dracones*: ibidem vocem Hebræam לילית *Lilith*, LXX. *onocentauros*;
Strix. noſter & Symmachus, *Lamiam* vertunt; recentiores *ſtrigem*, Aquila & Theodotion, *erinnim* ſeu furiam. Puto *Tannin* ſignificare, quoduis ſæuum, & ſolitarium, & grande monſtrum; quod, ſi nocte graſſetur, etiam *Lilith* dici ſolitum.

LACTAVERVNT CATVLOS SVOS] hæc lectio eſt conſentanea Hebræo fonti: & ſic Græca poſſunt capi, ſi ἐθήλασαν interpretemur *lac dederunt*, vt licèt; & legamus θυγατέρες, & iungamus cum ſequentibus, hoc pacto: ἐθήλασαν σκύμνους αὐτῶν: θυγατέρες λαοῦ, &c. quo pacto iſta legit, & accepit Theodoretus. Si verò legamus vt habet editio Romana; θυγατέρας λαοῦ μου, &c. tunc alia eſt ſententia, nempè quod catuli draconum, (nempè alienigenæ & hoſtes) lactauerunt filias Ieruſalem, (hoc eſt lac illis dederunt;) vel, quod ſuxerunt lac Hieroſolymitanarum debitum filiis propriis. Nam ἐθήλασαν etiam ſignificat

gnificat lac acceperunt, ſeu ſellarunt, vt veteres loquebantur. Et hoc ſenſu Chaldæus exponit; etſi loquatur obſcuriſſimè: noſter optimè omnium reddidit.

CRVDELIS] LXX. εἰς ἀνίατον; *ad incurabile*; q.d. deuenerunt ad extremum periculum; ita inualuit malum, vt medicinam reſpuat. Hebr. *in crudelem* לאכזר *Leaqzar:* facta eſt, tam crudelis in liberos, quàm ſolet eſſe in deſertis Lybiæ paſſer marinus.

QVASI STRVTHIO] יענה *Iaanah*, in plurali יענים *Iehenim*, vt hic habemus; quid ſignificet, non tam veteres, quàm nouatores controuertunt, quidam volunt ſignificari quamlibet auem ſolitariam; ſed non omnes aues ſolitariæ crudeles in filios ſunt, vt patet de pelicano: alij *vlulam* vertunt, ſed nugantur ad ſonum attendentes: alij *cuculum*, digni conuitio ruſticorum Horatij Poëtæ. Quid ſcribant neſciunt, qui pullos à cuculo fame necari ſcribunt: non necat, ſed meliùs curucæ fouendos ſupponit. Optimè noſter & LXX. *Struthionem* vertunt, vt & Symmachus. Struthio & Struthiocamelus idem ſunt. Fallitur Nauarrete contra ſentiens. Deſcribunt eum Plinius lib. 10. Natural. hiſtor. cap. 1. Oppianus Cyneget. lib. 3. in fine, ſed neuter ἀστοργίας accuſat. Ælianus autem lib. 14. hiſtor. animalium etiam feruidum prolis amorem tribuit. Ego S.S. potiùs crediderim, quæ docet oua & pullos à matre nõ ſecùs negligi ac ſi mater non foret. Iob. 39. verſ. 13. *Penna ſtruthionis ſimilis eſt pennis herodij & accipitris. Quando derelinquit oua ſua in terra, tu forſitan in puluere calefacies ea? obliuiſcitur quod pes conculcet ea, aut beſtia agri conterat. Duratur ad filios ſuos, quaſi non ſint ſui, fruſtrà laborauit nullo timore cogente. Priuauit enim eam Deus ſapientia, nec dedit illi intelligentiam.*] Qua de re dicam nonnulla adagio. 276. Sanè Patres Orthodoxi crudelitatem, non charitatem erga prolem tribuunt Struthioni, vt Olympiodor. & Gregorius in Iob. Hieronymus, Paſcaſ. & alij hic, Hugo de S. Victore Inſtit. Monaſt. lib. 1. c. 27. Videndus etiam hac de re Franc. Valeſius ſacræ Philoſophiæ cap. 55. Meo itaque animo comparationis vis iſta eſt: ſicut Struthio oua & pullos negligit; ſic etiam mulieres haſce curam filiorum omnem abieciſſe, & obduratas ad eorum lamenta quaſi non eſſent ſui, mox dicam clarius. TROPOLOGICE per Lamias ſignificantur hæretici; prout traditur à SS. Hieronymo, & Paſcaſio hîc; & Gregorio lib. 19. Moral. cap. 13. per Struthiones verò hypocritæ, vt optimè Gregorius in dict. cap. 39. Iob, & Hugo Victorinus dict. c. 27.

Struthiocamelus, & Struthio idem. יענה.

Hæretici, lamiæ. Hypocritæ Struthiones.

* * *

VVLGATA.	LXX.
DALETH.	DALETH.
VERS 4. Adhæſit lingua lacten-tis ad palatum eius in ſiti: paruuli petierunt panẽ, & non erat qui frangeret eis.	*Adhæſit lingua lactentis ad palatum eius in ſiti: paruuli petierunt panem: qui frangat non eſt eis.*

OSTENDIT quomodo liberorum curam matres neglexerint; in vtroque lamiis & ſtruthiocamelis deteriores. Lamiæ catulos lactant, iſtæ potiùs paſſæ ſunt infantulos ſiti emori. Struthiones ſuos negligunt pullos, ſed ſtoliditate & obliuione naturali, vt Iobi verbis ſuperioribus indicatur: iſtæ Medeæ merâ crudelitate, qua nec fletu & blandâ balbutie puerulorum moueri ſe paſſæ. Sic lactentes defecti liquore vberum, gradientes verò Solidiore cibo deſtituti paſſim in publico & domi interierũt. Thren.2.11. *Effuſum eſt in terra iecur meum ſuper contritione filiæ populi mei, cùm deficeret paruulus & lactens in plateis oppidi.*

Adhæret lingua palato pro ſumma ſiti.

ADHESIT] non tam quia matrũ vbera arentia, vt loquitur Oſeas; quàm quia ſibi malebant, vt dixi v.3. phraſis eadem habetur, Iob.19. 20. *Pelli meæ conſumptis carnibus adhæſit os meum:* de ſumma macie. Pſal.21.16. *Aruit tanquam teſta virtus mea, & lingua mea adhæſit faucibus meis.* Ezech.3.26. *Linguam tuam adhærere faciam palato tuo:* ariditate præ metu & igne afflictionis.

Locus Iob. 19.20. Locus Ezech. 3.26.

IN SITI] præ ſiti & ariditate.

PERIERVNT] vt ſ. Thren.2.12. *Matribus ſuis dixerunt: vbi eſt triticum & vinum? cum deficerent quaſi vulnerati in plateis ciuitatis: cùm exhalarent animas ſuas, in ſinu matrum ſuarum.*

QVI FRANGERET] quia præceſſit comparatio truculentiſſimarum lamiarũ, & ſtolidorũ paſſerum marinorum: in d. verò Thren.2. v.11.& 12. non adduntur huiuſmodi ſimilitudines, ſuſpicor plus hoc Threno.3. dici. Videlicet illic in Threno 2. deſcribi matres quæ non habebant, & daturæ ſi haberent: hic verò deſcribi matres nomine, re belluas; quæ, ne ſibi decederet, nec minimum, quid cum filiolis volebant diuidere. Idcircò etiam illic dicuntur in ſinu matrum animas exhalaſſe: hic autem nihil tale, vt intelligamus abiectos lactentes, & abactos domo puerulos grandiores. *Panem frangere*, Hebræis idem quod partiri, & elargiri. Iſai.58.7. *Frange eſurienti panem tuum*; quod Ezech.18.16. dicit *dare panem eſurienti.* Act.2.46. *Frangentes circa domos panem, ſumebant cibum cum exultatione.* Vnde Euchariſtiæ diuiſio & porrectio ſolet vocari Fractio panis, vt quidam capiunt illud. Luc. 24. 35. *Cognouerunt eum in fractione panis*; quia præceſſerat verſ.30. *accepit panem, & benedixit, ac fregit, & porrigebat illis.*] De quo ibi plura.

Frangere panem.

TROPO

Tropologiam pete à D.Gregorio lib.1.Moral.cap.21.de eleemoſynæ commendatione multa hîc Nauarrete.

VVLGATA. HE.	LXX. HE.
Qui veſcebantur voluptuosè, interierunt in viis: qui nutriebantur in croceis amplexati ſunt ſtercora.	*Qui veſcebantur deliciis, perierunt in viis: qui nutriebantur ſuper coccinea, amplexati ſunt ſtercora.* Vers.5.

Nec paruuli tantùm paſſi famem, ſed & adulti. patres ipſi & matresfamiliarum inediâ conſumpti corruebant in plateis, non pauperiores tantum, ſed & illi, quibus res domi lauta, & ſoliti quotidiè ſplendidè epulari; hi perierunt tabe inediáque conſumpti dum attoniti,& ſemimortui,& planè deſolati circumeunt; Sic Græca,Hebræa, & Chaldæa iungi poſſunt. de hac fame quanta fuerit, legendi Fl. Ioſephus lib.7.de bello Iudaico cap.7. Bengorion lib. 2. cap. 52. Euſebius hiſtor.Eccleſ.hiſt.lib.3.c.6. & terſis verſibus Apollonius Collatius d.lib.4. Fames Hieruſalē obſeſſæ à Romanis.

» *Iámque abſumpta Ceres ad triſtia pabula vulgus*
» *Cogere poſt omnes vulſis radicibus herbas,*
» *Poſt armenta: nihil fœdum ſibi venter inanis*
» *Cenſuit, immundóſque canes,& viſcera equorum.*
» *Eſuriit: cúmque* * *hoſte ſuo feruentibus vndis* * Ideſt catto.
» *Educti* * *cæcis mures bullire latebris.* * Sic corrigo.
» *Ah facies miſeranda loci! fluitantia colla*
» *Paruulus infælix miſeræ inter brachia ponens*
» *Orat opem matris, fruſtráque arentia ſugit*
» *Vbera. poſcit opem coniux defecta maritum*
» *Viribus. Orat hians pauper, vicóſque per vrbis*
» *Nequiquam laſſis tundit vagus oſtia palmis.*

benè,& verè. Sed non æquauit cladem verſu,vt noſter.

Interiervnt in viis] hoc graphicè Apollonius:

» *At magis atque magis miſerum per compita vulgus*
» *Deficere. hîc alios durâ conſiſtere terra*
» *Exanimes,alios ægrè ſuprema mouentes*
» *Lumina,& extremis ſingultibus exhalantes*
» *Aſpiceres vitam. Superabat copia lethi*
» *Tanta rogos: nec iam congeſta cadauer* * *foſſas* * Hypallage eſt.
» *Accipiunt: pars magna iacens neglecta ſub ipſo*
» *Æthere deſeritur.*

Qvi nvtriebantvr] אמן *Aman* in Kal ſignificat *nutrire, educare*, à fide quæ in nutriendo requiritur. (Vnde Hiſpanicum *Ama*;) אמן. Ama Hiſp.

 opponit

opponit delicatam educationem, vili vitæ fini. ſterquilinium pro cubili illis fuit, quibus olim crepundia & faſciæ ex purpurâ. Sunt qui interpretentur, *Veſtiebantur:* quia *nutriri* aliquando ſignificet *veſtiri*, & adducunt pro exemplo illud Sap.7. 4. *in inuolumentis nutritus ſum & curis magnis.* Scio veſtes alimentis annumerari à Iureconſultis, & ſæpe ſub victu amictum comprehendi, ſed hîc nihil neceſſe, & minus in illo Salomonis vbi Græcè habes ἀνεστράφην. Sunt alij qui *nutriri* hoc loco reſtringunt ad vnum munus aſſæ nutriculæ, quod conſiſtit in geſtatione ſeu baiulatione. Mouentur, quia Eſaiæ 60.4. LXX. vertunt, *filiæ tuæ ſuper humeros portabuntur*, cùm Hebraicè ſit; *filiæ tuæ iuxta latus nutrientur*, & noſter vertit, *de latere ſurgent*, id eſt eleuabuntur in altum à nutricibus brachiis ſubleuatæ, aiunt. Ego verò non libenter reſtringo latitudinem ſacræ Scripturæ, & refero ad omne munus nutricularum, quæ illos vlnis ſuper cocco baiulabant; quæ in cunas reclinantes cocco tegebant; quæ creſcentes & gradientes cocco veſtiebant: & ſic iugiter in cocco enutriebantur Iſaiæ verba ſenſum alium habent, vt illic docendum.

Nutriri an pro veſtiri.

Nutriri an pro geſtari.

In croceis] non auſum ſollicitare lectionem, quæ exſtat in Complut. Regiis, & Romanis libris; & ita Hieronymus, Richard. Anſelmus, vtraque gloſſa, Paſcaſius & alij Patres Latini legerunt. Sed moneo valdè probabili coniecturâ, Fr. Riberá ad c. 2. Nahú cenſuiſſe legendú hoc loco; *cocceis*; quæ vox ſatis Latina, cùm eâ vſus ſit Lápridius. Ná vt *croci* appellatio ad coccú extendatur placere nequit: (& ſi Gellius lib.2.c.26. tam croceum, quàm oſtrinum rubro adnumeret:) quia vt colore, ſic nomine Hebræis differunt. *Crocus* Hebræis כרכם *Charkom* Cant.4.14. Vnde fit מכרכם *Mechurkam* croco tinctus ſeu croceus. Hîc verò habemus תולע quod ſignificat coccum, vt vertunt LXX. ἐπὶ κόκκων. in pannis coccineis vt Chaldæus exponit. Cur igitur noſter *in croceis*? Velim ij qui profeſſi, ſe ex Hebræo & Chaldæo explicaturos Threnorum librum; quod in titulo ſui operis tam magnificè ſpondent, id præſtitiſſent: ſed piſce magis hîc muti. Suſpicor noſtrum interpretem ſenſum reddere voluiſſe potiùs quàm verba, & ad rationem oppoſitionis attendiſſe. cùm enim in *croco* duo ſint conſiderari, aptiora *color* & *odor*. *color*, qui luteus eſt, à quo veſtium denominatio, *crocota*, *crocotula*, & infectores *crocotularij*, & fortè Iuris conſultorum *crocuphantia*; in quibus per reticulorum plagulas exundant crocina ſeu crocata ſericea fulcimenta, l. 2. D. de auro & arg. lega. *Odor*, qui ſuauiſſimus flori, vnde fit vnguentum crocinum probatum Athenæo, Dioſcoridi & Plinio; & inductæ etiam in Scenam croci per Syphones ſparſiones, vt vocat Seneca, quæ notæ ex Martiali, & Spartiano. Igitur quia de ſtercoribus ſequitur, & in iis non tam color, quàm odor abominabilis; ideo *crocum* maluit opponere; cuius odor ſuauis, qui in *cocco* nullus, vel exiguus & hebes. Quod ad rem attinet ſenſus idem ſi *cocceis* legas, vel *croceis*: nempe quibus olim cubile in roſâ, vt Latini dicebant; iis poſtea in fimeto aut ſterquilinio fuiſſe.

Cocceus.

Crocus. כרכם.

Interpres noſter cur *Croceū* verterit pro *cocceo*.

Crocota & crocotula, crocotularij, Crocuphantia.

Locus l. 2. de auro & arg. Lega.

Crocinum.

Sparſiones.

Porro

Porrò quia mentio Hebrææ vocis חולע hoc loco, placet breuiter de hac & cognatis diſſerere ad vſum ſtudioſorum ſacræ Scripturæ & quæ addi poſſunt, olim à me ſcriptis ad Senecæ Medæam v.99. Tria ſunt apud Hebræos vocabula valdè cognata, puniceum ſeu rubrum colorem indicantia, ſed non eundem; quæ omnia tria habentur ſecundùm recentiores Exodi 25.4. & Exod. 26.1. ארגמן, חולע, שני, *Argomon, Thola', & Scani.* dixi, ſecundùm recentiores: nam S.Hieronymus & LXX. illic non שני, ſed שני quod numerale eſt legerunt, meliùs vt ſtatim dicam: Sed illud tertium *Schani* inuenitur Geneſ. 28.v.22.2.Reg.1.24.& Iſai.1.18.

Locus Exo. 25.4.

Ex his ארגמן puto eſſe nomen generis & ſpeciei; generis, vt etiam alia duo complectatur (Arabicè *Argouon*; Chaldaicè *Argauono*) ſicut *Purpura* Latinis, & πορφύρα Græcis aliquando generale nomen eſt, vt 3.Eſdræ 3.6.Prouerb.31.22.Daniel.5.Sæpe, & 2.Machab.4.38.& Luc. 16.19. Specificè ſeu ſtrictè ſumitur, cùm opponitur cocco ſeu חולע, & tunc Hebrææ, Græcæ, & Latinæ voces ſignificant certam ſpeciem, quam Latini vocant, *purpuram, muricem, oſtrum, buccinum*; quæ licèt ex variis oſtrodermis extracta coloris viuacitate nonnihil differant; receptum tamen eſt, *purpura* nomine cenſeri: vt patet ex Vlpiano.l.ſi cui lana.de lega.3. *Blattam* quoque Sidonius huc retulit, vt & Caſſiodorus: ego dubito. nam nomen ſatis indicat, ad vermiculum ſpectare. Hæc purpura ſtrictè ſumpta Tyria, ſeu Sarrana vocata, quod ibi eius origo & præcipua æſtimatio, ex conchylij ſanguine: à quo *purpura marina* dicitur, 1.Machab. 4.23. & ſic puto capi ſtrictè, quando vel agitur de Regiis veſtimentis: vel diſtinguitur à cocco vt in Exodo & Leuitico non ſemel. Sequor etiam RR.Ionâ & Sahadiam, qui volunt ארגמן idem eſſe cum *Laka* לכא: ſed כרמן *Karmen* ſeu Carmeſinum non diſtingui à vermiculo, licèt Kimchi ea confundat.

ארגמן. Genericum & ſpecificũ. Purpura generice & ſtrictè ſumpta. πορφύρα Genericè, & ſtrictè ſumpta. Oſtrum, murex, buccinum. Blatta. Locus 1. Machab.4.23. Laka. Karmeſinũ

Deinde חולעת *Tholaath*, à radice חלע *Thala*, ſignificat in genere vermem, vt patet ex pſalm. Secundùm Hebr. 22.7. *Vbi noſter ego autem ſum vermis*: niſi (quod mihi vehementer placeret) reſtringamus ad vermiculum cocci, cuius ſimilitudo patientis CHRISTI amori, & ſanguinis eius efficacitati optimè conuenit, quo animæ purificatæ ſplenderet caritate. Propriè ſumpta vox, quando de colore agitur, ſignificat vermiculum tinctorium, qui Græcis κόκκος, Latinis *coccus* vnde fit coccinum, cocceum, & coccineum. de quo iſta Plinius, *Omnes tamen has eius; dotes ilex ſolo prouocat cocco, granum hoc, primóque ceu ſcapus paruæ aquifoliæ ilicis: cuſculium vocant: penſionem alteram tributi pauperibus Hiſpaniæ donat.* lib.16.cap.8. Vbi Dalechamp. emendat *Quiſquilium*, Hiſpanis hodie, *coſcojo*. huius vnum genus quod celerrimè in vermiculum ſe mutat, & idéo ſcolecion dicitur, eodem auctore lib. 24.c. 4. Vbi quod improbatum addit, intellige vſui medicorum, non infectorum. cum in vermiculum ſe mutauit ſeu cùm (vt alij loquuntur) è cocco vermiculus eruperit, vino inſpargitur & areſit, & in puluerem contunditur fucandis lanis optimum. Vnde patet quid inter coccum & vermiculum rigidè interſit. ex cocco gignitur

חולעת. חלע. Locus pſal. 22.7. Vermiculus. Coccus. Cuſculium.

Coccus & vermiculus an idem. Vermiculus diſtinctus à purpura. Cocus diſtinctus à purpura. In Nouo Teſtamento nulla vermiculi mētio. Conciliantur Ioan. & Marcus; cū Matthæo.

vermiculus: & omnis vermiculus cocci nomen habet,ſed non omnis coccus vermiculi, niſi illud quod σκωλήκιον. Sed ſolet hoc diſcrimen in ſacris litteris κατὰ μετονυμίαν non curari. In veteri teſtamento coccus & vermiculus indiſcriminatim vſurpantur, vt quando *vermiculus à purpura* diſtinguitur illa ſpeciali Leuit. 14. bis & ſæpius Exod. 35. 36. 38.& 39.item quando coccum ſeparat ab eâdem purpurâ, idque tam in nouo teſtamento in quo nulla mentio fit vermiculi, ſed ſolius cocci Apocal.17.4.& 18.12.& 16.quam in veteri Exod.26.verſ.4. & 26.1. item 2.paralip. 3.14. Igitur omnis *coccus* eſt purpuræ ſpecies,& proinde non poſſunt hæc conuerti: Quare verum eſt SS.Ioan. 19.& Mar. 15.Dominum à militibus purpurâ indutum: quia purpuræ vox latè ſumitur, & color tantùm indicatur qui Phæniceus ſeu puniceus,hoc eſt ruber valdè: & verum etiam quod S. Matthæus tradidit c.27.28. indutum chlamydem coccineam, quia nobis materiam etiam tincturæ voluit indicare,quæ ſpecies purpuræ,vt dixi. Nec temerè hoc additum, quia cauſam ſcommatis blaſphemi ſic docuit, eos quaſi falsò Regi irriſionis cauſa,non purpuram propriè Regiam (quæ ex murice ſeu oſtro) ſed aſſimilatam militaris paludamenti, impoſuiſſe.

Purpura regia quæ. Cocci vſus promiſcuus.

Regum (vt arbitror) peculiaris color fuit Sarrana purpura ſeu Tyria: coccus verò ditioribus in vſu promiſcuo: vnde apud Martialem,

Coccina famoſæ donat & ianthina moechæ

Coccinam Regibus in vſu, non memini me legere. Romani Imperatores non coccilegos,ſed murilegulos habuere: Iudic.8.26.de veſtibus Regum Madian & Cant. 7. 5. Vocatur Regum purpura,& vtrobique eſt ארגּבן. docui id ex variis ſcriptoribus Commentar. in Senecæ Thyeſtem v. 345. quod de ſolidâ veſte accipiendum: nam clauum purpureum milites veſtimentis aſſuiſſe ſcribit Dorotheus Abbas doctrinâ.1.quæ eſt de renunciatione.Coccineas veſtes in vſu promiſcuo fuiſſe etiam ſolidas docemur 2.Reg.1. 24. *qui veſtiebat vos coccino in deliciis.* ad quem locum fortè Ieremias hîc reſpexit: & Nahum 2. 3. *viri exercitus in coccineis*; vtrobique eſt תולעת. Plinius certè lib. 22.c.2.coccum ſcribit non Regiis veſtibus, ſed imperatoriis dicatum paludamentis.

Locus Luc. 16. Locus Iſaiæ 1. 18

Sic etiam Luc.16.diues ille *purpura*, ſed coccina veſtiebatur. Iſaiæ locus aliquid negotij faceſſit, cap.1.18. Vbi nos habemus; *Si fuerint peccata veſtra vt coccinum, quaſi nix dealbabuntur: & ſi fuerint rubra quaſi vermiculus velut lana alba erunt.* Hebraicè primo loco pro *coccino* habemus שנים *Schanim* cum Kamets; Secundo loco pro *vermiculo*, תולע *Thola.* Chaldaicè primò loco *ſicut tinctura*, & ſecundò *coccinum.* LXX. verò primò loco ὡς φοινικοῦν. ſicut phænyceum; Secundò ὡς κόκκινον: Sed LXX. latè ſumpſerunt vocem Phænycei pro purpurâ in genere & corrigendus locus S.Paciani Epiſt. 3.ad Sympronian. in codicibus impreſſis planè perturbatus.

S. Paciani locus.

legendum enim; *apud eundem rurſus Eſaiam Deus dicit: etſi fuerint peccata veſtra vt phænycium,ſicut niuem dealbabo: &. ſi vt coccum, vt lanam candidam ea efficiam.*] Tertullianus lib.4.contra Marcion. cap.10. priore loco vertit *roſeum*,ſecundo *puniceum*: Sed in Scorpiaco cap.12.priore *ruffum*,poſteriore

ſteriore *coccinum*. S.Gregorius Nazianzenus orat.39.in Sancta lumina, priore voce vult dilutiorem colorem ſignificari rubeum, poſteriore verò prorsùs ſanguineum & accenſum: quæ ſanè optimè conueniunt vocabulis Græcis, ſed non æquè Hebræis. Recentiores nonnulli volunt שני & תולע idem ſignificare & ideo eſſe nudam repetitionem eiuſdem ſententiæ exaggeratoriam; quæ explicatio noſtræ verſioni optimè conuenire mihi videretur, ſi cum ipſis quoad Hebræas voces conſentirem, aut non deprehenderem occultius aliquid his Iſaiæ verbis indicari, quo plus ſequenti commate dicatur quàm præcedenti, vt gradationis rectæ ratio poſtulat, & Patres illi animaduertêre: non tamen pono gradationem ſeu aſcenſum in coloris ſignificatione, ſed in ipsâ comparationis ſententiâ, quam arbitror eſſe huiuſmodi; etiamſi peccata veſtra forent tam altè inolita, ſicut coccus bis tinctus lanam imbuit omnes eius partes penetrans, ſic tamen omnem fucum eluam, vt reddamini niue dealbatiores: quin immo licet animæ veſtræ ſanguine (hoc eſt peccato) ita eſſent plenæ & redundantes, vt virus ſuum in alios quoque quibuſcum verſentur, diffundant, ſicut vermiculus ea qua plenus eſt rubedine lanam inficit; faxo tamen, vt lanæ puræ candori reſtituamini, quæ nec vllo imbuta fuco eſt, nec admota ſibi ſolet tingere. Comparatio itaque quoad vnum terminum eſt primo dibaphæ coccineæ, quæ licet ipſa ſit penitus imbuta ſucco cocci, nihil tamen admotis affricat; ſecundò eſt non lanæ tinctæ vermiculo, ſed ipſius vermiculi, qui & ipſe ruber eſt & attactu preſſus rubefacit: Quoad alterum terminum ſunt duo ſceleratorum genera, quorum prius ipſi penitùs mali, ſed ſibi ſolis; poſteriùs, qui ſibi noxæ, & aliis præterea malis conſiliis & exemplis peſtilentes. Vtriſque ſanatio & medicina proponitur.

Noua explicatio, authoris.

Vt ſic explicem mouet me tertia vox Hebræorum שני *Schani* quam ego contendo ſignificare dibapham ſiue cocci ſiue muricis: probo quia ſolet iungi voci תולע, quam oſtendimus vermiculum ſeu coccum ſignificare, & non nudum ſericum vt putant nonnulli, quos præcitata loca refellunt. iungitur autem Exo.25.4.& 28.6.& 35.35.& 39.2. Nu.19.6. vbi noſter legit שני bis tincto vertens: nã ſi legas שני, & interpretêre tãtùm, *coccum* inanis erit repetitio, *vermiculus cocci*; cùm alius non ſit tinctorius quàm cocci. Niſi (quod arbitror) שני legerint, deducta voce à radice שנה *Schanah immutauit iterando*, eo quod hac iteratione coccina fiebant pretioſiora. ideo vocabant Hebræi *coccum immutationis ſeu iterationis Tholaath Haſchani* תולעת השני, vt dictis locis vbi & iam LXX. vertunt κόκκιν διπλοῦν, *coccum dibaphum* ſeu bis tinctum. Sic iunctas voces habes etiam, aliis locis vt Leu.14. 4.& 52.& Nu.4.8. quibus locis noſter modò *coccum*, modò *vermiculũ* reddit ſimpliciter, ſed de bis tincto ſeu duplici intelligẽdum, non tã quia *Schani* quaſi *Scheni* litteris iiſdẽ ſcribitur; quàm quia vocabula Latina noſtræ verſionis intelligenda prout alibi vſurpantur, & prout poſtulat vocabulum Hebræum, cui correſpondent: conſtat autẽ Hebræũ שני

שני

Locus Leu. 14 & Nũ. 4.

idem ſignificare quando ſolum ponitur, vt Iſai.1.verſ.18.Ioſue 2.18.2. Samuel.1. 24. & alibi; quod quando ponitur iunctum cum חילעת, dictis locis. Vtrumque patet ex loco vno Prouerb.31.21. Vbi Hebraicè eſt, *omnis domus eius veſtita* שנים *Scanim.* Vbi noſter vertit *duplicibus*, LXX. *διπλᾶς χλαίνας, duplices lanas*: quod ego non accipio, vt vulgo, de veſtibus tantum duplicatis ſeu fuffultis materiâ ſimili, v.g. thoracem geminum, ſeu *binas veſtes* vt vertit D. Ambroſ. ſeu *περιστρώματα* vt Aqu. & Theodotion, aut tapetes vtrimque villoſos *ἀμφιτάπους*, vt Symmachus; ſed dybaphas interulas. Videmus hyeme plurimos vti interulis laneis; & ſcimus calidiores quæ cocco tinctæ (*almillas de grana.*) has puto indicari, & duplices dici, tum quòd aliis veſtibus additæ; tum quòd optimæ vt pote bis tinctæ; quòd in cauſa vt eſſent calidiſſimæ. nam coccus calori fouendo & retinendo vtilis. Sic concilio verſiones LXX. & D. Ambroſij, & R. Ioſeph; cum Thargumæis, Abenezra Immanuele, & Bengerſon, quos Arias, Baynus, & alij ſecuti, qui verterunt, *coccinis*. Nonne hæc aptiſſima frigori niuium arcendo.

Locus Prouerb 31 21.

Veſtiri duplicibus.

Conciliatio verſion.

De dibapho duplicis generis.

Poſtremo circa שנים ſiue dibaphum obſeruo duo fuiſſe genera dibaphi. Vnum quod fiebat repetito eodem ſuco, vt cùm lana bis intingebatur in muricem, vel bis in coccum: de quo genere capio vocem Hebræam, שנים & hoc genus valdè antiquum fuiſſe patet ex ſacra Scriptura locis citatis, & de illo Plinius lib.9.cap. 39. Alterum, quo vel murice tincta lana, iterum tingébatur in cocco, quod cum cocci color ſit acrior & ſplendidior acuendæ rubedini fiebat; vel cocco tincta lana iterum intingebatur murici, quod coccum faciebat leniorem & aſpectui gratiorem (*y como encarnado:*) cuius miſturæ teſtem habeo eundem Plinium d.lib.9.cap. 41. coccoque tinctum Tyrio tingere vt *fieret hyſginum.*] Hoc genus dibaphæ vt rarius, ſic recentius puto, & inuentum temporibus quo Romana creuerat luxuria. Vir Doctiſſ. Ant. Honchala in Staurico (hoc eſt libro de cruce) cap. 10. Euangeliſtas de chlamyde CHRISTO impoſitâ, ſic conciliat, vt velit eandem ſemel cocco & ſemel purpurâ imbutam. Sed puto veriſimilius, quod ante dicebam, merè coccineam fuiſſe. Sed hæc ſufficiant de cocco (vt ſpero) non ingrata ſtudioſis veræ intelligentiæ Sacrarum litterarum; etiam politiori litteraturæ, & intelligendis poëtis non inſtructuoſa.

Columbarũ ſtercora in fame cur quæſita?

Locus 4 Regum 6.25.

AMPLEXATI SVNT] pro deliciis habuerunt & magnâ fœlicitate ſterquilinium nanciſci, in quo laſſos artus fouerent domo abducti; & ex quo, tempore obſidionis, more canum & gallinaceorum, ſedulâ ruſpatione aliquod famelico ventri poſſent ſolatium eruere. Notum eſt tempore famis hæc omnia, etiam ſordidiſſima pabula conquiri, nec tabefactis quidem cadaueribus, nec retrimentis abſtineri: & præſertim columbarum ſtercora légimus carè coempta, 4.Reg, 6.25. cur? an vt eis pro ſale vterentur, quidam hîc aſſerit cum Alberto Magno in Oſèe cap.9. quod non credo, & contextus indicat cibaria quæſiuiſſe, non condimenta: puto columbinũ ſtercus, Synecdochicè pro quauis ſpurcitie

ſpurcitie alimentorum poni,vt & caput aſini, nam de illo ſermo; vel ſanè exempli gratiâ hoc tantum memorari,quod & vile, & primo occurrens. Idem ſcriptor,cum Petro Comeſtore,*ſtercora*, interpretatur veſiculas palumborum, quòd in illis multa grana reliqua. Ridiculum Scilicet in arctiſſima obſidione, palumborum alendorum ocium fuit vt væſiculas vænales proponerent. Vox Hebræa אשפתות *Aſchpatoth*, » ſignificat in genere fimum ſiue ſtercus Pſal. 113. 7. *de ſtercore eriget egenum*, & 2.Eſd.2.13.*porta ſtercoris*. quis hæc reſtringat ad palumborum veſiculas? non magis opinor quàm LXX, τὸ κοπρίας.

Tropologia eſt,de peccatoribus; qui, ab operibus pœnitentiæ & caritatis,reuertuntur ad volutabrum luti;& cupiunt cum filio prodigo ſatiari ſiliquis porcorum,& amplectuntur carnalia quæ verè foriæ & olenticeta fœditiſſima. Ad Anagogiam ſpectat quod S.Bernard.ſermon. de SS .Petro & Paulo accommodat Bruttiis, qui parabatæ ſeu apoſtatæ ſunt à vitâ religioſâ. Lege eundem ſerm. de obedientiâ,patientiâ,& ſapientiâ.

VVLGATA. VAV.	LXX. VAV.
Et maior facta eſt iniquitas filiæ populi mei peccato Sodomorũ:quæ ſubverſa eſt in momento, & non ceperunt in ea manus.	*Et magnificata eſt iniquitas filiæ populi mei ſuper iniquitatem Sodomorum, quæ ſubuerſa eſt quaſi repentè & non laborauerunt in ea manibus.*

Vers. 6.

INiquitatem & peccatum hoc loco ſumi propriè, vetuſtior & crebrior eſt explicatio. Theodoretus vult cauſam reddi tantæ famis,quia peccatum Hieroſolymæ præponderet peccato Sodomitarum, vt docet Ezechiel.16.48. *Viuo ego dicit Dominus Deus, quia non fecit Sodoma ſoror tua ipſa & filiæ eius,ſicut feciſti tu & filiæ tuæ*. Sed quo pacto? ſolet ratio reddi, quia Sodomitæ nolebant iuſti videri,& nequitiam ſuam fatebantur:Iudæi prætextu virtutis peccabant,& addebant hypocriſim,D.Thom. hic, & 2.2. q. 111.art.4. Sed Iudæos etiam predicaſſe ſcelera ſua & de his gloriatos docet Eſaias 3.9.*peccatũ ſuũ,quaſi Sodoma,prædicauerunt,nec abſconderunt*.Itaq; nõ peius Origenes cauſam conſiderat, quia Sodomitæ tantùm habebant legem naturæ,Iudæi præterea ſcriptã, & Prophetas, & tot ſigna atq; magnalia Dei. Omnium optimè qui addunt ingratitudinem tot beneficiis acceptis, & quoad Christvm clariſſimæ cognitæ veritatis impugnationẽ,iuxta D.Hier.hîc & indicat Christvs Matt. 11.23. *Væ tibi Corozaim, væ tibi Bethſaida: quia ſi in Tyro & Sidone factæ eſſent virtutes,quæ factæ ſint in vobis,ólim in cilicio, & cinere pœnitentiam egiſſent.*

Iudæorum peccatũ cur maius quam Sodomorũ.

Verumtamen dico vobis, Tyro & Sidoni remiſſius erit in die iudicij, quam vobis. Et tu Capharnaum, numquid vſque in cælum exaltaberis? vſque in infernum deſcendes. quia ſi in Sodomis factæ fuiſſent virtutes, quæ factæ ſunt in te, fortè manſiſſent vſque in hanc diem.] Denique Sodomitæ in Angelos peccare conati; Iudæi in ipſum Angelorum Dominum Saluatorem ſuum peccauerũt; & hoc peccatum maximum, qui inter illos maximi Pontifices & Principes mantello religionis ac iuſtitiæ velare contenderunt. Peccatorum ergo quæ ab hominibus commiſſa, conſideratis omnibus malitiis & circumſtantiis eius, etſi non maximum ex iis quæ committi poſſunt & conſiderari in omni genere peccati (*vide Suarem tom.2.in 3. p.q.47.a.2.*) peccato Sodomorum præponderat. Hanc peccati præponderationem non tam noſter nobis diſertis verbis exprimeret, ſi caperemus *iniquitatem* & *peccatum* pro ſupplicio peccati; intelligeretur tamen proportione punitionis.

Peccatum & iniquitas pro eius pœna.

Vt enim verum fatear cohærentior interpretatio mihi videtur ſi ſic ſumamus more ſacræ Scripturæ 1.Reg.28. 10. vbi noſter, *non eueniet tibi quicquam mali*, Hebraicè eſt, *non eueniet tibi iniquitas*. Geneſ.19. 15. *ne & tu pariter pereas in ſcelere ciuitatis*, hoc eſt inuoluaris flammis vltricibus ſceleris ciuici. pſal.7.17. *in verticem eius iniquitas eius deſcendet*. pſal.39.13. *comprehenderunt me iniquitates meæ*, quod dixerat, *circumdederunt me mala.* & ſecundùm multos Iſai.5. 18. *væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis, & quaſi vinculũ plauſtri peccatum.* Ezech.14. 10. *Et portabunt iniquitatem ſuam: iuxta iniquitatem interrogantis, iniquitas prophetæ eſt.* ideſt æqualiter punientur. Hebræum עון *Auon* promiſcuum eſt pœnæ ac culpæ.

עון.

Qvæ] ſubaudi *Vrbs*; nam retinet Hebraiſmi caſum, peccato *Sedom*; quæ Sedon.

In momento] oſtendit grauius fuiſſe ſupplicium Ieroſolymæ, quia Pentapolis ſubito igne de cælis lapſo conflagrauit, veloci actione angelorum: Ieroſolyma paulatim, per diriſſimas clades, hominum inimiciſſimorum molitionibus, fuit attrita, vt meritò dici potuerit,

Tanta molis erat Iudæam exſcindere gentem.

Malum inexpectatum minus, & maius quo pacto.

In momento] LXX. *ὥσπερ σπουδῇ quaſi curſim.* Symmachus, teſte Origene, *ἐξαπίνης ſubitò.* eodem ſenſu. vt ſciamus mala ineuitabilia, minùs grauia cenſenda, quibus deeſt exſpectatio plus ſæpè crucians. ideo memorat Tranquillus Dictatorem Iulium lentam Cyri mortem aſpernatum, ſibi ſubitam & celerem optaſſe; & Sermone ſuper cænam nato, quiſnam eſſet finis vitæ commodiſſimus repentinum inopinatumque prætuliſſe. Sueton. in Iulio extremo. Dictum gentile dignum, & qui poſt mortem nec præmij nec pœnæ ſollicitus. Quomodo igitur minus acerbum exitium Sodomorum? præcisè temporalis pæna ineuitabilis cõfertur cũ pæna temporali ineuitabili. Nam pœnæ quæ poſſunt concilio præueniri, acerbiores ſi conſilium præuenerint. Iacula (inquit D. Gregorius) præuiſa minùs feriunt.

Et non ceperunt] En alia cauſa. Sodoma.

Non hominum hoſtilem ferre coacta manum;

cladem

cladem vidit, ſed non inferentes: nòs & cladem perpeſſi, & hoſtes inuiſiſſimos cladis auctores inſultantes videre coacti. Symm. vertit *οὐκ ἔτρωσαν non vulnerauerũt*: quòd non ſatis intelligo, niſi ſi vult Sodomam, nec obſeſſam, nec expugnatam, nec vllos in ea telis hominum vulneratos. noſter deduxit à radice חלל *Chalal*, quæ ſignificat, inter alia, laborioſè aliquid conari aut inceptare. ideo L X X. *ἐκόπιασαν allaborarunt*, ſic ſanè ſolent homines, quæ Deus in inſtanti, & Angeli breui momento perficiunt, lentè & difficulter demoliri. Poteſt explicari comparatione, crudelior mors futura, ſi vir fortis multis ictibus & minutis interimatur à nano, quàm ſi ab Hercule vno vulnere. & ideo magni cruciatus cenſentur Caſſiani Martyris, vt ponderatum noſtro Prudentio,

חלל. Pœna grauior quæ ab imbecilliore infertur.

Maior tortor erat, qui ſumma pupugerat infans,
Quam qui profunda perforarat viſcera:
Ille leuis quoniam percuſſor morte negata
Sæuire ſolis ſcit dolorum ſpiculis:
Hic quanto interiùs vitalia condita pulſat,
Plus dat medelæ dum necem prope applicat.
Eſte precor fortes, & vincite viribus annos,
Quod deſit æuo ſuppleat crudelitas.
Sed malè conatus tener infirmúsque laborat.
Tormenta creſcunt dum fatiſcit carnifex.

Abenezra & Dauid negant חלו *Chalu* à חלל deduci poſſe: propter Maſſoreticas ſuas regulas, impunè plus credo LXX. & D. Hieronym. Sequantur recentiores illos ſuos duces cæcos, & à חול *Choul* deducentes exponant caſtrametari, diruere, manere, reſidere, & quid non? non fatebor hoc loco *manum* pro exercitu poni, quia nec Hebræo nec Græco ſermoni hoc ſatis conuenit. Potiùs vult (vt inſinuaui ex Prudentio) Sodomam exſcindentium manus (metaphorica locutio) non defeciſſe, aut relanguiſſe, nec diu multùmve fatigatas in eo negotio.

VVLGATA. ZAIN.	LXX. ZAIN.
Candidiores Nazaræi eius niue, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, ſapphiro pulchriores.	*Mundati ſunt Nazeræi, eius ſuper niuem, ſplenduerunt ſuper lac, rubuerunt, ſuper lapides ſapphiri exciſio eorum.*

VERS. 7.

» HEBRÆA ad verbum verti poſſunt: *Mundi fuerunt Naziræi*
» *eius præ niue, canducrunt præ lacte, rubuere corpore præ oſſibus, ſap-*
» *phyus exciſio eorum.* Chaldæus ita, Candidiores erant Nazaræi eius niue nitebant præ lacte, rubebant ſpecie præ margaritis, ſicut

ſapphyrus vultus eorum. Græci aliter & aliter verterunt; recentiores more ſuo, quot capita tot ſententiæ. Prolixior ſum futurus, ſi ſingulis refellendis inhæſero. Promam animi ſenſa: Illud *eius* ad Ieruſalem referendum, patet ex Hebræo & Græco, vbi eſt articulus fœmininus. Querela eſt, Nazaræos olim maximo in honore & veneratione habitos, protſus viluiſſe, omni decore & gratia ſpoliatos. Erant ſancti, ſacrati Deo, & à cæteris hominibus ſeparati. Nazarenus enim (vt ait Origines hîc) conſecratum ſignificat, & ideò Amos, 2. verſ. 12. LXX. Symmachus & Theodotion, ἡγιασμένοι, *ſanctificati*, pro Nazaræi: hic verò Symm. ἀφωρισμένοι *ſegreganti*. Horum magna erat abſtinentia, & multæ cærimoniæ. Lege Num. cap. 6. Hos Deo acceptiſſimos credebant: ideò inter Ioſephi benedictiones legimus; *Fiant in capite Ioſeph, & in vertice Nazaræi.* Geneſ. 49. 26. & inter beneficia in Iſraëlem collata Deus eos repoſuit Amos 2. 11. quare Nazaræorum commiſeratione Deum placare conatur Iudas 1. Machab. 3. verſ. 49. & 50. Vbi habes ναζηραίους per η, hic verò per α, ναζαραῖοι in Regiis libris, ſed in Romanis & apud Originem hic ναζιραῖοι per ι. more Hebræo. Quorum florente repub. quæ dignitas, quis ſplendor, quod decus fuerit, nunc Ieremias oſtendit elegantibus quatuor comparationibus: tot enim ſunt in noſtra verſione, niuis, lactis, eboris, ſapphiri: quibus docet ipſam abſtinentiam, & voti religionem magnam pulchritudinem, & ſpeciem oris amabiliorem illis afflaſſe, vt legitur de adoleſcentibus Hebræis Daniel. 1. 15. Vide ſanctum Baſilium orat. 1. de ieiunio.

Nazaræorũ laudes.

Ieiunij vis.

Candidiores nive] *niue candidior*, Adag. ſatis notum. Hebraicè *mundi*, LXX. ἐκαθαρώθησαν, *Mundati*, Symm. ἄχραντοι *immaculati*, ſed ſequitur præpoſitio nota exceſſus: mundities verò niuis non eſt alia, quàm mera & impermixta albedo. Fors noſter alludit ad morem & curam comæ lauandæ, quæ illis maxima: ſed per Metaphoram corporis totius puritatem deſignat. Nam *niue candidior*, de eo vſurpabatur, cuius maxima munditia & albedo cum puritate coniuncta. Pſalm. 50. 9. *Lauabis me & ſuper niuem dealbabor:* λευκανθήσομαι. Apocalyp. 1. 14. *capilli erant candidi tanquam lana alba & tanquam nix.* Matth. 28. 3. *Veſtimentum eius ſicut nix* explicat. Marcus cap. 9. 2. *Veſtimenta eius facta ſunt ſplendentia & candida nimis velut nix, qualia fullo non poteſt ſuper terram candida facere.* Marcus & Ioannes habent λευκὰ, ſed ſplendor. Iſte proprius eſt intenſæ albedinis: & quamuis haberent λαμπρὰν, quod etiam aliis coloribus aptari non nego; tamen Latina vox *candidi*, non ſolet de alio quàm de colore albo ſplendente intelligi. Quare qui negaret Christvm ab Herode alba veſte indutum, ſed alteriùs illam coloris ſplendidam fuiſſe diceret; profectò cunctorum Patrum doctrinæ, & communi hominum ſententiæ, & traditioni Eccleſiæ repugnaret. Quare non mihi hac in re ſequendus, vir pius & eruditus comment. in Iob. cap. 9. 30. De verba illa Christi: quam licet Lucas 23. 11. vocet λαμπρὰν, tamen Græcæ vocis latitudo reſtringenda eſt, ex noſtra verſione, ad

Adagium, Niue candidior.

Candidũ de ſolo albo.

Locus Luc. 23. 11. De Christi alba tunica.

albam, niſi noſtram damnare velis impropriæ locutionis. Nec ſatisfacias, ſi dicas, *albam* interpretandam ex Græco: quia Græca vox patitur reſtrictionem, cùm ſit colori omni communis; Latina non patitur, quia vni adſcripta colori, vt glebæ: λαμπρὸν de colore albo dici ſcimus. Plutarchus,in connubialib. præcepto XLVII. ſcribit de iis qui cum elephantis verſantur ἐσθῆτα λάμπραν οὐ λαμβάνουσιν, οὐδὲ φοινικίδας οἱ ταύροις: quo loco Valgulium interpretem,ne, *claram veſtem* verteret monere potuit, quod ſubditur, huiuſmodi coloribus hæc animalia maximè efferari: de colore igitur non de ſplendore λάμπραν dixerat. Nam ſplendore veſtis ianthinæ, vel viridantis, vel luteæ numquam elephas efferatur. Nolo plura; cedo, vnum exemplum dent,vbi *album*,vel candidum Latio alium ſignificet colorem, vel alterius coloris ſplendorem. Velim legi quæ fuſiùs diſſerui de candida illa Saluatoris noſtri in Speculo Patientiæ, ſiue de Paſſione Domini Lectione Sacra VIII. De λαμπροῦ voce exiſtimo hunc canonem ſeruandum; reſtringendam prout materia, de qua ſermo eſt poſtulat, quantum patitur verſionis noſtræ (quæ defendenda) proprietas. Cur igitur hoc loco Threnorum eam conuellunt, auellentes à colore albo, ad alterius coloris nitorem? retrahit me comparatio niuis, quæ à colore potiùs mutuata: & nitor illa ſequentibus comparationibus ſatis exprimetur. Quid? quod Græcè non λαμπρὸν, ſed λευκὸν habes. Act.1.10. Apocal.3. verſ.4.5. & 18. & cap. 4. verſ. 4.& cap.7. verſ.9. & 13. Vbi ſemper noſter vertit *album*, contra λαμπρὸν habes Act.10.30. Vbi noſter reddit *candidum*: hæc pro iiſdem vſurpans, ſed per *candidum* album ſplendidum ſignificans, vt patet ex Apocal.19.8.de ſponſa amicta βύσσινον λαμπρὸν καὶ καθαρὸν,vbi noſter vertit *ſplendens & candidum* iſtud vltimum pro *mundo* ponens, vt hic. hoc eſt merè albo. Solo vno loco Iacobi.3.2. vertit λαμπρὰν *præclaram*. Dicant,cur minùs id de pura,quàm fucata poſſit exponi? Non premimur ergo voce Græca,vt illi Romana. Sed Hebræum inquiunt זכך *Zachach*, mundare & nitidare, aut mundum nitidum, ſplendidum eſſe. Sit certè: an non hæc omnia niuis candori propria? זכך Chaldæi exprimunt per ברר *Verar*,vnde hic vertunt ברירן *Beriron*, quod Quinquarboreus & Montanus vnanimiter reddunt *candidiores*.

Locus Plutarchi.

λευκὸν & λαμπρὸν quomodo differant.

Locus Apocal. 19.8.

Candidum pro mundo.

זכך.

ברר.

Addit ſecundò NITIDIORES LACTE] cur? ſi præcedens *candidiores* de nitore,& non de colore capiendum? Potiùs voluit indicare Nazaræos,non commendari propter nudum & ſiccum candorem,qualis eſt cretæ,aut corporum malè affectorum; ſed ob candorem vitalem,ſanum, ſucculentúmque indicem firmæ & probæ valetudinis,& temperamenti laudatiſſimi. *Nitidiores* ergo, hoc eſt benè curati,& pinguis, & quaſi relucentes. Sic Horatius,

Lacte nitidior, Adag.

Nitidũ corpus.

Me pinguem & nitidum, benè curata cute viſes.

& alibi;

Si quis lectica nitidam geſtare amet agnam.

Hiſpanis, *gordo y luzido*. Lactis pinguedini proprium,nitere & nu-

Lactis comparatio.

trire, ſplendere, & contrectantem non ſordidare, ſe validè mundare. Præcedenti voce *candidiores*, indicarat coloris puritatem, nunc addit. Primò æqualitatem, & ſplendorem, ſeu lumen, vt ſic dicam. Nam Hebræum צחח *Sachach* ſignificat eſſe nitidum, limpidum, & politũ, & vſurpatur tàm de aridis valde æqualibus & glabris: vt ſaxis & deſertis inaquoſis, quàm de aliis, vt luce, vento, hominibus. LXX. ἔλαμψαν *ſplenduerunt*. Symm. λαμπρότεροι γάλακτος (hoc eſt *ſplendidiores Lacte*. Deinde addit ſuccoſitatem, & alimenti boni copiam atque abundantiam. Eodem adagio vtitur ſacra Scriptura. Gen. 49. 12. *Dentes eius Lacte candidiores*. Sed & D. Ambroſius ſerm. 69. De Pauli verò ceruice, cùm eam perſecutor gladio percuſſiſſet, dicitur fluxiſſe lactis magis vnda quàm ſanguinis, & mirum in modum S. Apoſtolum, baptiſmi gratia, in ipſa cæde exſtitiſſe ſplendidum* potiùs quàm cruentum. Quæ quidem res in ſancto Paulo ſtupenda nõ eſt. Quid enim mirum, ſi abundet lacte nutritor Eccleſiæ, ſicut ipſe ad Corinthios ait: *Lac vobis potum dedi, nec eſcam*? Hæc eſt planè repromiſſionis illa terra, quam patribus noſtris Deus promiſit dicendo: *Dabo vobis terram fluentem lac & mel.* Non enim de hac terra locutus eſt, quæ manantibus aquis cœnum inuoluit, lutúmque permiſcet: ſed de illa terra Pauli, & ſimilium. Pauli, quæ iugiter purum ſuauéque diſtillat. Quæ enim Pauli epiſtola non melle dulcior eſt, *lacte candidior*? Quæ epiſtolæ, tanquam vbera Eccleſiarum populos enutriunt ad ſalutem.] Sic Ambroſius ſiue Maximus.

* Vide vt lacti ſplendorem tribuat.

Hæc copiam denotat.

Lectionis Græcæ varietas.

Tertivm eſt, rvbicvndiores ebore antiqvo] de quo maior naſcitur difficultas ex lectionis LXX. varietate; ὑπὲρ χιόνα ἔλαμψαν, ὑπὲρ γάλα ἐθυρώθησαν; ὑπὲρ λίθον, &c. ſuper niuem ſplenduerunt, ſuper lac coagulati ſunt: ſuper lapidem, &c. ita Complut. & Reg. & Aldin. & ſic Olympiodorus hîc. Nazianzenus ſup. Maximus in Aſcetico legerunt, & habetur in breuiario Romano in communi Martyrum tempore Paſchali in reſponſorio lectionis octauæ; vbi tamen additur etiam altera lectio noſtræ verſionis. Sed editio Romana ἐπυρώθησαν, (vt Origenes legit, qui ignitos exponit, referente Agellio) ponens pro ἐπυῤῥώθησαν, quod conſentaneum eſt Hebræo fonti, & noſtræ verſioni, & Symmacho. Fit ἀπὸ τοῦ πυῤῥοῦ, quod valdè rubrum ſignificat. Symmachus diſtinxit membra, vt noſter, totidem ſtatuens comparationes. In Romana editione tantùm eſt triplex comparatio; licèt ſint inciſa quatuor, hoc pacto; ſicut Latinè poſuimus ex Vaticano, quando ἐπυρώθησαν ſumitur ſolitariè ſeorſim; ſed poſſet reuocari ad eandem quadruplicem comparationem, commate tranſpoſito ſic, ἔλαμψαν ὑπὲρ γάλα, ἐπυρώθησαν ὑπὲρ λίθους, σαπφείρου τὸ ἀπόσπασμα αὐτῶν: & ſi quid audacius liceret ſuſpicer excidiſſe voculam λίθον, vt frequens ſimili ſequente; hoc pacto ἐπυῤῥώθησαν ὑπὲρ λίθον, λίθου σαπφείρου. & ſic Græca verſio conueniret cum noſtra verſione, niſi quod pro ebore antiquo, gemmam poneret, quod non eſſet auerſum ab Hebræo fonte, cui noſtra verſio præclarè conſentit, vt nunc oſtendam.

Adiungit

Adiungit tertiam dotem latentem in ſimilitudine rubentis eboris, qua inſinuat non fuiſſe candorem caducum, vt eſt liguſtrorum; nec exſanguem, De ebore antiquo.

Ceduntur Pariis qualia ſaxa iugis;

Sed viuidum, & ordinarium, qualis eſt faciei ſanæ & validi corporis, & qualis ſponſi quem dilecta dixit candidum & rubicundum. Hebraicè eſt אדמי עצם מפנינים *Adamu eſem mipenenim*, quod Chaldæus exponit, *rubicundiores aſpectu quam pyropi*; Symmachus, πυῤῥότεροι τὴν ἕξιν ὑπὲρ τὰ περίβλεπτα; *rubicundiores habitu ſuper conſpicua:* conueniunt in prima voce: Secunda non conueniunt, עצם quid ſignificet: quidam exponunt corpus, quidam habitum ſeu vultum, alij gemmas, alij margaritas, alij corallia, alij alia: radix עצם ſignificat roborari ſeu fortiorem effici, & pertinet ad omnem fortitudinem, ſiue potentiam, virium, multitudinis, diuitiarum & aliorũ bonorum; vt pulchritudinis ſeu ſplendoris, vt cum agitur de cæli ſudi ſerenitate Hebraicè habemus. Exod.24.10. *& ſicut robur* (עצם *Etzem*) *cælorum in puritate*: hoc eſt ipſi cæli cum pulcherrimi ſunt & puriſſimi: nam *robur cælorum* pro ipſo cælo; nota locutione poſitum. Noſter vertit, *quaſi cælum cùm ſerenũ eſt*: & quia ſole meridiano dies formoſiſſimus, ideò habes Geneſ.7.13. *In* עצם *die illius*: Noë ingreſſum, hoc eſt, *in robore diei*, articulo ſeu ſpacio quando dies pulcherrimus. Quare noſter ſapientiſſimè, ruborem accepit, qui ſani & fortis corporis optimum indicium, & pulchri vultus (de quo agebatur) dos non minima cenſetur: & vt intelligeremus ruborem hunc non ſubitum eſſe, aut facilè euaneſcentem, vt eſt is qui oritur ex verecundia, ſed conſtantem ex firma corporis diſpoſitione: idcircò vſus eſt comparatione eboris antiqui, quod cùm nouellum eſt candidum dumtaxat eſt: cùm antiquitas accedit, ſplendorem quemdam acquirit rutilum admixtione modici ruboris, ex candido enim fit flauum, ex flauo paulatim ſæclis decurrentibus purpuraſcit. Flauum vidi ſæpè, nondum purpureum, quia in tam antiquum nondum incidi. Hæc ratio fuit, cur noſter hoc loco *ebur* verterit, quod alibi ſolet *gemmas* vertere. Quàm hæc conſentanea ſint menti B.Hieronymi, patebit tropologiã eius conferenti. Porrò מפנינים habet affixum ſignificans comparationem, & eſt nomen ſemper pluralis numeri, cuius radicem fatentur Rabbini & recentiores eſſe פנן *Panan*, quæ ſignificat angulum, & quia anguli ſunt fortitudo domus ideò turres, & munitiones, & ipſi principes qui ſunt populo inſtar turrium ac propugnaculorũ vocantur anguli פנות *Pinnoth* 1.Reg.14.38. & Sophon.1.16. Oſſa ſunt corpori pro angulis & munitionibus quibus tota moles, vt angulari lapide firmatur & ſuſtinetur; inter oſſa verò cunctorum animalium nullum elephantino ebore firmius: inter eburneos elephantinorum dentes, quo antiquior quiſque hoc firmior eſt: ideò noſter quoad ſententiam ſapienter & accommodatè reddidit *ebur antiquum*. Addo, cum ſex locis vox Hebræa in bibliis reperiatur, nullum eſſe, vbi non poſſimus ebur vertere: Sed in voce ignotæ ſignificationis, noſter

Marginalia: עצם. — Locus Exo. 24.10. — Robur diei. — Locus Gen. 7.13. — פנינים. — פנן.

ſter aliquando gemmas, hic ebur reddidit. Qui adamantes exponunt, vel cryſtallum, vel vniones, ſeu margaritas, refelluntur omnes vnica voce אדמו *rubicundiores:* qui gemmas *rubras*, (rubies) diuinant; & cùm diuinent, cur ſibi credi potiùs volunt quam interpreti noſtro. Symmachus fortè adſpexit ad prominulos & exſtantes è capite dentes barrorum, & ideò πτειβλιωτα vertit. L X X. *gemmas* cenſuere; noſter, ebur: pro noſtro ſtat concilij Oecumenici Tridentini,& cantus Eccleſiaſtici auctoritàs.

Ignoſcant igitur amici duo, qui longè aliter iſta Ieremiæ accipiunt. Volunt τὸ *rubicundiores*, idem eſſe quod pulchriores(ſic enim vnus ſingular. lib.4. cap.7.) cur igitur ſequitur, *ſapphiro pulchriores:* non admodum elegans foret hæc oratio, pulchriores ebore, ſapphiro pulchriores: Sed admodum elegans futura cum candorem, nitorem,ruborem præmiſerit; omnia in ſapphiri ſimilitudine quaſi vniuerſa pulchritudine comprehendere: ſic creſcet oratio, ſic optimè concludetur. Volunt agi de ebore quod oſtro tinctum: ſcio id ſolitum, & ante vtrumque tot annis Commentar.in Senecam illis *ipſis* locis id probaram: ſed hoc loco repugnat, quod additur *antiquo.* Nec enim dicent ſolum antiquum oſtro fucari conſueuiſſe: παρίλκον ergo foret τὸ antiquo,cùm æque idoneum tincturæ ſit nouum. Antiquitate negabunt rubefieri? Quid facient verſioni noſtræ, quam perſpicuè damnant. Si non rubeſcit ebur æuo,falſa ſimilitudo rubedinis petita ex *ebore antiquo.* Cui credam, ſi non interpreti noſtro,cui credit Eccleſia? cur negant ebur antiquum rubeſcere? quia palleſcit

Plinij locus.

potiùs,atque ita Plinius lib.8.c.3.ait: Dentium candore intelligi iuuentam elephantis. Nam ſenibus palleſcunt dentes.] Indignus teſtis qui S.S. opponatur. Si cum ea pugnaret,iuberem εἰς κόρακας. Sed nō pugnat. Tantum ait; *Dentium candore intelligitur iuuenta:* quod addis; *ſenibus palleſcunt dentes:* tuum eſt,non Plinij: quem non capis,vel non ego:interpretor ebur iuuenibus valdè candidum, ſenibus flaueſcere, via ad ruborem: ſic etiam ſuppetias noſtro fert Plinius tuus.

Sapphirus, cuius coloris.

QVARTA comparatio eſt, SAPPHIRO PVLCHRIORES] quid multa(inquit) eorum ſpecies non humana,ſed cæleſtis & diuina videbatur, quæ factoris & fabri ſui peritiam intuenti confeſtim perſuadebat: iuxta illud; *cœli enarrant gloriam Dei*, ex quorundam ſenſu: coniunxi verſionem noſtram cum Hebræo contextu. Ex noſtra,dixi ſpeciem cæleſtem,quia ſapphirus cælum ſerenum colore refert,dict. verſ.10. Exod. 24. & docui Cant.5. v. 14. addidi de peritia factoris, quia Hebraicè habemus ספיר גזרתם *Saphir Gizratham*, *Sapphirus excisio* (Hiſp.hechura, façion) *eorum* LXX. ἀπόσπασμα: quod Origines monet pro ipſiſmet ſumi: οἱ ἐκλεκτοὶ γάρ, ὃ δηλοῖ τὸ ἀπόσπασμα, πολιτείαν οὐράνιον ἔχουσι. Τοιοῦτον γὰρ τῆς σαπφείρου τὸ χρῶμα. Electi verò ipſi (hoc ſignificat τὸ ἀπόσπασμα, exciſio) conuerſionem vitæ cæleſtem «
habent: talis enim eſt ſapphiri color. Symmachus σάπφειρος τὰ μέλη «
αὐτῶν. *Sapphirus membra eorum.* Chaldæus; *ſicut ſapphirus vultus eorum.* Conſtet ergo totum corpus eorum ſapphiri præferri pulchritudini;

tudini; in quo commendantur, ſplendor, nitor, & ipſe color: &, ſi inſeratur palæ annuli, ars incluſoris, & gemmarij. De colore, dixi (vbi ante) referre ſudum & ſerenum cælum, quod negari non poteſt, affirmante id Moyſe à verſ. 10. & ſapphiros vidi, cærulei quoſdam coloris, alios candidi ſeu adamantini; ſed ſparſæ in candido maculæ q. aurei puluiſculi, & neſcio quid flauedinis diſcernebant: cæruleus nullas habebat maculas inſparſas, & erat colore quam amethyſtus dilutiore. Rubicundos vidi numquam: certè rariores ſunt, & qui, vt nothi, *ſapphirorubini* ab Indis dicuntur. Gallis, *ſapphir rouge*: hi ſunt, quos Plinius raros cum purpura dixit lib. vlt. cap. 9. Gniſius ſapphirus cærulus eſt, quicquid dicant nonnulli; nam ille ſapphirorubinus, nihil aliud eſt quàm rubinus nigricantior, & degenerans: ideò cùm S. S. aliquid comparat ſapphiro, intelligenda eſt loqui de vero & germano ſapphiro: vt enim dicunt Logici in ſcholis vox analoga denotat primarium & præcipuum ſignificatum. Deinde aliud eſt dicere ſapphirus eſt purpurei coloris, aliud dicere eſt rubri. Nam purpura quædam ferruginea ſeu nigricãs eſt, quædam violacea, quædam rubra; & de his omnibus *purpureum* vniuocè dicitur: & ſic explicari poſſunt Nilus, Rhodius, Anaſtaſius, Niſſenus, & Epiphanius de purpureis ſapphiris loquentes.

Sapphirorubinus.

Purpurei ſignificatio multiplex.

ALLEGORICE Tertullianus lib. 4. contra Marcion. cap. 8. Sed eos cenſet priùs ante baptiſmum (vt loquitur) peccatis luridatos, & cæcitatis nenebris nigratos, ſalutaris lauacri emundatione ſuper niuem exalbatos. Ne ſit hyſteroproteron, interpretarer de Iudæis, qui Nazaræi antè legem abolitam à CHRISTO, nunc luridati & nigrati, vt ſequitur verſ. ſequ. TROPOLOGIAM de continentibus ſuppeditat ſanctus Gregor. lib. 32. Moral. cap. 23. ANAGOGIAM de religioſis ex Rabano hic, Blaſ. Viegas in cap. 9. Apocal. ſection. 11.

VVLGATA. HETH.	LXX. HETH.
Denigrata eſt ſuper carbones facies eorum, & non ſunt cogniti in plateis: adhæſit cutis eorum oſſibus: aruit & facta eſt quaſi lignum.	*Obtenebrata eſt ſuper fuliginem ſpecies eorum: non ſunt cogniti in plateis: adhæſit pellis eorum ſuper oſſa eorum: aruerunt, facti ſunt quaſi lignum.*

VERS. 8.

PENDET verſiculus à præcedenti: nam quos oculis exhibuerat candidos, nitidos, rubicundos, & ſidere pulchriores; nunc ait factos luridos, horridos, ſcabros, ſqualidos;

 inluuie

inluuie & inedia macilentos per plateas vagari; tantùm mutatos à vultu priore, vt nec à notiſſimis quidem agnoſcerentur: ita Iudæis, & in obſidione, & poſt obſidionem conſtat cecidiſſe.

Adag. Nigrior carbone. Cóparatio fuliginis, carbonum, ollæ.

DENIGRATA] torrefacta macie, & mœrore, & morbis. Symm. σκοτεινότερον ἀσβόλης τὸ εἶδος αὐτῶν. Obſcurata, obnubilata, obtenebrata ſuper *fuliginem*, ſic etiam LXX. Sic Nahum. 2.10. *Facies omnium eorum, ſicut nigredo ollæ.* Ioël 2.6. *Omnes vultus redigentur in ollam:* vt ollæ fuligine ſic iſti mœrore, & fame, & ſqualiditate. Sic Martialis, *nocte nigriorem* dixit.

NON SVNT COGNITI IN PLATEIS] Olympiodorus explicat, abominabiles facti ſunt in viis eorum: mallem, abominabiles facti quibuſcumque obuiis: vel potiùs; vt dixi de vultu mutato. Sic Iob 2.12. amici *eum non cognouerunt.*

Adag. Os cuti adhæret.

ADHÆSIT:] Vide ſupr. verſ. 4. Addo adagium eſſe, *adhæret cutis oſſibus*, pro ſumma macie. Sic Pſalm. 101. verſ. 6. *Adhæſit os meum carni meæ:* Vbi *carnem* pro *cute* poni notat Auenezra, ſicut Iob 19. 20. & è contra cutis pro carne. Iob 18. 13. Lucretius; *pellis ſuper oſſibus vna.* Horatius;

" ---*Verecundus color reliquit oſſa pelle amicta lurida.*
" in Epod. Plautus: *Oſſa atque cutis ſum miſera macritudine.*

Maciei magnæ comparatio.

ARVIT] Iob 7.5. *Cutis mea aruit, & contracta eſt*, quæ priùs ſucculenta, obeſa, & carnoſa. Non comparat noſter ſolam cutem ligno arido, ſed cutem ſimul & oſſa cui adhæſerat. Vult enim carnem totam deperiiſſe, & cutem oſſis contiguam adhæſiſſe, medullis oſſium humore deſtitutis: cutis comparatur cortici, oſſa trunco ſeu ligno. LXX. dicunt totos exaruiſſe, & factos ſimiles arbori, quæ ex viridi, & florente, & frugifera vertit in aridam, nudam, & infructuoſam inſtar ligni ſecuribus ſupernati, & emortui. Meliùs quam ſi *lanternæ cornu*, aut *vmbris macilentiorem* dixiſſet; quia ſimul horridum habitum, indicat arboris cortice.

	VVLGATA.	LXX.
	TETH.	TETH.
VERS. 9.	Meliùs fuit occiſis gladio, quam interfectis fame: quoniam iſti extabuerunt conſumpti à ſterilitate terræ.	*Boni fuerunt occiſi gladio, quam occiſi peſte: abierunt perfoſſi à frugibus agrorum.*

INFERT ex dicta comparatione arboris emortuæ, fœliciores fuiſſe (quod alias acerbum per ſe,) qui celeriter horæ momento concurrentes, pro patria & libertate fortiter hoſtilibus

hoſtilibus gladiis corruerunt: quàm qui lenta & obſcena famis tabe excarnificati, ſibi ſuperſtites, ſuimet viuum funus duxerunt. tale illud Maronis, quando terque quaterque beatos pronunciat, quibus antè patrum ora, Troiæ ſub mænibus altis contigit oppetere.

FAME] LXX. λιμῷ, in editione Complut. Regiâ, Aldina, & Romanâ; quod miror Nobilium vertiſſe *peſte*, quæ λοῖμος: nec Græci illa magis confundunt, quàm Hebræi דבר & רעב *Deber & Raau*, quod hîc habemus. Scio Ieroſolymitanos etiam peſtilitate confectos, ſed de eâ hîc non agitur. de fame prædixerat Iſaias 22.2. *Interfecti tui, non interfecti gladio* (ſcil. tantum) *nec mortui in bello*, & ideo infeliciores.

λίμος. λοῖμος. דבר. רעב. Locus Iſaiæ 22.2.

EXTABVERVNT, &c.] LXX. ſeruarunt Hebraiſmum *defluxerunt confoſſi à frugibus agrorum*, quo tribuitur priuationi actus poſitiuus; nempe defectui frugum occiſio. fingunt enim terræ ſterilitatem eſſe inſtar teli; eò quòd tellus, benigna miniſtra liberalitatis diuinæ, ſinum ſuum munificè pandens, quaſi manu nobis alimenta porrigit: cùm verò eadem prouentus & theſauros ſuos ſubducit, tunc velut armatur Dei iuſſu contra hominum ingratitudinem, & occidit, quia non paſcit. *confoſſi itaque à frugibus*, hoc eſt mortui quia fruges defecerunt. ſimile illi pſal. 108.24. *caro mea immutata eſt propter oleum*: hoc eſt defectu olei. Chaldæus non videtur locum intellexiſſe adeò ſe inuoluit: viri docti ex recentioribus duo, addunt, deficientibus terræ frugibus eſui aptis, coactos veſci noxiis herbis, inde alui profluuio contracto defluxiſſe. Quod gratis fingunt: nec ſatis probabile eſt. Vnde enim in vrbe populoſiſſimâ, vbique ædificiis confertâ, obſidionis tempore, tanta mali graminis vbertas?

Priuationi tribuitur actio ab Hebræis. Sterilitas quomodo dicatur occidere.

ALLEGORIAM de CHRISTO ſuppeditat Origenes in Catenâ.

VERS 10.

VVLGATA. IOD.	LXX. IOD.
Manus mulierum miſericordium coxerunt filios ſuos: facti ſunt cibus earum in contritione filiæ populi mei.	*Manus mulierum miſericordium coxerunt filios ſuos: facti ſunt in eſcam illis; in contritione filiæ populi mei.*

EN (ait) quo progreſſa fames violentiæ. naturæ iura perrupit miſericordibus matribus filij pro edulio fuerunt. dixerat ſimilia Threno 2. 20. Sed hîc circumſtantias addit; &, ſi quis velit Liranum ſequi; dicat, Threno 1. 11. dici comeſturas eiectamenta quæ cum fætu effunduntur: threno ſecundo 20. dici comeſturas aborſus,

 aut

aut recens natos; hîc verò iam grandiuſculos, & (vt ſic dicam) ſentientes & intelligentes maternum ſcelus. Reſpicit potiſſimùm ad illud ſcelus parricidale, quod de Mariâ Eleazari filiâ narrat Ioſephus Matthæi d.lib.7.cap.8.& ex eo Hegeſippus: & tragicè, ſed graphicè deſcribit Apollonius his verſibus;

Audetiſne loqui, an meliùs tacuiſſe putatis »
Aonides Muſæ facinus, quod ſæcula damnent »
Omnia; quodque legens, contracto turbidus ore »
Horreat? humanis auſos producere vitam »
Quoſdam etiam, vacuam ſaturaſſéque carnibus aluum? »
Te tamen, Hyrcanas vincis quæ ſola furore »
Tigrides, agnoſcent; numquámque merebere diri »
Inuidiam facti: mulier, non digna parentis »
Nomine: quam, plumas etiam nunc ſanguine tincta, »
Præferat ipſa ſuo ſceleri cum Colchide Progne? »
Nulla ſuos euicta fame breuis ira nocentes. »
Efficit, ingratis non conceſſura maritis, »
Denique Threicio natum prandere tyranno »
Vna dedit, cocto non ipſa cadauere paſta eſt. »
Quid lacrymas fundis paruos, crudelis in artus? »
Quid ſortem excuſas, laniandiſque oſcula membris »
Imprimis? hæc pietas ſimulati pectoris vſquam »
Non latura fidem Maria eſt. ne deſere quicquam »
Spectandum ſaltem: atque vnâ conſumito menſa »
Quicquid habes nati. Seruata parte parumper »
Securam vis eſſe famem, & tua crimina celas? »
Nil agis. hoc ſenſit raptor, naréſque ſecutus, »
Intrat tecta ferox; epuláſque, ô fœmina, clamat, »
Detege. quid ſupereſt etiam nunc paupere menſa? »
Nudarant enſes. laceras perculſa timore »
Relliquias profert genitrix, ac talia fatur: »
Sumite quæ reſtant ſceleratæ viſcera matri, »
Cetera qui peperit venter tenet. hos ego fudi, »
Hos regeram artus, infœlix. mihi demite partem »
Criminis, atque auidos vos hîc quoque figite dentes. »
Diriguit viſu prædo ferrumque remittens »
Exceſſit tectis facinúſque exhorruit ingens. »

MANVS] illæ quæ occiderant, & quas îuuit ſcelus lentè ordinare.

MVLIERVM] indignarum nomine matrum.

MISERICORDIVM) Origenes notat: ne videantur per crudelitatem necaſſe, miſericordes fuiſſe dicit, & hoc ſcelus calamitati ex inopiâ adſcribit; quaſi idcirco occiderint, vt eos miſeriis eriperent. fœliciore; citâ morte quam diuturnâ. Similia quædam Medea profert apud Senecam: & apud Ioſephum hæc ipſa, de qua modo; Miſerum te, ait, infans; in bello, & fame, & ſeditione, cui te ſerua vero? »
apud Romanos, etiam ſi vixeris ſeruiturus es; fames autem præue- »

nit ſerui

nit ſeruitutem:his verò ſeditioſi ſæuiores ſunt. Eſto igitur mihi cibus,&c. Nihilominùs præſtat vt ironicè dictum accipere : vel ſine ironiâ,quas natura ad miſericordiam comparatat, quæ ſolent eſſe tales ; nunc , ſexûs & viſcerum ſuorum oblitæ ; ſuſtinuerunt proprios liberos ſuâ manu necare , necatos abluere , & igne torrere vel aquis lixare,& auidè vorare. Quam hoc crudele,legatur Senecæ Thyeſtes actu vltimo,& Adag. *Menſa Thyeſtea.*

Coxervnt] LXX. aſſationem indicant ſi credimus Origeni; ego puto generaliter accipiendos etiam de elixatione. ſuadet verbum Hebræum בשל , & Græcum ἑψέω. proponite vobis ante oculos illa Orcheſtræ in re ſimili : matrem dubitantem quo pacto coquat, בשל. ἑψέω.

" *Nec intereſt,ſed dubitat : & tantum ſcelus*
" *Juuat ordinare.* mater *diuiſum ſecat*
" *In membra corpus, amputat truncotenùs*
" *Humeros patentes,& lacertorum moras.*
" *Hæc verubus hærent viſcera,& lentis data*
" *Stillant caminis : illa flammatus latex*

Quærente aheno iactat. quo loco in Aduerſariis olim ante annos tringinta ſimilia ex Ouidio adſcripſi.

Facti svnt cibvs] non aliis has epulas ordinarunt,vt Procne Tereo,Lycaon Ioui,Atreus Thyeſti; ſed ipſæ ſibi, quaſi deſideratum, gratum & ſelectum cibum. *Lebaroth* לברות, radix eſt *Bara* ברה quæ ſignificat comedere & eligere. Sic ergo LXX. βρῶσιν , noſter *cibum* vertérunt, per ironiam; ſcilicet electum & deſideratum,quo tempore omnes mærore & inediâ languebant ; quaſi dicas electuarium nauſeanti ſtomacho præparatum:ſic acutè Agellius. ברות. ברה.

Earvm] quas natura iubebat filios paſcere, non filiis paſci.

In contritione] in ruinâ Chaldæus. hoc eſt in obſidione quam vltimum excidium conſecutum, & contritio gentis, velut vaſis teſtei irreparabilis.de excidio enim per Romanos intelligendum, vt Patres hîc volunt,& S.Chryſoſtom. orat.2.contra Iudæos,& hom.8.in 1. ad Theſſalonicen.

Tropolog. hæ matres ſunt hypocritæ, qui proprios necant liberos; quando bona ſua opera fictionis gladio perdunt , & , ambitionis igne toſta,per propriam complacentiam deuorant.

Vers. 11.

VVLGATA. CAPH.	LXX. CAPH.
Compleuit Dominus furorem ſuum , effudit irã indignationis ſuæ : & ſuccendit ignem in Sion , & deuorauit fundaméta eius.	*Compleuit Dominus furorem ſuum : Effudit indignationem iræ ſuæ : & ſuccendit ignem in Sion , & deuorauit fundamenta eius.*

QVID enim aliud reſtabat iudici iuſto faciendum, quàm, vt aruſpicum diſciplina iubebat, portentum igne expiare? nonne tam immani piaculo polluta vrbs, fuit ab imis fundamentis diruenda, & flammis vltricibus in cineres redigenda? Nihil in verbis eſt difficultatis. *Complet furorem* Deus, quando vindictam, diu contentam animo, ſtatuit non vlteriùs differre. *Effundit iram indignationis*, quando actu vlciſcitur, ſic loquitur Scriptura; quia ſolet hoc explicare per Metaphoram poculi ſeu phialæ verſæ & effuſæ vt notum ex Angelis Apocalypſis cap. 15. & 16. *Succendit ignem* quando per hoſtes flammam tectis immiſit. Ezech. 5.13. *Complebo furorem meum, & requieſcere faciam indignationem meam in eis, & conſolabor, & ſcient quia ego Dominus locutus ſum in Zelo meo, cum impleuero indignationem meam in eis.* Ezech. 30.8. *ego Dominus cum dedero ignem in Ægypto.* Sed illic dare ignem ſumitur metaphoricè pro ſummâ afflictione, vt patet ex v. 18. ibidem: hîc verò propriè. Nam Ieroſolymitanum templum Romani igne abſumſerunt, vt deſcribit Ioſephus lib. 7. belli Iudai. cap. 10. poſt & reliquam vrbem, vt ſequentibus capitibus narrat. Non poſſe hæc intelligi de Babylonico excidio patet, quia de illo excidio Ieremias prędixerat non exſcindendam à fundamentis vrbem: cap. 5. 10. *Aſcendite muros eius & diſſipate, conſummationem autem nolite facere.* reliquit quidem & Titus tres turres, & exiguam muri partem, vt tradit Ioſephus; ſed hæc pro nihilo habenda, & non relicta habitationi, ſed monumento. verba Ioſephi ſunt; iubet eos Cæſar totam funditùs iam eruere ciuitatem ac templum: relictis » quidem turribus, quæ præter alias eminebant, Phaſelo, & Hippico, & » Mariamme; murique tanto, quantum ciuitatem ab occidente cingebat. » Id quidem, vt eſſet caſtrum illi cuſtodiæ cauſa relinquendis: tur- » res autem, vt poſteris indicarent qualem ciuitatem, quámve munitiſ- » ſimam Romanorum virtus obtinuiſſet. Alium verò totum ambitum » ciuitatis ita complanauere diruentes, vt qui ad eam acceſſiſſent, habi- » tatam aliquando eſſe vix crederent.] Sic ille d. lib. 7. cap. decimooctauo, interpretationis Rufinianæ.

Deus quomodo furorem compleat.

Deus effundit iram.

Deus quomodo ſuccendat.

Vers. 12.

VVLGATA.	LXX.
LAMED.	LAMED.
Non crediderunt reges terræ & vniuerſi habitatores orbis, quoniam ingrederetur hoſtis, & inimicus per portas Ieruſalem.	*Non crediderunt reges terræ, vniuerſi habitatores orbis; quoniam ingredietur inimicus, & tribulans per portas Ieruſalem.*

AVGETVR afflictio, eo quòd oſtendat talem cladem nec exſpectari, nec metui potuiſſe, iuxta illud Didûs,

---- heu! potui tantum ſperare dolorem? »

Munitiſſi

Munitiſſima erat Ieruſalem loci ſitu, turrium altitudine, murorum ſpiſſitudine adeò, vt humanis eam viribus expugnari non potuiſſe Titus ſit faſſus, apud Ioſephum d.lib.7.cap.16. freti etiam Dei (vt rebantur) promiſſionibus, nihil tale metuebant.

Reges terræ] Principes Iudæorum: vel ſanè propriè de regibus vicinis Iudææ loquitur.

Qvoniam] quod, Hiſpan. *que*. eſt Hebraiſmus. Quoniam pro quod.

Hostis inimicvs] non placet quod Chaldæus exponit Nabuchodonoſor & Nabuzardan. ſed expono de Tito & exercitu eius *hoſtem* puto vocari Romanos; *inimicos* auxiliares, qui olim Iudæorum amici, vt Arabes, Ægyptij &c. tunc contra eos inimico animo Romanis militabant.

Vers. 13.

VVLGATA. MEM.	LXX. MEM.
Propter peccata prophetarum eius, & iniquitates ſacerdotum eius, qui effuderunt in medio eius ſanguinem iuſtorum.	*Propter peccata prophetarum eius, iniquitates ſacerdotum eius, effundentium ſanguinem iuſtum in medio eius.*

Constat Deum pœnas exegiſſe à Iudæis peccatorum non ſolum quæ ipſimet commiſerant; ſed etiam quæ maiores commiſerant, & ipſi imitabantur: iuxta illud Matth. 23. 34. *ecce ego mitto ad vos ſapientes, & prophetas, & ſcribas, & ex illis occidetis, & crucifigetis, & ex eis flagellabitis in ſynagogis veſtris, & perſequemini de ciuitate in ciuitatem: vt veniat ſuper vos omnis ſanguis iuſtus, qui effuſus eſt ſuper terram, à ſanguine Abel iuſti vſque ad ſanguinem Zachariæ filij Barachiæ; quem occidiſtis inter templum & altare. Amen dico vobis, venient hæc omnia ſuper generationem iſtam. Ieruſalem, Ieruſalem, quæ occidis prophetas, & lapidas eos, qui ad te miſſi ſunt, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos ſuos ſub alas, & noluiſti. Ecce relinquetur vobis domus deſerta.*] puto hunc eſſe ſimplicem commentarium & proprium huius loci. Occurrit enim tacitæ obiectioni; Quomodo igitur expugnata vrbs inexpugnabilis? Nullus (ait) aries nulla machina potuiſſet; niſi peccata Iudæorum, hoſtium exercitum & manus iuuiſſent. propter ſcelera infeſto Deo Romani præualuerunt Iudæis. ſcelera quidem Prophetarvm] non tantùm ſtrictè dictorum: qui apud Iudæos à temporibus Machabæorum iam ferè defecerant 1. Machabæor. 9. 27. qui olim fuerant, Ieremiæ 23. verſ. 9. cum ſeqq. ſed etiam latè, qui temporibus Christi & poſtea Iudæos

dementarunt, falſi doctores, cæci ductores cæcorum. Matth. 15. 14. vt vox *prophetæ* pro doctore ſeu concionatore Matth. 10. 41. 1. Cor. 12. 14. ſumitur.

SACERDOTVM] qualis iſti tempore CHRISTI, patet ex Euangelio. Romana editio; ἀδικιῶν (ſed Complut. & Reg. ἀδικία iniquitas.) *Qui effundunt.*

SANGVINEM IVSTORVM] Sic etiam Hebraicè, quod malè Chaldæus refert ad hoſtias humanas oblatas in Tophet: ſed molitur, iſtud à peccato occiſi Meſſiæ detorquere; quem vt indicarent LXX. tamquam prophetæ vertunt, ἆιμα δίκαιον ſanguinem iuſtum, pro δικαίου iuſti; quod proprium CHRISTI epithetum Iſai. 1. 26. & 62. 1. Ierem. 23. 5. Zachar. 9. 9. & Act. 3. 14. Sic ergo intelligamus hîc, *Iuſtorum ſanguinem*, occiſos pios, Ioan. Baptiſtam, & eius parentem, & ambos Iacobos, & Stephanum, & alios diſcipulos (ſic Hieronymus;) vt præcipuo loco ponamus ipſum IESVM; cuius mors cauſa huius vltimi excidij.

Locus LXX

Iuſtus CHRISTI epithetum.

IN MEDIO] Hoc dicit ad exaggerationem, quaſi dicat ſecurè audacter, & ſine vllâ formidine vltionis. Ezechiel 24. 7. *Sanguis enim eius in medio eius eſt, ſuper limpidiſſimam petram effudit illum: non effudit illum ſuper terram, vt poſſet operiri puluere.* q. d. noluit latere facinus ſuum, ſed palam eſſe omnibus. Sic ſumitur pro ſecurâ & confidenti habitatione 4. Reg. 4. 13. *In medio populi mei habito.* Luc. 4. 30. *tranſiens per medium ipſorum ibat*, & pſal. 109. v. 3. *Dominare in medio inimicorum tuorum.*

In medio eſſe vel habitare.

Locus Ezech. 24 7.

VERS. 14.

VVLGATA. NVN.	LXX. NVN.
Errauerunt cœci in plateis, polluti ſunt in ſanguine: cumque non poſſent, tenuerunt lacinias ſuas.	*Commoti ſunt vigiles eius in plateis: polluti ſunt in ſanguine cum ipſi non poſſent; tetigerunt veſtimenta eorum.*

NAM Græcè habetur in editione Romanâ, ἐσαλεύθησαν ἐγρήγοροι αὐτῆς ἐν ταῖς ἐξόδοις, ἐμολύνθησαν ἐν αἵματι ἐν τῷ μὴ δύνασθαι αὐτοὺς, ἥψαντο ἐνδυμάτων αὐτῶν. Aldini οἱ ἐγρήγοροι αὐτοῖς. & ἐμηνύθησαν. *menſtruabantur* vt ſic dicam, &c. Complutens. & Regius, vt Romani. Theodoretus videtur adhuc aliter legiſſe, niſi me fallunt qui citant; ἦρψαν νεανίαι ἐν τοῖς ἐξόδοις, *repſerunt iuuenes in exitibus*, & exponit *in vicis, in plateis.* Symmachi verſio valdè dilucida eſt, ἀκατάστατοι ἐγένοντο, τυφλοὶ ἐν ταῖς ἐξόδοις. ἐφύρησαν ἐν αἵματι, ὥστε μὴ δύνασθαι ἅψασθαι τῆς ἐσθῆτος αὐτῶν. *Inſtabiles facti ſunt, cæci in plateis, conſperſi ſunt in ſanguine, ita vt non attingere veſtimenta eorum.* ſub. liceat. Hebræea conueniunt optimè

cum noſtrâ verſione quàm Symmachus aſtruit,ſed & Chaldæus hoc
„ modo interpretãs; vagati ſunt cæci per plateas,inquinati ſunt ſangui-
„ ne gladio confoſſorum, propterea enim quod videre non poterant,
„ inficiebant veſtimenta ſua.] ita videlicet vt nemo ſuſtineret illos ſic
inquitatos contingere. Locus tamen difficultatis expers non eſt. S. Variæ explicationes.
Hieronymus litteralem ſenſum nullum ponit, vt nec Origenes, nec Hieronymus,
Olympiodorus hac in re iuuant. Theodoretus, quia vltimam verſi-
culi partem longè aliter legerat,nempe; *proiecti ſunt cum ſuis veſtimen-* Origenes,
„ *tis,* longè abiit à verò ſenſu, exponens; Fames quidem vrgebat, vt Olympiodorus,
„ proiicerentur: at hoſtes obſidentes prohibebant ne ſepelirentur: ca- Theodoretus.
nes verò proiectos abſumebant.] fieri potuit, ſed de hoc nunc non
agebatur, Paſcaſius etiam non ſatisfacit; minùs hîc D. Thomas, qui Paſcaſius,
magnam à Paſcaſio partem deſumſit, & ſecutus fuit deprauatam le- D.Thomas.
ctionem habentium,*non poſſent intrare.* & pro, *lacinias,* cum Richardo Richardus,
maluit *laſciuias* ſcribere, prorsùs contra Hebræa, Græca,& Chaldæa,
& bonos quoſque libros. Rupertus planè allegorizat. Dionyſius *cæ-* Rupertus,
cos putat dici, ipſos prophetas & Sacerdotes improbos, accipiens de Dionyſius,
cæcitate ſpirituali: Liranus, de corporali iuſtorum,quos illi impij ex- Liranus,
cæcarant. Iudæi, nempe Ioſeph, Iarrius,& Manahem, ad fortuitò vel Rab. Ioſep. Iarrius & Manahem.
naturâ cæcos referunt,& dicunt tantam fuiſſe homicidiorum Ieroſo-
lymis frequentiam, vt quotidie plateæ cadaueribus opplerentur, &
ſanguine redundarẽt (*hoc verum,& amplector: quia de tempore obſidionis*
Titi,hoc diſertè docent ambo Ioſephi, & Hegeſippus.) ita (inquiunt) cæci
qui per plateas vagabantur,vbique ſe ſanguine contaminarẽt,& quia
hoc incommodum vitare non poterant, ne veſtes planè defædaren-
tur, conabantur lacinias earum manu capere & eleuare; at alij, qui
iam cruentatas videbant, acclamabant id fruſtrà conari; abirent po-
tiùs,& ex publico ſe proriperent, vt immundi &c. vt ſequitur v. 15.
hæc ſententia placuit Petro Figueiro, & ad veram proximè accedit, Figueirus,
niſi quòd videatur non ſe rei,ſed rem ſibi accommodare; quod ſoli-
tum & ſollenne Rabbinis. Anton. Agellius voluit deſcribi Iudæos Agellius,
profugos & inſtabiles more cæcorum huc illuc oberrantes: nam
errandi vocabulum proprium illorum eſt,qui ſedes habent fixas nul-
las,vt pſ.108.10. *Nutantes transferantur filij eius,& mendicent,& eijcian-* Errare.
tur de habitationibus ſuis. qualis deſcribitur Cain Gen.4.14. quod po-
teſt confirmari ex thre.1.v.8.*peccatum peccauit Hieruſalem, & propterea*
inſtabilis facta eſt.& illo Symmachi,ἀνάστατοι ἐγένοντο.quod dixi. Vult
itaque vir ille doctus & religioſus, Iudæos ſic errabundos auxilium
à gentibus expetiiſſe (hoc eſt quaſi cæcos aliorum lacinias apprehen-
dere conatos:) ſed ab aliis gentibus,inſtar piaculo contaminatorum,
reiectos fuiſſe.probat hanc interpretationem ſuam,quia Ierem. cap.
37.traditur Iudæos ab Ægyptiis contra Chaldæos opem poſtulaſſe.
Ingenioſè fateor, ſed non ſequor. quia hîc verſamur in clade à Ro-
manis acceptâ, quando non petierunt auxilia ab Ægypto, quæ Ro-
manis parebat. ſecundò quia agitur de cladibus & pollutione cruoris
intra vrbem fuſi. tertiò quia etiam quando à Chaldæis expugnati,

 non

non fuerunt repulſi ab Ægypto, ſed recepti exules, quod Ægyptiis exitio fuit. Recentior quidam hîc antiquum ſeruat, multa inuoluit, nihil euoluit, infarſit, ſed non ſatis digerit. Timidè dicam & verecundè quod ſentio.

Auctoris expoſitio.

Inprimis veroſimilius eſt (quod placuit Agellio, & Emanueli Saa) notam ſimilitudinis ex Hebraiſmo ſubaudiendam; *Errarunt* palantes Ieroſolymitani velut *cæci per plateas*, quia tota vrbs capta & diruta, ſic erat inquinamentis & pollutionibus legalibus (prophanationibus nempe gentilium, cadaueribus, ſanguine; propter quæ omnia Symmachus nouato vocabulo, ſed ſignificante, ἐμηνύθησαν.) repleta; vt quamcumque in partem pedes, manus, oculos quis circumferret, in ſpurcitiem aliquam incurrens contaminaretur, & tantâ piaculorum ſeu pollutionum nube oculi quaſi obnuberentur. Quid ergo facerent? Quando peſtis in vrbis quibuſdam tantùm locis verſatur, poſſis te in tutiora recipere, & contagionem vitare: ſed ſi malum cunctos vrbis angulos peruaſit, cogeris delectus & diſcriminis curam omnem abiicere, & quaſi cæcus clauſis oculis (vt aiunt) per media funera, morteſque te inferre. Haut aliter miſeri Ieroſolymitani cæcis ſimiles per plateas vagantes, vitare non poterant, quin ſanguinem, cadauera, & alia per legem vetita, tangerent, & aſpergerentur immunditie, quæ ſe vndique ingerebat. Hebræa ſonant verbotenùs, *polluerunt ſe in ſanguine, vt non poterunt, tangent in veſtimentis ipſorum*; noſter interpres clarè & breuiter, *cúmque non poſſent*; ſed lucis causâ ſapiéter addidit conatum quo coinquinamenta hæc vitare nitebantur; lacinias veſtium eleuando, & circa pectus comprimendo, ne conſpurcarétur. Sanguinis potiſſimùm meminit, quia menſtrua ex ſanguine; quæ legalium pollutionum maxima; & ſanguinis nomine peccata ſolent ſignificari. Threno. 1. 9. *ſordes eius in pedibus eius*. vide quæ illic dicta.

ALLEGORIAM DE CHRISTO & Angelis cuſtodibus templum deferentibus proponunt Olympiodor. & Origenes: quando in feſto Pentecoſtes noctu ſacerdotes audierunt in templo vocem MIGREMVS HINC, teſte Ioſepho d. lib. 7. cap. 12. Legendi quoque D. Hieronymus & Rupertus hîc. TROPOLOGIAM, de peccatis; quibus plenæ nunc ſunt vrbes & omnia; quæ ſe cunctis per omnes corporis ſenſus ingerunt; facillimum fuerit cuiuis ſibi componere & accommodare.

VVLGA

VVLGATA.	LXX.
SAMECH.	SAMECH.
Recedite polluti, clamauerunt eis, recedite, abite, nolite tãgere: iurgati quippe ſunt, & cõmoti dixerũt inter gẽtes: Non addet vltra, vt habitet in eis.	*Recedite ab immundis, vocate eos, recedite, recedite, nolite tãgere: quia ſuccenſi ſunt, atque etiam commoti ſunt: dicite in gentibus, non addent habitare.*

VERS. 15.

PVTO proponi verba, non ipſorum Iudæorum, etſi ab illis mutuata; ſed Gentilium, vt ſignificant Hieronymus, Theodoretus, & Chaldæus, & Vatablus. Reuocemus in memoriam præceptũ Dei legale de leproſis Leuit. 13.45. *Habebit veſtimenta diſſuta, caput nudum, os veſte contectum, contaminatum ac ſordidum ſe clamabit. Omni tempore quo leproſus eſt, & immundus habitabit extra caſtra.* Clamabant טמא, טמא *Tame, tame: pollutus, pollutus,* videlicet ſum. Eo nunc reſpicit Propheta conſiderans captorum habitum; raptati & ſpoliati erant veſtibus induti conſciſſis violenter, capite nudi vt ſerui, ora præ pudore contegentes; nihil deerat, niſi proclamatio טמא, ſed eam hoſtes ipſi ſuppleuerũt, addito verbo alio, סורו סורו טמא *Suru ſuru tame,* diſcedite, diſcedite contaminatus. Mutuati ab ipſis miſeris ciuibus; qui cùm viderent omnia plena piaculorum (vt dictum verſ. præced.) nec ſe poſſe euadere, quin coinquinarentur more leproſorum ad inuicem acclamabãt, סורו סורו טמא, caue ne me contingas, ne mihi communices, ne polluare. Omnibus idem clamantibus, reliquum vt pollutam vrbem omnes derelinquerent. Sed ſpontè id non erant facturi. Idcircò victores Romani nunc inſultantes indicabant, ſe eos vrbe eiicere, vt legi parerent; quæ leproſos extra caſtra eiiciebant: ſe illis pro præconibus eſſe, & quod ipſi facere debuiſſent, proclamare. Subeſt amara irriſio. Nam Iudæi ſoliti Gentiles templo arcere, & pellere prætextu legis, vt dictum Threno. 1. v. 10. & veriſimile eſt non ſecùs ac leproſos pepuliſſe (vt de Ozia legimus 2. Paral. 26. 20.) vtẽtes verbis, quibus nunc hoſtes; *recedite, recedite, polluti,* vt habes hîc. Victores itaque iniuriæ illius conſuetæ memores, vicem nunc Iudæis rependunt, & acerbè increpitantes canticum expulſorium ingeminant, q. d. templo nos eieciſtis, vt immũdos: vos nunc à nobis, vt verè prophani & Deo veſtro exoſi patriâ eiicimini: diſcedite in exilium. Mox etiam Iudæorum ſcelera inter ſe verbis exaggerantes, meritò (inquiunt) hæc illis contigerunt; quoniam cum Deo ſuo IVRGATI ſunt, (rebellauerunt) & ideò etiam COMMOTI (vagi & exules facti) ſunt. Porrò cùm tam atrociter deliquerint, non ampliùs Deus illis propitiabitur, nec inter eos, reædificato templo, iterum habitabit.

Leproſorũ proclamatio. טמא, טמא.

Clamavervnt] victores victis.

Ivrgati] irritauerunt & exaſperarunt Deum ſemper ei reſiſtentes, & filio tandem Dei necato, Act. 7. v. 51. נצי *Naſu* recentiores à נצה in Cal actiuo deducunt & exponunt auolauerunt, ſicut ſumitur Ierem. 4. 7. quaſi dicat depopulatos & vaſtatos magna celeritate. Sed LXX. *ἀνήφθησαν ſuccenſi ſunt*, quod potes interpretari de hoſtili flammâ; vel vt cum noſtro cõueniat de iracundia, & tunc erit à נצה verbo Niphal paſſiuo, q.d. irati in Deum inuolauerunt, contra eum ſeditionem excitarunt, vt frequenter occurrit, nempè quinquies in S. S. Chaldæus exponit, *abominabiles facti ſunt*.

Commoti] ſicut ſupr. *Peccatum peccauit Ieruſalem, & inſtabilis facta eſt.*

Dixervnt inter gentes] gentiles ſibi inuicem dixerunt: includendum quaſi parentheſi, vt pertineat tam ad præcedentia, quam ad ſequentia.

Vt habitet] Chaldæus; dicebant dum eis ſecũdæ res eſſent, « quod illos numquam hoſtes in exilium acturi eſſent:] ſententia ni- « mis longè petita. Malo accipere de reædificatione templi, quod numquam reſtauratum.

VVLGATA.	LXX.
Phe.	Ain.
Vers. 16. Facies Domini diuiſit eos: non addet vt reſpiciat eòs: facies ſacerdotum non erubuerunt, neque ſenum miſerti ſunt.	*Facies Domini pars eorum; non addet reſpicere eos. Facies ſacerdotum non acceperunt, prophetarum miſerti non ſunt.*

HEbraice verſiculus incipit à littera פ & non Ain ע: & ſic Complut. & Regij præfigunt Φή. Aldinus, Ain; Vaticanus Ain. Poſſet verſiculus Ieremiæ tribui, vt confirmanti dicta hoſtium: Sed accipio adhuc, vt partem ſarcaſmi hoſtilis: redditur ab iis ratio, cur templum dixerint non reædificandum, & exilium futurum perpetuum: quia tandem (aiunt) Deus eos planè à facie ſua eiecit, diſſipauit, profligauit inſtar Caini Gen. 3. verſ. 4. nec ampliùs illos dignabitur templo, quia Sacerdotes indignè tractarunt; nec paterno vt filios adſpiciet vultu, quia ſenum, maximè parentum, quàm decebat curam non habuerunt. Perpetuò quidem hæc duo peccata Iudæis valde peculiaria fuerant: (de priore habes. Oſee 4. 4. de poſteriore Eſaiæ 3. 5. & Matth. 15. 6.) ſed potiſſimùm id accidit in obſidione Romanorum, quando Zelotæ & ſicarij, & Idumæi nulla dignitatis Sacerdotalis, vel ſenij, vel paternæ pie

næ pietatis habita ratione in omnes credeliſſimè ſunt bacchati: patet de Sacerdotum contemptu Ioſephi lib. de bello Iudai. 2. cap.17. etiam occiſo maximo Pontifice Anano, ibid. cap.18. & illi ætate proximo quodam IESV, & aliis multis lib.4.cap.vlt.& plurimis Sacerdotum ad ipſam aram ſacrificantium occiſis lib. 6. cap.1. denique & Matthia Simonis filio viro nobiliſſimo & Pontificum fere præcipuo lib.6.cap.15. Patet de ſenibus, quia necatis Gorione, & Peraitâ, nullum reliquerunt viuum Zelotæ ex ciuibus, niſi aut ignobilitate, aut fortuna perhumilem lib.5.cap.1. Simonianos etiam tradit nulli ætati peperciſſe, ne pueris quidem aut ſenibus (lib.5. cap.7.) qui clanculum pro Romanis vota faciebant ait Ioſephus, lib.6.cap.1. vbi addit nullam viuis apud domeſticos reuerentiam fuiſſe. Ad hanc vltimam obſidionem referunt Rupertus & Finus Fini lib. 3. Flagelli Iudæorum cap. 24. Sanè poſt iſtud excidium, vt poſt alias captiuitates, Iudæi numquam reducti fuerunt. Nam promiſſiones de congregandis diſperſis, vt Deut.30.4. & Pſal. 147.2. ad illas tẽporarias captiuitates & tranſmigrationes, non ad hanc vltimam ſpectabant.

FACIES DOMINI DIVISIT EOS] LXX. *πρόσωπον κυρίου μερὶς αὐτῶν, vultus Domini pars eorum*, id eſt, ira Domini illis in ſortem ceſſit: frequens eſt, & notum; *pars* pro ſorte; minùs *vultus* ſeu facies pro irâ & indignatione, habes tamẽ Pſal.20.10. *Pones eos vt clibanum ignis in tempore vultus tui: Dominus in ira ſua conturbabit eos, & deuorabit eos ignis.* Poſterius comma eſt explicatio præcedẽtis. Pſal.33.17. *Vultus autem Domini ſuper facientes mala: vt perdat de terra memoriam eorum.* 2. Theſſal. 1.9. *Pœnas dabunt in interitu æternas à facie Domini.* Ratio locutionis quia in facie ſolent elucere notæ indignationis. Itaque ſenſus noſtræ verſionis eſt: Ira Domini illos diſperſit. Chald. à facie Domini amandati fuerunt.

[Margin: Vultus pro ira. Pars pro ſorte. Locus Pſal. 20.10.]

NON ADDET VT RESPICIAT] hoc eſt non ampliùs illos aſpiciet oculo benigno, vt reducat.

VVLGATA. AIN.	LXX. PHE.
Cum adhuc ſubſiſteremus, defecerunt oculi noſtri ad auxilium noſtrum vanum, cum reſpiceremus ad gentem quæ ſaluare non poterat.	*Cum adhuc ſubſiſteremus, defecerunt oculi noſtri ad auxilium noſtrum vana ſpeculantibus nobis.*

VERS. 17.

HEBRÆVS verſiculus incipit ab ע, & ſic Complut. & Regij inſcribunt verſiculum *ἄϊν*. Hebræa LXX. magis quàm noſter contraxerunt, ambo tamen eodem ſenſu; illa ad verbum

 erant:

erant: *Adhuc nobis defecerunt oculi noſtri ad auxilium vanitatis* (h.vanú:) *in ſpeculatione noſtra ſumus ſpeculati ad gentē non ſaluabit:* (hoc eſt non valentem ſeruare nos.) Chaldæus hic perfidè iſta interpretatur, vt amoliatur à vera interpretatione: quaſi ſermo ſit de temporibus Machabæorum, quando fœdus inierunt cum Romanis Ionathas & Simon, qui tamen occiſi ab hoſtibus, nulla ope à Romanis accepta. Sed obſtat huic interpretationi; quòd tunc temporis Ieroſolyma manſit illæſa, nec populus abductus in captiuitatem fuit. Alij gentem hanc interpretātur Ægyptos, iuxta Eſai. 30. & Ierem. 37. Sed nec hoc valet; quia verſatur Propheta in deploratione vltimi excidij per Romanos, quo tempore Ægyptus pacificè Romanis parebat. Puto mentionem potiùs eſſe Idumæorum; quos Simon Geraſenus ſibi ſubiecerat; qui vocatus ab Hieroſolymitanis cum iis, & prædonum exercitu, quem ducebat, vt vrbi ſuppetias veniret contra Zelotas, & contra Ioannem Giſcalenum, quorum vrbs tyrannide opprimebatur; venit, & non modò vrbem non liberauit; ſed grauiorem in ciues, quàm vel Ioannes, vel Eleazarus, vel Romani, crudelitatem exercuit. Lege Ioſephi lib. 5. c. 7. & 9. lib. 6. c. 1. 7. 11. 15. Præterea Titus, in oratione vltima, quam ad Iudæos templo exuſto habuit, inter cætera illis exprobrat, legationes eos trans Euphratem contra Romanos auxilia petentes miſiſſe; Sed non nominat Gentem ad quam miſerint, Ioſephi lib. 7. c. 3. ſuſpicor Parthos intelligi. De his igitur Idumæis, & Parthis locum intelligendum puto.

Cvm adhvc svbsisteremvs] rebus noſtris florentibus, nondum obſeſſi.

Deficere oculi quādo dicantur.

Defecervnt ocvli nostri] phraſis Hebræa qua vtuntur, quando infatigabili pertinacia ad extremum ſpem aliquam animo fouent, & ideò identidem aliquo reſpectant. Hiſpanice; *yrſe los ojos tras algo.* Pſal. 68. 4. *Defecerunt oculi mei, dum ſpero in Deum viuum:* non potui à ſpe mea vllis ærumnis depelli. Pſal. 118. 82. *Defecerunt oculi mei in eloquium tuum.*

Respiceremvs] ſicut attenti ſpeculatores de ſpecula, an ſuppetiæ venirent.

VVLGATA.

Sadi.

Vers. 18. Lubricauerunt veſtigia noſtra in itinere platearū noſtrarū: appropinquauit finis noſter, completi ſunt dies noſtri, quia venit finis noſter.

LXX.

Stade.

Reſpeximus in gentem non ſaluantem: venati ſumus paruulos noſtros, ne irent in plateis noſtris.

HIC

HIc quoque (vt videtis) cum vulgata malè conuenit diſtributio litteraria verſiculorum, quæ eſt codicis Vaticani, ſed conſentiunt libri Complut. & Regij: ſed res eſt parui momenti. nam illud; *reſpeximus in gentem non ſaluantem* incipit per צפינו *Tſipinu*: & ideò poſſet vers. hinc incipere, & principium, ſequentis verſ. ἤγγικεν incipit קרב *Karab* & ideo Hebræis litteris ſatis conuenit. Reuerâ tamen cohærentior ſententiæ videtur diſtributio vulgatæ noſtræ.

LVBRICAVERVNT] LXX. ἐθηρεύσαντο *venati ſunt*. Chaldæi diſſipauerunt ſententias noſtras. Hebraicè eſt צדו *Tſadu*, cuius radis צדה *Tſadah* propriè ſignificat inſidiari. Qui lubricam viam alteri facit, inſidiatur vt cadat; & qui venantur, ipſi quoq; inſidiantur feris: ideo nihil neceſſe eſt dicere D. Hieronymũ legiſſe *Tſarah* צרה quod eſt arctare: ſed eodem modo quo ſup. Thren. 3. v. 52. vbi vide. Romana editio; ἐθηρεύσαμεν venati ſumus: ſed Complut. & Regij ἐθηρεύσαντο. venati ſunt.

VESTIGIA NOSTRA] confirmat hanc verſionem Chaldæa paraphraſis: & Hebrę̨um צעד *Tzaad* cum gemino patah ſignificat greſſum, ſeu veſtigium, aut paſſum. Cur ergo LXX. vertunt μικροὺς *paruulos*? an quod liberi ſint quædam quaſi veſtigia impreſſa parentum, tũ propter vultus tum propter morum imitationem? ſic caperent veſtigium Metaphoricè. Senſus foret, deceperunt liberos noſtros. Vel *paruulos* acceperunt pro cogitationibus & conſiliis, quæ ſunt quaſi proles mentis & intellectus humani, & hæc expoſitio conciliatu facillima foret cũm noſtrâ verſione & Chaldæo. notum enim eſt cogitationes & ſtudia & conſilia, vocari ſemitas, & greſſus Iob. 6. 18. *Inuolutæ ſunt ſemitæ greſſuum eorum*. & veſtigia Iob. 11. 7. *forſitan veſtigia Dei comprehendes*. ſimilis metaphora. 1. Pet. 2. 21. *vt ſequamini veſtigia pedum eius*.

Verſio LXX

Veſtigium pro conſilio.

Igitur ſententia eſt foris de Romanis, & de ſeditioſis qui intra vrbem: ſic omnia cædibus & ſanguine intra & extra vrbem impleuerũt, vt nullibi veſtigiũ figere poſſemus: adeo etiam omnia cõſilia & cogitationes noſtras; ſeditioſi, de deditione & pace, Romani, de reſiſtẽdo aut vincendo, ſubuerterunt; vt nihil conſiſteret, ſed omnia nobis in malum cederent: quemadmodum accidit iis, qui incedunt per viam liquidis & viſcoſis rebus ſuffuſam atque lubricatam, quos pedem fallente veſtigio neceſſe eſt corruere.

FINIS NOSTER] tempus vltimum, exitio Ieroſolymę conſtitutum. ſic Ezech. 7. 2. *venit finis, finis venit ſuper quatuor plagas terræ*.

COMPLETI SVNT DIES] ſuccedente illa nocte, qua templum exanſtum olim à Nabuzardan, nunc à Romanis. lege Ioſeph. lib. 7. de bello cap. 10. & 18.

VERS. 19.

VVLGATA.

COPH.

Velociores fuerũt percuſſores noſtri aquilis cœli ſuper montes perſecuti ſunt nos, in deſerto inſidiati ſunt nobis.

LXX.

COPH.

Appropinquauit tempus noſtrum: completi ſunt dies noſtri: adeſt tempus noſtrum: leues facti ſunt perſecutores noſtri ſuper aquilas cæli: ſuper montes euolauerunt: in deſerto inſidiati ſunt nobis.

TEMPVS καιρὸς ſed Complut. & Reg. ſecundo loco τὸ πέρας *finis* vt noſtra verſio, & S. Ambroſius ſerm. 19. in pſ. 118. Accipio de Romanis; & etiam de Idumæis ac latronibus ſociis Simeonis; qui antequam iſti in vrbem reciperentur latrociniis totam Iudæam infeſtam habuerant, Romani autem Ierichuntem cui vicinum eſt deſertum, & totam Galilæam & omnia vicina Ieroſolymis loca ſibi ſubiecerant; poſtea etiam ipſam Vrbem in monte Sion, & monte Moria ſitam expugnarunt: & ſic de Romanis capiendo, quorum pręcipuum belli ſignum aquila fuit, optimè iſta cum ſequentibus cohærebunt, vt aduertunt S. Ambroſius d. loco & Rupert. hîc Aquila tam altè ſubuolat, vt nihil non ſuperet; tam cernit acutum, vt inferiora omnia deſpiciat; tam velociter & directè ſe dimittit deuolans vt nec lepuſculi nec columbæ, nec aues ceterę poſſint effugere. inde natum ſacræ Scripturæ adagium *aquila velocior*, vide Deutero. 28. 49. 2. Reg. 1. 23. Ierem. 4. 13. Habac. 1. 8. Sed de hac re in Adag. ſacris.

Aquila velocior Adag.

ALLEG. Satan tranſtulit Ieſum ſuper montem excelſum, & in deſerto tentauit. ſic Paniguerola. TROPOLOGIAM pete à D. Gregorio lib. 31. Moralium in Iob. cap. 33.

VERS. 20.

VVLGATA.

RES.

Spiritus oris noſtri Chriſtus Dominus captus eſt in peccatis noſtris: cui diximus in vmbra tua viuemus in gentibus.

LXX.

RECHS.

Spiritus faciei noſtræ Chriſtus Dominus captus eſt in corruptionibus ipſorum, de quo diximus: in vmbra eius viuemus in gentibus.

1. expoſitio, Ioſiæ mors.

DEBEO tres explicationes verſiculi proponere, vt duas refellam. prima eſt deplorari mortem Ioſiæ. Sic Rabbini, & Thargũ, & Lyranus, & Vatablus, & alij. ponit eam D. Hieronym.

ronym.libr. 2. contra Pelagian. poſt med. hîc tamen aliam addit de CHRISTO, quam fuſiùs proſequitur. commemorat etiã D. Thomas, ſed ſecundam ei clarè præfert: ideo non erat cur Figueirus aſſereret eam Sancto Doctori placuiſſe: nimis iſta Figueiro placuit, mihi planè diſplicet. primo quia Ioſias ante vrbis excidium fuit mortuus: ideo ſeries hiſtoriæ perturbaretur, ſi hiſtoricè, & non propheticè (vt capit tertia opinio) loquens Ieremias; priùs deploraſſet vrbis excidium. Deinde verſ. iſte non cohæreret cum præcedentibus, nec cum ſequẽtibus, in quorum nullo quidquã habetur, quod ad Ioſiã pertineat: immo conſtat quæcumque in illis continentur, à tempore mortis Ioſiæ prorſus eſſe aliena; quòd vrbs exciſa inſtar Sodomæ, quod filij à matribus comeſti, quod ex montibus fugitiui retracti, quòd iniquitas SION completa, &c. Tertiò quia poſt Ioſiam ſtetit regnum, & hoſtis victor non acceſſit ad vrbem. Quartò Ioſias ex prælio effugit, & ab hoſte captus non fuit. Quinctò Ioſias occiſus fuit propter ſuum, non propter populi peccatum. refellitur.

Secunda opinio intelligi verſiculum de morte Sedechię regis, quã etiam ponit D. Thomas, & hanc mordaciter tuetur Caluinus hereticus, eò quòd Sedechias, fuerit vnctus Domini: item quia ortus ex Dauide, qui fuit CHRISTI figura, & ideo poſſit dici cauſa & principium vitæ, & vmbra ſub qua Iudæi inter gentes viuerent. Sed hæ rationes ſunt futiliſſimæ, prima quia conuenit æquè omnibus Regibus Iuda etiam ante Sedechiam; deinde quia CHRISTVS hîc vocatur CHRISTVS Dominus, & non CHRISTVS Domini. ſecũda verò quia illa quoque eſt communis aliis regibus ortis ex Dauide; & quia valde violentum eſt vocari vmbram Dauidem, &c. qui tot ſæculis ante mortuus, & merus fuit homo; cuius memoria gentibus terrendis non erat efficax. Huic etiam explicationi obſtat primò quòd tunc ſenſus de IESV CHRISTO tantùm eſſet allegoricus, vt illi fatentur; ſed hoc repugnat verſioni noſtræ vulgatæ, vt mox oſtendam. quare non dicendũ. Secũdò quia Sedechias malus, iners, & impius rex fuit, & Ieremiam vehementer afflixit, ideò immeritò hîc & falsò laudaretur; nec in eius vmbrâ (h. ſub eius protectione vel fiduciâ) inter gentes vel cũ gentib. Iudæi vixerũt. Tertiò Sedechias ſuam non alienã luit perfidiam poſt Sedechiam adhuc reſtituti Iudæi ſuos principes habuerunt Aſamonæos, vt conſtat ex Ioſepho lib. 1. de bello Iudaico, & ex libr. 1. & 2. Machabæorum. item capto Sedechiâ, nondum completa fuit iniquitas Iudæorum; nec verum eſt nullum excidium & tranſmigrationem ſubſecutam, quæ duo affirmantur hoc quarto threno verſ. decimoſexto, & viceſimoſecundo. 2. de morte Sedechiæ. refellitur.

Reſtat ſolem tertiam explicationem retinendam, de IESV CHRISTO hunc verſiculum eſſe litteraliter intelligẽdum. probatur primò, quia tunc optimè cohæret iſte verſiculus cum præcedenti, quo dixerat venatione hoſtium vbique Iudæos comprehenſos. nunc ſubiungit rationem, id accidiſſe iure: vt quod optimo: quãdoquidem nefario ipſorum flagitio IESVS captus & neci traditus fuerit; qui erat ip- 3 de CHRISTO probatur.

 ſis

ſis vitæ ſpiritualis principium, & ſalus, ac redemptio ipſorum; ſine quo mortuum & ſpiritu caſſum, quicquid ipſi ore legebant in lege aut prophetis, & quicquid ſcire, vel credere, vel obſeruare ſe profitebantur; & ſub cuius vmbra, & figuris hactenus ipſi vixerant; & quotquot ſaluandi, ſub vmbellâ fidei eius vna cum gentibus, ſiue inter gentes in vnum Eccleſiæ corpus coalituri, erant vitam vitalem victuri.

CHRISTVS dominus differt à CHRISTVS domini.

Secundò quia nomen יהוה tetragrãmatum hîc accipiendum non in genitiuo ſed in nominatiuo, vt ſit idem quod CHRISTVS Deus quare LXX. vertunt *κύριος* & noſter *Dominus*, vt legerunt Ireneus, Origenes, Tertullian. & omnes patres mox citandi; & non, *Domini*, vt peſſimè Pagninus, Vatablus, Clarius, & Arias Montanus. Quorum iſtud *Domini*, poteſt eſſe commune Seruatori noſtro & Regibus Iudæorum, nam dictum de Saule, 2. Reg. 1. 14. *vt occideres* CHRISTVM *Domini*: ſed iſtud, CHRISTVS DOMINVS, ſoli conuenit ſaluatori noſtro, Luc. 2. 11. *natus eſt vobis hodie ſaluator, qui eſt* CHRISTVS DOMINVS: qui eſt ſimul homo & Deus, nec de vllo alio id dictum inuenitur vt notant Theodoretus, & alij patres. Quædam poſſunt obiici. Primò quòd D. Hieronymus in c. 12. Zachariæ intellexit de Ioſia Rege, & tamen legit CHRISTVS *Dominus*, igitur hoc etiam poteſt dici de Ioſiâ. Reſpõdeo, cum Agellio, Hieronymi textum ibi corruptũ, & ſcripſiſſe CHRISTVS *Domini*, ſed re melius perpenſa poſtea ſcripſiſſe *Dominus*, & de CHRISTO accepiſſe. Addo poſſe dici, quòd illic non ex ſuâ ſed Hebræorum ſententia ſit locutus.

Locus Luc. 2. v 26.

Secundò obiicitur quòd Luc. 2. v. 11. Saluator vocatur CHRISTVS *Dominus* & ibid. v. 26. dicitur CHRISTVS *Domini*: ergo hæc idem ſignificant. Reſpondeo negandam conſequentiam. quia tantùm ſequitur, ergo ambo hæc nomina CHRISTO competunt, quod verum eſt, ſed competunt diuerſa ratione. Eſt CHRISTVS DOMINVS ſecundùm diuinitatem quâ patri æqualis & coæternus: eſt CHRISTVS *Domini*, ſecundùm humanitatem, qua patre minor, & rex conſtitutus; & ſingulari modo

Locus pſ. 44. 8.

(h. ſpiritu ſancto) vnctus à Deo pſ. 44. 8. *vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ conſortibus tuis*. præ aliis Regibus, qui tantùm inuncti oleo materiali, tu autẽ vngeris plenitudine ſpiritus Domini Iſai. 11. 2. Tertiò obiicitur, hodierna ſcriptio Hebræa משיח, quæ à משח *vnxit* conuenit cuilibet Sacerdoti ſeu regi. Reſpondeo aliter conuenire CHRISTO, aliter aliis vt dixi addit Caninius, ſi voluiſſent Maſſoretæ hîc bonâ fide verſari, potuiſſe punctis ipſis & ſcripturæ modo rem apertam relinquere. nam reliquos Hebræis ſolere dici משיח ſed ſeruatorem noſtrum *κατ' ἐξοχὴν* dici משיחא vnde & Græcis non dictus *μασίας* ſed perpetuò *μεσσίας* geminato in medio S. ob defectum litteræ aſpirantis. Sed vereor ne caninius Chaldæum vocabulum ſumat pro Hebræo nam Chaldæis (vt hîc in Thargum) מלכא משיחא *Malka Mechiach*, qui Hebræis per Antomaſiam מלך המשיח *Melech Hammaſchiach. rex ille vnctus*: & ideo nihil contra nos hodierna

ſcrip

ſcriptio probat.

Tertio denique probatur ſententia noſtra conſenſu vetuſtatis maximè concordi, *Iudæorum*, vt LXX. interpretum, qui vertunt κύριος, & R. Samuelis lib. de aduentu Meſſiæ cap. 7.

Græcorum, Irenæi lib. 3. cap. 11. Origen. hîc & hom. 3. in Cant. & ſic Athanaſius ſerm. in illud, Quicumque dixerit & lib de vnitate Trinitatis Euſebius lib. 4. de demonſtrat. Dionyſius Alexandrin. in reſponſionibus ad Paulum Samoſatenum, Olympiodorus hîc, & Theodoretus, qui in cõtra ſentientes inuehitur, & Euthymius in Panoplía.

Latinorum, Ruperti, Paſcaſij, Richardi, D. Thomæ (qui hanc ceteris præponit) & D. Hieronymi hîc, qui confirmat ex Iſaiâ: Tertulliani lib. 3. contra Marcionem non ſemel, & lib. 4. c. 21. & lib. 5. c. 11. & contra Praxean. c. 14. & 24. Idem volunt Proſper de prædict. p. 2. c. 21. Ambroſius in pſ. 36. & in pſ. 118. ſerm. 15. & 19. Auguſtinus lib. 1. de incarnat. verbi. c. 2. lib. 18. de ciuita. Dei cap. 33. Ruffinus in ſymbolum, Bernard. ſerm. 1. de aduentu Domini, ſermo. 3. de aſcenſ. Domini, ſerm. 20. in Cant. & ſerm. de aquę ductu in Natiuitate B. Marię. Et ex recentioribus contra Iudæos ſcribentes, hic Paulus Burgenſis, Porchetus 1. p. victoriæ contra Iudæos, c. 16. Petrus Galatinus lib. 8. de arcanis c. 10. Finus Fini lib. 3. flagelli c. 24. toto capite. Sit ergo iſte certus & vnicus huius loci ſenſus litteralis, non iſte & primus, vt quidam incautè ſcripſit.

Chriſtus Spiritus oris noſtri, cur.

SPIRITVS ORIS NOSTRI] Origenes ſcribit in vocari CHRISTVM, tum quia ſpiritum prophetiæ nobis donauit; tum quia omnes prophetiæ (quæ ſunt os noſtrum, nos alloquens) de CHRISTO loquuntur; tum quia in CHRISTO viuimus, mouemur, & ſumus. Addo, quia ſicut, ſi alicui facultas reſpirandi intercludatur, viuere nequit: ita ſi CHRISTVS nobis auferatur: qui eſt ſpiritus per quem ſpiritualiter viuimus & reſpiramus, confeſtim ſpiritualis mors conſequetur. LXX. vt noſter; *ſpiritus oris noſtri* πνεῦμα προσώπου ἡμῶν Aquila; πνεῦμα μυκτήρων ἡμῶν, *ſpiritus narium noſtrarũ* Symmachus πνοὴν μυκτήρων ἡμῶν. *Spirationem narium noſtrarum*. B. Ambroſius d. ſerm. 15. *Spiritus ante faciem noſtram* nimirum vtrumque verum, quia, vt ait Græcum ſcholium, quiſquis Deum amat, Chriſtum aſſiduè ſpirat, & habet ante oculos propoſitum. Non tantùm amat, vt ſpiraculum vitæ (quod vult Chaldæus); ſed habet pro ſpiraculo vitæ, ſeu pro vitâ quâ reſpirat.

Conciliatæ verſiones.

CAPTVS EST] comprehenſus à Iudæis, & morti traditus.

IN PECCATIS NOSTRIS] propter peccata noſtra, eodem ſenſu LXX. ἐν ταῖς διαφθοραῖς αὐτῶν, vel vt alij codices ἡμῶν, *in corruptionibus noſtris ipſorum* ideſt noſtris met: & vt legit Dionyſius Alexandrinus vbi ſup. ἐν διαβολαῖς ἡμῶν, *calumniis noſtris*, falſis apud Pilatum delationibus, & doloſis machinis B. Ambroſius ſup. *interitu noſtro*: quia hoc peccatum contra CHRISTVM noſtri excidij (ait Ieremias) cauſa fuit. Porro *in*, pro *ob* ſeu propter, frequens eſt.

In pro propter.

Epheſios 4.32. *donantes inuicem, ſicut & Deus in* CHRISTO *donauit vobis*. 1. Tim. 4. 10. *In hoc enim laboramus & maledicimur*. Iſai. 50. 1. *In iniquitatibus veſtris venditi eſtis*.

CVI DIXIMVS] vel propriè ſumatur, pro diximus per fidem credentes prophetis id prædicentibus: vel more prophetico poſitum pro futuro; cui certo id dicturi, qui ex Iudæis conuertentur ad CHRISTVM, quorum ſe aggregat numero Ieremias.

Vmbra protectio.

IN VMBRA] ſub protectione. Sic Iſai. 49. 2. *In vmbra manus ſuæ protexit me*. Cant. 2. 3. *ſub vmbra illius, quem deſideraueram, ſedi*. pſal. 56. 2. *In vmbra alarum tuarum ſperabo*.

IN GENTIBVS] inter gentiles, vna cum illis Eccleſiâ effecti. hoc in parte impletum, à tempore quo Apoſtoli ex Iudæâ egreſſi, ad gentes ſe conuerterunt: ſed plenè implendum, quando in conſummatione ſæculi reliquiæ conuertentur: de quo multa dixi Commentario in Cant. Canticorum.

VERS. 21.

VVLGATA.	LXX.
SIN.	CHSEN.
Gaude & lætare filia Edom, quæ habitas in terra Hus: ad te quoque perueniet calix, inebriaberis atque nudaberis.	*Gaude, & lætare filia Idumææ, quæ habitas ſuper terram: etiam ſuper te tranſibit calix Domini, & inebriaberis & effundes.*

QVONIAM Idumæi perpetui hoſtes fuerant Iudæorum, & in diripiendâ Ieroſolymâ iuuerant Chaldæos; & poſtea ipſi quoque fuerunt multati; de hoc ſcelere eorum agi, & illud excidium illis prædici plerique interpretes catholici cenſuerunt: quibus ego facilè aſſentior, ita tamen vt putem; ſicut in præcedentibus Threnis de excidiis variis Iudæorum egit ſeorſim; ſic in iſto, de vtroque excidio gentis Idumæorum agi ſimul, & coniungi. quia in priore direptione Chaldæos perfidè iuuerant: & in poſteriore Romanos vna cum Iudæis iniuſtè laceſſierant (Ioſephus lib. 4. de bello Iudaico cap. 6. & lib. 6. cap. 7.) à quibus tamen libertate donati fuerāt agente Pōpeio (, vt colligitur ex Ioſeph. lib. 14. antiq. ca. 8. & l. 1. de bello Iudaico c. 5. cùm dicit Iudæos contraxiſſe intra veteres terminos, quos Idumæâ ſubacta protulerāt) & quia (vt veriſimile) ad Paſcha conuenientes, vnâ cum Iudæis, quorum ritus erant amplexi, in IESV necem conſenſiſſe, & vnâ cum Iudæis, non tantum in vrbe, ſed & per regionem totam à Romanis vaſtatos, & ſeruituti addictos. poſt illud enim Ieroſolymæ excidium eorum mentio apud ſcriptores nulla, quod meminerim; ſed ſub Arabibus, vel Syris latent.

De Idumæorum excidio.

Itaque

Itaque cenſeo Ieremiam acerbitate odij & crudelitatis Idumæorum (quam exeruerant tempore Sedechiæ, & de qua Dauid pſ.136.7. *Memor eſto Domine filiorum Edom, in die Ieruſalem: Qui dicunt; exinanite exinanite, vſque ad fundamentum in ea*] per motum; illis vicem nunc reddere, & prædicere parem exitum.

Scio quid Iudæi contra moliantur, tam veteres, quàm recentiores, qui per *Edom* intelligunt Romanos: & hos à venturo ſuo Meſſiâ deuaſtandos autumant; Sed antiquos, erroris manifeſti damnauit D. Hieronymus lib.5. in Iſaiam ad illa; *onus Dumæ*, & alijs locis, quæ habes apud Fran. Riberam in principio Abdiæ; recentiores accuratè & ſolidè refellunt Paulus Burgenſis in addit. ad 34.c. Iſaiæ, & in addit. ad Abdiam, & Petr. Galatinus lib.4. de arcanis fidei cap.28. *Idumæorũ ſeu Edom nomẽ à prophetis propriè poſitũ. Iudæorum opinio reiecta.*

Scio viros quoſdam pereruditos, contendere falſum eſſe, quod aſſeritur de Idumęis à Nabuchodonoſor magnâ clade affectis, & ideo malũt Abdiã, & alios prophetas nomine Edom ſignificaſſe infideles & alios peccatores, quod diligenter tuetur vir doctiſſimus Ludouicus Legionenſis, magnum Hiſpanię totius ornamentum, commentario accurato in Abdiam: quam ſentẽtiam ſcio quoque à Riberâ noſtro, non ſine causâ, improbatam. ſed mihi nunc illud Palæmonis placet, *Breuiter contra Luiſiũ Legion.*

Non noſtrum inter vos tantas componere lites:
Et vitula tu dignus & hic.

Illud pro certo ſtatuo; ſi probetur illa clades per Chaldæos illata Idumæis, ceſſare omnia & corruere, quæ pro illâ Metaphorâ & impropriâ acceptione adferuntur. Cur autem non ſatis probatum mihi videatur, quod D. Hieronymus, D. Cyrillus, & alij Patres prodiderunt, quibus erant integri Hiſtoriarum ſcriptores, qui nobis interciderunt? Nouum verò non eſt aliquando in S.S. vt in prophanâ καθ' ὑπερβολὼ dici exciſam gentem, cuius reliquiæ ſuperſtites aliquæ; quæ poſtea repullularint. Excidium Troiæ, cui inauditum? tamen regna Troiæ dicit ille reſurrexiſſe; & verè dicit, & ſi nomen Gens mutarit. poſſem ſimilia congerere, ſed illud notiſſimum ſuffecerit. aliud dicendum, quando Deus gentem anathemati ſubijcit, & excindi iubet: quia in præciſâ Dei iuſſione interpretationi aut moderationi locus non relinquitur, quoniam incerta eſſet iuſſio, ſi liceret aliter interpretari. Onus propheticum nihil amittit dignitatis aut certitudinis veritatiſue, etiamſi Hyperbolen admittamus quæ ornatui ſermonis ſeruit, & apta eſt à peccato deterrere. Hæc obiter: cur putem quæ de excidio Idumæorum prædixerunt Iſai. cap.21. & 34. Ieremias c. 49. Ezechiel ca.35. & Ioël cap.3. & Hamos c.1. Abdias; aduerſus certam gentem, nempe poſteros Eſau, vaticinatos fuiſſe. *Iuſſa Dei præciſè & ſtrictè vt verba ſonãt accipiendæ: non ita prophetiæ: & cur?*

Quod attinet ad Ieremiã hoc loco, nõ inane eſt, quod addit, ne aliter capiamus, *quæ habitas in terra Hus*, quod exſtat in Hebræo, & in pleriſque libris LXX. & legit Theodoretus: quæ regio paruit Iobo, vni ex poſteris Eſau, Iob.1. 1. Scio quem multa de hoc loco noſter Pineda ſcripſerit in commentar. d. v.1. à v.26. quam ſuadeo legatis. Mihi *Hus vbi, & cur hoc addatur; noua ratio.*

breuiter ſententia ſtat terram Hus propriè hîc capiendā; non quòd Idumæorum habitatio ad eam reſtringatur: (cùm illa non tam Arabiæ, quàm Palęſtinæ Iudæis diſtributę fuerit, vt pote portio quædam ſortis dimidiæ tribus Manaſſis, quæ vſque ad Hermon porrigebatur: (vt benè docet Pineda num.28.) ſed quòd additione iſta indicetur iniuſtia Idumæorum. qui Hermon montem prætergreſſi fratribus ſuis hanc regionem ereptam vſurparint, quam Deus illis ſorte conceſſerat. Quæ Chaldæus de vrbe Conſtantina & Armenia garrit; apinæ ſunt, & gerræ.

Prædicit ergo Idumæis excidium Ieremias; primò inchoatum per Nabuchodonoſor, de quo videntur potiſſimum loqui Patres, & prophetias illas ſic accepiſſe: ſed completum per Romanos quando Idumæi in vnam cum Iudæis gentem coaluerant, vt benè Galatinus d. loco. cui interpretationi nihil video, quid apud illos propheta obſtet. Nunc ſingula videamus.

Imperatiuus vetans. GAVDE] irridentis eſt & prohibentis, vt benè D. Hieronymus. ſic frequenter imperatiui comminatorij fortiùs vetant. habes exempla Eccleſ. 11. 9. *Lætare ergo iuuenis in adoleſcentia tua* &c. Amos 4. 4. *venite ad Bethel, & impiè agite.* vbi vide D. Hieronymum, & Martinum Martin. lib. 5. hypotypoſ. cap. 4. & in præfat. lib. 10.

FILIA EDOM] Idumæi.

QVÆ HABITAS IN TERRA HVS] quæ fines tuos vſque ad extremam Auſitidem porrexiſti.

AD TE QVOQVE PERVENIET CALIX.] tu quoque grauiſſimè punieris. de Idumæis noſter cap. 49. 12. *Ecce quibus non erat iudicium vt biberent calicem, bibentes bibent: & tu quaſi innocens relinqueris? non eris innocens, ſed bibens bibes.* hoc eſt, vt ſequitur, INEBRIABERIS. potaberis afflictione vſque ad ſatietatem.

ET NVDABERIS] Ierem. d. cap. 49. 10. *Ego verò diſcooperui Eſau, reuelaui abſcondita eius, et celari non poterit.* Cōparat igitur feminæ ebrię, in luto & ſordibus iacenti, omnis honeſtatis oblitæ, quæ per ebrietatem oculis exponit, quæ in primis ſubducenda: ſicut Noe Gen. 9. 20. Sic (ait) Idumæi malorum atrocitate ſtupebant, & (vt ait ille) attonabuntur, vt omnem pudoris & decoris curam abijciant. Quod mulieri veſtes, hoc, vrbibus ſunt mænia & munitiones: minatur itaque vrbiū omnium expugnationem, & deuaſtationem, & incolarum ſeruitium.

Nudare populū quid. Soliti prophetæ gentibus hanc nuditatem minari. Iſraeli Ezech. 16. 37. *nudabo ignominiam tuam coram eis, & videbunt omnem turpitudinem tuam.* eidem Oſee 2. 3. *ne fortè expoliem eam nudam, & ſtatuam eam ſecundum diem natiuitatis ſuæ.* & Niniue, Nahum. 3. 5. *reuelabo pudenda tua in facie tua, & oſtendam gentibus nuditatem tuam, & regnis ignominiā tuam.* Parùm acommodatè Rabbini hoc loco exponunt, *euomes.* nam calamitates euomere non minima portio eſt fęlicitatis. meliùs noſter: nam ערה *Arah* propriè eſt diſcooperuit, Iſaiæ 32. 11. & 22. 6. & 3. 17. hinc transfertur ad effundere, vt vertunt LXX. quia quæ effundimus, detegimus.

VVL

VVLGATA.	LXX.
Thav.	Thav.
Completa eſt iniquitas tua filia Sion, non addet vltra vt tranſmigret te: viſitauit iniquitatem tuam filia Edom, diſcooperuit peccata tua.	*Defecit iniquitas tua filia Sion: non adÿciet tranſmigrare te. Viſitauit iniquitates tuas filia Edom: reuelauit ſuper impietates tuas.*

Vers. 22.

CRvcem hic in Thau videtur fixiſſe Propheta interpretibus: ſic ſe torquent. Chaldæus exponit; Tandem etiam erit completa iniquitas tua Synagoga Tſionis: liberaberis enim per manus Meſiæ,& Eliæ ſacerdotis eximij,& nō addet Dominus fore,vt vltra exules tu. Cæterū illo tempore viſitabit iniquitates tuas Roma impia, quæ ædificata es in Italia, & plena es Idumæorum cætibus; ſi quidem venient Perſæ,qui perturbabunt,vaſtabúntq; te, quoniam cognita es coram Domino propter peccata tua.] Nimirum ſceleſti Rabbini in eo conſentiunt nobiſcum ante vltimum iudicium venturum Eliam; ſed Meſſias, quem exſpectant,eſt Antechriſtus, cui adhærebunt, & tunc pollicentur ſibi vindictam de Romanis à quibus exciſi fuerunt. Nam per Edom intelligunt Romanos, quia pro *Duma* mutato daleth in reſch legunt *Roma* & exponūt Romam: quos cum D.Hieron.in Iſai. & Amos, refellit optimè Galatinus dict. lib.8. Tenent quidem multi etiam Catholici Romam vrbem (non Eccleſiam Romanam, cuius fides deficere non poteſt: de qua Iudæi ſentiunt) ante mundi finem ad idololatriam reditura͂ & planè excindendam. Vide Franc.Riberam & Blaſ.Viegam in c.13.17.& 18.Apocal. & Benedict. Pererium in Præfat. lib. 14. in Daniel. verùm hoc nihil pertinet ad locum iſtum,nec etiam Roma vſquam in S.S.ſignificatur nomine Edom, ſed Babylonis.

Roma non vocatur hic Edom.

Theodoretus hic notat fauſta nunciari Iudæi, ſcilicet quòd per Aſſyrios non eſſent ampliùs abducēdi captiui, ipſis victoribus paulò pòſt à Perſis debellandis: Idumæis verò in fauſta nempè ab Aſſyriis deuaſtandos. Verùm non placet,quia (vt dixi) hoc caput pertinet ad excidium Romanorum: neque adhuc tempore Sedechiæ completa erat iniquitas Iudæorum, qui poſtea crucifixerunt Dominum, & tranſmigrationem paſſi à Romanis: nec reſtringenda tranſmigratio ad Chaldæos,cùm indefinitè ponatur, ſicut etiam iniquitas.

Sententia Theodoreti

Meliùs ergo qui accipiunt de excidio per Romanos, vt Origenes & Olympiodorus,quia ſimul per eos puniti Iudæi & Idumæi, vt dictum v.præcedenti: horum mihi explicatio videtur optimè conuenire ſenſui litterali, & ſine vlla tranſitione cohærere cum præcedentib. & ſequentibus. Ait:

Completa est iniqvitas tva] eo progreſſa es ſceleris, quo poteras progredi, nec maius reſtabat, quod poſſes perpetrare. Non negat ampliùs peccaturam, aut illud peccatũ perpeti pertinacia cumulaturam: ſed negat nouum vllum grauius occiſo Dei filio commiſſuros; cuius peccati excæcatio, & obſtinatio eſt appendix, & ex illo fonte cõtinuatus riuulus: pro; *completa*, Hebraicè habes תם *Tam*, cuius radix תמם *Thamam* cõſummare & perficere ſignificat, & quia finis coronat opus, etiam finire & abſoluere. Ego hoc loco nõ refero ad ceſſationem, ipſius peccati; nec ad finem temporis, ſed ad ſummũ gradum, ſeu perfectionẽ ſceleris ipſius; quod vlteriùs (magnitudine) quo progrediatur non habet: & ſic etiã accipio illud LXX. ἐξέλιπεν *defecit*: & ſic *ſceleris finem* vſurpant etiam Latini. Seneca in Thyeſte:

תמם.

Nvn. *Exhorruiſtis? hactenùs non ſtat nefas:*
Plus eſt. Ch. *An vltrà maius. aut atrocius*
Natura recipit? Nvn. *ſceleris hunc finem putas?*
Gradus eſt---

gradum ergo vlteriorem negat Ieremias iniquitati.

Iniqvitans] LXX. ἀνομία. Hebræum עון *Aon* tam culpæ, quàm pœnæ eſt; hic accipio pro culpa, vt dixi; quæ enim queat maior legum omnium, præuaricatio reperiri, ea qua Iudæi contra Dominum tempore Paſſionis inſanierunt. Quidam putant huc pertinere illud Iſai. 40. 2. *Completa eſt malitia eius, dimiſſa eſt iniquitas illius*: Sed ex Hebræo; vbi vox eſt *militiam* ſignificans; ſatis patet *malitiam* illic alio pertinere. Illi ſupponunt Ieremiam iſto verſ. Sionem conſolari; quod mihi videtur non ſatis cohærere cum præcedentibus: & violentum eſſe, cùm Idumæis, (quos præcedenti verſu quoad pœnam Iudæis iunxerat) tam dira minetur; qui tamen & ipſi ad Christvm ante extremi iudicij diẽ conuertentur. Non facit pro conſolatione quod ſequitur, & pleróſque fefellit.

Noua explicatio

Non addet vltra vt transmigret te] non expellet te vltrà in áliud exilium: Senſus eſt, numquam te in patriã reducet, & idcircò non eſt quod cogites de aliis ſedibus; vſque ad mundi finẽ exul eris, vagaberis perpetuò. Latet tacita irriſio: ſicut in illo: *Nunc ergo perfodiam illum lancea in terra ſemel, & ſecundò opus non erit.* 1. Reg. 25. 8. q. d. vnico tantùm ictu illum petam. Sic hoc loco, negat ſe ampliùs eos in exilium acturum.

Visitavit] Hebraiſmus Propheticus, certò vlciſcetur: & mauult vti præterito, quia de Sione vſus eodem tempore: cuius pœnam coniunxit.

Discoopervit] pro futuro: vult autem per pœnæ magnitudinem, nos intelligere peccati grauitatem. Vide Ierem. 49. 10. ad quæ dixi verſu præcedente.

Tropolog. de pœnitentia peccatorum exponit D. Ambroſ. ſerm. vlt. in Pſal. 118. per *Edom* hæreticos intelligit Honorius Papa in epiſt. ad Sergium Conſtantinopol. quam exhibet Illuſtriſſ. Baronivs Annal. Eccleſiaſt. tom. 8.

Allego

Allegoricam puto quorundam expoſitionem, qui exiſtimant à figura tranſitum fieri ad figuratum: præcedenti verſu figuram poſitam: hoc figuratum poni: Quia *Sion* illa vetus fuit figura Sionis nouæ, nempè Eccleſiæ Chriſtianæ & *Edom* typus infidelium & omnium ſponſam Iesv infeſtantium; ideò hæc poſſe referri ad Eccleſiam Christi, poſt reſurrectionem Ieroſolymis degentem, quam Ieremias Prophetica luce illuſtratus alloquatur. q. d. Nunc demum ad te conuertor (ô ſpiritualis Sion) quam Deus ab æterno elegit; antiquæ Sionis, quā defleo, filia: Gaude, quia baptiſmi aquis, virtute ſanguinis agni immaculati, deleta eſt & abſumpta, *iniquitas tua*. Peccatum illud grande necati Christi Domini, iam ab ipſomet expiatum fuit. Deus, qui bis in idem non punit, non patietur *amplius te tranſmigrari*; mutatione legis & inſtitutorum, (vt accidit veteri ſynagogæ abrogata lege Moyſis:) nec fidei defectu; cuius es columna, ſuperædificata ſuper firmam petram, aduerſus quam portæ inferi non præualebunt. Simili modo cenſent ſignificari *Edom* ſpiritualem, impietate & crudelitate infeſtam Eccleſię multitudinem infidelium; cui prædicat certa & ineuitabilia ſupplicia.

De Sione vetere & noua.

Edom typus hoſtium fidei.

Anagogica eſt de vltimo iudicio die futura bonorum & malorum retributione, & cunctorum ſceleribus detegendis, expoſitio plurimorum, ſancti Hieronymi, Rabani, Ruperti, Paſchaſij, Richardi, & aliorum hîc.

ORATIO IEREMIÆ ſeu CAPVT V.

ARGVMENTVM.

Querelis ſubiungit Propheta orationem ſuo & populi nomine, qua Deo, breui quadam anacephalæoſi, pleráſque quas iam narrarat calamitates ante oculos ponit; vt eum prouocet ad miſericordiam, quam in capitis calce poſtulat. Quoniam verò ſibi & populo cõmunis eſt obſecratio, quædam inſerit quæ perſonam ſuam, quædam quæ populum loquentem magis deceãt.

VVLGATA.	LXX.
Recordare Domine, quid acciderit nobis: intuere, & reſpice opprobriũ noſtrũ.	*Recordare Domine, quod factum eſt nobis. Reſpice, & vide opprobrium noſtrum.*

VERS. I.

Recordari Deus quomodo dicatur.

RECORDARE] non quòd vllius rei obliuio illi ſubrepat, ſed quia cùm diu differt opitulari, videtur hominum oblitus: itaque citâ ope manifeſta te ſollicitudinem noſtri non abieciſſe. Vide ſup. Threno.3.19. Sic in bonum capitur *recordari*. Geneſ. 8.1. *Recordatus eſt Dominus Noë*. Pſal.73.3. *Memor eſto congregationis tuæ*. Pſalm.77.39. *Recordatus eſt, quia caro ſunt*. Pſal.88.51. *Memor eſto Domine opprobrij ſeruorum tuorum:*] vt miſerearis & liberes.

QVID ACCIDERIT] non caſu aut fortuitò, ſed decreto tuo, vt bene Chaldæus; quas clades propter peccata nos perpeti volueris.

Intueri.

INTVERE] vt nos liberes. Num.6.26. *Conuertat Dominus vultum ſuum ad te, & det tibi pacem*. Dan.9.17. *Nunc ergo exaudi Deus noſter orationem ſerui tui, & preces eius: & oſtende faciem tuam ſuper ſanctuarium tuũ.* Idem ſignificat ſequens RESPICE, ideſt miſerere & eripe. Exod.2.

25. reſpe

25.*reſpexit Dominus filios Iſrael, & cognouit eos.* Ruth.1.6. *quod reſpexiſſet Dominus populum ſuum, & dediſſet eis eſcas.*

RESPICE OPPROBRIVM] id eſt aufer dedecus & confuſionem: de qua Ierem.51.51. *Confuſi ſumus quoniam audiuimus opprobrium: operuit ignominia facies noſtras: quia venerunt alieni ſuper ſanctificationem domus Domini.* Opprobriū.

NOSTRVM] quod nobis tecum quodammodo commune: quia hoſtes ærumnas noſtras detorquent in blaſphemiam, & tuam (Deus) contumeliam. iuxta illud Ioël 2.17. *Parce Domine, parce populo tuo: & ne des hæreditatem tuam in opprobrium, vt dominentur eis nationes. Quare dicunt in populis: vbi eſt Deus eorum?* pſ.78.4. *facti ſumus opprobrium vicinis noſtris: ſubſannatio & illuſio his, qui in circuitu noſtro ſunt.* & v. 10. *Adiuua nos Deus ſalutaris noſter: & propter gloriam nominis tui Domine libera nos: & propitius eſto peccatis noſtris propter nomen tuum. Ne fortè dicant in Gentibus; vbi eſt Deus eorum? & innoteſcat* (tale dictum) *in nationibus coram oculis noſtris;* qui pſalmus continet prophetiam opprobrij, quod in threnis deplorauit noſter Ieremias; maxime vltimi excidij, vt illic oſtendemus.

VVLGATA.	LXX.
Hæreditas noſtra verſa eſt ad alienos, domus noſtræ ad extraneos.	*Hæreditas noſtra verſa eſt ad alienos, domus noſtræ ad extraneos.*

ORDITVR à damno vniuerſali mox deſcenſurus ad particularia. Non tantùm (ait) ſortes tribuum, quas Abrahæ in hæreditatem promiſiſti, & poſteris eius per funiculos diuiſiſti, & optimo belli iure poſſidebamus, & legitimè præſcripſeramus, barbari & ſpurij occuparunt: ſed inſuper nos propriis, quas exſtruxeramus ædibus, & lare familiari ignominiosè exturbauerũt homines peregini, & nobis penitùs ignoti. Tale illud. Hæreditas Iſraëlis.

ô patria! ô Priami domus,
Quam diſpari Domino dominaris!

Item; *Impius hæc tam culta noualia miles habebit*
Barbarus has ſegetes?

Prædixerat Iſais cap.1.7. *regionem veſtram coram vobis alieni deuorant.* hoc eſt deuorabunt. & 25.2. *poſuiſti ciuitatem in tumulum vrbem fortem in ruinam, domũ alienorum.* Quod meritò accidit, quia proprio Deo relicto Deos alienos, qui non erant Dij coluerant, & CHRISTVM, qui in ſua venerat, pro alieno habentes ſui eum non receperant: ideo iis, vt indignis, abſtulit hæreditatem, & nouos Abrahæ filios ſuſcitauit. hæc omnia illis fuerant prædicta. Ieremiæ 19. verſ. 4. *Ecce ego inducam afflictionem ſuper locum iſtum, ita vt omnis, qui audierit illam, tin-*

niam aures eius : eo quòd dereliquerint me , & alienum fecerint locum iſtum: & libauerunt in eo Diis alienis , quos neſcierunt ipſi & patres eorum. Ioan. 1.12. *In propria venit, & ſui eum non receperũt.* ideo eos poſtpoſuit alienis. Luc.3.8. *Ne cœperitis dicere : Patrem habemus Abraham. Dico enim vobis, quia potens eſt Deus , de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ.* quod & fecit, repudiato carnali, & adoptato ſpirituali ſemine.

Loca Ierem. 17.4. & 8.10.

HEREDITAS] terra promiſſionis. Ierem. 17. 4. *relinqueris ſola ab hereditate tuâ, quam dedi tibi.* hoc eſt hereditas tua ſola relinquetur, per hypallagen. & cap. 8. 10. *dabo mulieres eorum exteris , agros eorum heredibus,* non ſuis, ſed exteris. nam repetendum ex præcedenti.

Iudæis alieni pro ſpuriis. Locus Ioan. 8.42. Spurius pro alienigena. Locus 1. Re. 17.4.

ALIENOS] Iudæi ſe ſolos nobiles , alios autem omnes ignobiles, allophylos, & quaſi ex illegitimo concubitu natos reputabant. vnde illud Ioan.8.42. *Nos ex fornicatione non ſumus nati : vnum patrem habemus Deum.* & è contra de Philiſtæo, 1. Reg. 17. verſ. 4. *egreſſus eſt vir ſpurius.* hoc eſt alienus.

Domus quid ſignificet.

DOMVS NOSTRÆ] res familiares ſingulorũ, opes filij, poſſeſſiones, ædificia, pecunia. Ierem. 6.12. *Et tranſibunt domus eorum ad alteros, agri, & vxores pariter.* Sic ſumitur, Domus Iacob, domus Dauid, & domus Aſſaraci apud Maronem.

ALLEGORICE, hereditas & domus CHRISTI eſt Eccleſia (vide Interlinealem) cuius bona conceſſa ſunt à Deo infidelibus, Turcis & hæreticis de quibus exponit Paſcaſius.

VERS. 3.

VVLGATA.	LXX.
Pupilli facti ſumus abſque Patre , matres noſtræ quaſi viduæ.	*Pupilli facti ſumus , non eſt pater : matres noſtræ quaſi viduæ.*

DEVS ſe patrem Iſraëlis profitebatur: Exo. 4.22. *filius meus primogenitus Iſraël.* Ierem. 3. 19. dicit Deus Iſraëli ; *Patrem vocabis me , & poſt me ingredi non ceſſabis.* à Deo deſerti , vt orbati patre facti ſunt *pupilli.* Similiter Deus Synagogam ſibi quaſi vxorem deſponderat , ideo ſingulæ ſynagogæ ſui cætus quaſi matres erant. Iſai. 50. 1. *Hæc dicit Dominus , quis eſt hic liber repudij matris veſtræ, quo dimiſi eam? aut quis eſt creditor meus, cui vendidi vos ? ecce in iniquitatibus veſtris venditi eſtis , & in ſceleribus veſtris dimiſi matrem veſtram ?* Oſee.2.2. *Iudicate matrem veſtram, iudicate : quoniam ipſa non vxor mea, & ego non vir eius.* ſic ergo viro carentes, verè *viduæ.* Vide Thren. 1. verſ. 1. ad illud *quaſi vidua.*

VVLGA

VVLGATA.	LXX.
Aquam noſtram pecuniâ bibimus: ligna noſtra pretio comparauimus.	*Aquam noſtram in argento bibimus: ligna noſtra in commutatione.*

Vers. 4.

ADEO nos durâ ſeruitute hoſtes immanes oppreſſerunt, vt hauſtum, quorum à naturâ & gentium iure nemini denegatus eſt potus fluminum; (notum illud Latonæ ad inhumanos ruſticos. Aquæ vſus.

» Quid prohibetis aquas? vſus eſt communis aquarum.] & aridorum lignorum deciduorum feſtucas, & in ſolo relictarum ſtipularum collectionem, nobis non permitterent ad ignem exſtruendum; ſed à diſpoliatis, & rerum omnium egenis, inſuper eo nomine pretium exigerent; & (ſic Origines) rebus viliſſimis, quibus carere non poteramus, tributum imponerent. quid vitæ relinquit, qui aquâ & igne arcet? ideo inter grauiores Romanorum pœnas, *aquâ & igne interdicere*. § 1. verſ. capitalia. Inſtit. de publi. iudic. lib. 1. in fin. D. de bonor. poſſeſſ. contra tab. rationem reddit Ouidius accommodatum huic loco; in Faſtis, Aqua & igne arcere?

» *Iunxerunt elementa patres, aptúmque putarunt.*
» *Ignibus, & ſparsâ tingere corpus aquâ.*
» *An quòd in his vitæ cauſa eſt? hæc perdidit exul.*

Quæritur itaque propheta; illos quibus præter animam nihil relictū; non permiſſos hâc ipſam gratuitò retinere. Prædictam pœnam Deut. 2.6. *aquam emptam haurietis, & bibetis*; eſt qui notet; ſed fallitur. nam eo loco nullum Onus propheticum, ſed innoxius tranſitus deſcribitur. errauit, quia non locum ipſum, ſed concordantias conſarcinatur inſpexit. Vltus Deus pœnâ accommodatiſſima peccato. Nam igne & aquâ abuſi Iudæi: aquis ad libamina, flammis ad coquendas reginæ cœli placentas. Ierem. 7.18. *Filij colligunt ligna, & patres ſuccendūt ignem, & mulieres conſpergunt adipem, vt faciāt placentas reginæ cœli, & libent Diis alienis, & me ad iracundiam prouocent.*] Mira eſt interpretatio quædam

» Olympiodori, quam ita vertit Agellius: *Cùm terram promiſſionis ſorte* Olympiodori hiſtoria.
» *diu ſerunt filij Iſraël regibus gentium ligna fabrefacta ſuper collum imponen-*
» *tes, & ſuper ea calcantes, eos interficiebant: itaque hîc prophetam dicere, quòd*
» *quæ diuinâ adiuti ope hoſtibus fecerant, eadem à Deo derelicti, paſſi fuerunt.*]

Videtur itaque Olympiodorus cenſuiſſe Iſraëlitas coactos emere ligna, quibus tam dirè occiderentur: quod ſanè vel cogitatu ſit horribile. Puto hanc interpretationem natam ex diſpunctione variâ librorum Græcorū, Nam quidam libri coniungunt in vnum iſta; ξύλα ἡμῶν ἐν ἀλλάγματι ἦλθεν ἐπὶ τὸν τράχηλον ἡμῶν. ſic Vaticana editio & Aldina, hoc eſt; *ligna noſtra in commutatione venerunt ſuper collum noſtrū*, & videtur quibuſdam ſic etiam Symmachus diſpunxiſſe, qui vertit, Lectio Græca variâ.

ζυγὸς κατὰ τοῦ τραχήλου ἡμῶν iugum ſuper collo noſtro. Mihi Symmachus videtur cum Hebræo & noſtrâ verſione diſpungere, nam his verbis explicat initium verſûs ſequentis; vt & L X X. ſecundùm lectionem Compluten ſ. & Regiam, quæ habent notam periodi poſt ἦλθεν, & ſequentem verſ. inchoant, *ἐπὶ τὸν τράχηλον ἡμῶν ἐδιώχθημεν. ſuper collum noſtrum paſſi ſumus*, & vt ſcias quid collo inditum. Symm. ζυγὸς explicabat.

Tropolog. De ſimoniacis ponit Paſcaſius.

Vers. 5.

VVLGATA.	LXX.
Ceruicibus noſtris minabamur, laſſis non dabatur requies.	*Venerunt ſuper collum noſtrum: paſſi ſumus perſequutionem, laborauimus, non habuimus requiem.*

Minvs graue eſt à tergo vel lateribus vrgeri: ſumma ſeruitus vbi tyranus ceruici dominatur, & velut inequitans inſultat. hinc metaphoram ducit: vel ſanè à bobus ſubiugatis, qui ſtrictè loro ducuntur, & plauſtra graua vel aratrum trahunt: norunt hanc miſeriam captiui Chriſtiani, qui apud Turcas ita terram proſcindunt. prioris verò petulans exemplum præbet ſeruulus apud Plautum Litanus Aſinariæ act. 3. ſcena. 3. vtrumuis horum pœna digna fuit ferreæ ceruici Iudæorum. Addit agricolas ſerâ die boues ſoluere, ſuæ miſeriæ nullum neque modum, neque finem fuiſſe.

Hominibus arare.
Hominibus inequitare.

Chaldææ paraphraſis hiſtoriola.

Cervicibvs nostris] Hebræum נרדפנו Nirdaphnv poteſt etiam verti, *perſecutionem paſſi ſumus* cum L X X. RR. Ioſeph, & Iarrio: ſed perſecutio intelligenda vt dixi. Adſcribam Chaldææ paraphraſis hiſtoriolam, quam etſi non credas, non damnaberis, ait: ſuper nodum colli noſtri, cùm in exilium furoris Nebucadnerſaris impij „
iremus; onerati fuimus (*ſarcinas hoſtium ferentes, aut ex quodam Quinquarboreus:* ingenuis filiorum Iſraëlis, qui vacui proficiſcebantur, præ „
cepit, vt conſuerent libros legis, ex illiſque facerent ſaccos, quos lapillis implerent, qui in Euphratis ripâ (inueniuntur) ac illis ceruices illorum onerauit. Ab illo profecto tempore nulla fuit nobis oculis requies.] ſic Thargum.

Minare, & *minari* differunt.

Minabamvr] qui *mino*, & *minor* pro eiuſdem ſignificationis voce capiunt, Paſcaſius, Liran. Dionyſius, veniâ digni; quia ſeculo illo Latinæ linguæ exigua erat cognitio. Hodie, tam exculto litteris ſæculo quis ferat nuper ũinterpretem auſum, in coloniâ Patricia Cordubenſi, vnde nobis Annæi, Moralij, & tot alij Latinę linguæ peritiſſimi, hîc chartis illinere; *Ceruicibus noſtris minabamur* ideſt, minabâtur *omnes ceruicũ perſecutionem*? Et tales quotidie proſiliunt, ſacræ ſcripturæ interpretes. Quid ſit *minare*, docui Threno. 3. 2. ſenſus eſt, quem dixi vſum

victorem

victorem pro iumentis ſarcinariis, vel aratoriis.

Sequentibus LXX. retinent Hebraiſmum *laborauimus*, *&c.* noſter ſenſum compendio clarè reddidit. nemo enim laſſus niſi poſt laborem.

VVLGATA.	LXX.
Ægypto dedimus manum, & Aſſyriis vt ſaturaremur pane.	*Aegyptus dedit manum: Aſſur ad ſatietatem ipſorum.*

VER. 56.

» DVæ in ſcholiis Græcis interpretationes ponuntur, vna eſt
» Ægyptus exhibuit ea quæ ad vſum ementibus: & ſimiliter
» Aſſyrij, qui captæ regioni cuſtodes dati. Altera eſt: Ægyp-
» tus quidem præ ſe tulit, velle nobis opem ferre: Aſſyrij au-
» autem captis præbebant alimentum.] Iſti interpretes legerunt copulam *&* quam in Latinis codicibus, Complutens. Regiis & Romanis habemus; & legit Symmachus, & Chaldæus. Nam ex Symmacho proferunt: τοῖς μὲν Αἰγυπτίοις ἑαυτοὺς ἐξεδώκαμεν, προσδραμόντες ὡς φίλοις τοῖς ἀεὶ πολεμίοις. τοῖς δὲ Ἀσσυρίοις τῷ λιμῷ πιεζόμενοι προσεδρά-
» μομεν. Ægyptiis quidem nosipſos tradidimus accurrentes velut ad
» amicos, ad ſempiternos hoſtes. Ad Aſſyrios autem fame oppreſſi ac-
» currimus.] Chaldæus autem, Ægypto præbuimus humeros, vt illic cibaremur; & Aſſyriꝩ vt pane ſaturaremur:] vtraq; interpretatio probat: niſi quod non placet *humerus* pro manu. Date manum.

DEDIMVS MANVM] quidam exponunt *fœdus percutere*. alij victos ſe profiteri, & pacem poſcere; vt loquitur Nouatianus de Trinitate c. 11. & Virgil. Æneid. 12.

---palmas tendere victum
Auſonij videre ---

& ſic Ierem. 50. 15.

vbique dedit manum.

ab omnibus victa. alij, pendere tributum. ceteri mendicare; quos ſequor & interpretor. Nos illi, quibus à Deo data promiſſio opum & abundantiæ, qui ab aliis mutuum poſceremus, ab aliis non peteremus Deut. 15. 6. eo redacti ſumus inopiæ, vt etiam ab illis, qui nos perfidè & fœde deceperunt non ſemel, coacti ſimul ſuppliciter & demiſſè ſtipem petere. Hoc merebantur, qui patrem famil. dereliquerant, à quo melle, oleo, vino, & medullâ tritici nutriebantur: & maluerant ire poſt amatores ſuos cum Oſeë meretrice cap. 2. 5. Sed quando hoc accidit? ante captiuitatem Deus ſterilitatem Iudææ immiſerat; & agri continuis bellis inculti iacebant; ideo cogebantur aliunde inuectis commeatibus vti: maximè occiſo Godoliâ. quando reliquiæ in Ægyptum fugerunt, & inde rurſus à Chaldæis captiuæ abductæ fuerũt, vt prædixerant Ierem. 44. 25. & Exechiel. 29. 19. Scio in codicibus

 Græcis

Græcis Romanis , Aldinis, Complut. & Regiis , non haberi copulam καὶ, ſed tantùm; Αἴγυπτος ἔδωκε χεῖρα Ἀσσοὺρ quod Hebræus textus non abnuit, vt *Aſſur* capiatur in caſu tertiò, hoc Paniguerola interpretatur *Ægyptij fœdus cum Aſſyriis percuſſerunt, & illis nos tradiderunt, vt pro libito in nos ſæuirent*: ſane veritati hiſtoriæ congruit; qua proditum, Nechao Rege Aegypti cedente, cui ſuberat Iudæa determinatis imperij finibus conueniſſe, vt Iudæi ad Babylonem pertinerent: ita Sulpicius lib. 1. ſacræ hiſtoriæ.

Verumtamen tutius eſt dicere in Hebræo ſubaudiri copulam; & quam ſolent ſæpe reticere; vt cenſuerunt Symmachus Chaldæus , & noſter, & ideo in Romanâ editione Græca ponitur nota diſtinctionis ante vocem Ἀσσοὺρ , vt intelligatur aliud ſequi membrum & Ἀσσοὺρ in recto poſitum. Negari tamen non poteſt, valdè tenebris hîc obſitam eſſe verſionem Græcam, noſtram verò luculentiorem.

VERS. 7.

VVLGATA.	LXX.
Patres noſtri peccauerunt , & non ſunt : & nos iniquitates eorũ portauimus.	*Patres noſtri peccauerunt, non ſunt : nos iniquitates eorum portauimus.*

Delicta maiorum quo pacto luant poſteri. PLerique volunt hæc dici in perſona populi, qui conqueri ſolitus ſe delicta maiorum luere immeritum , adeò vt in prouerbium ea querela abierit; Ierem. 31. 29. *In diebus illis non dicent vltra: Patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obſtupuerunt; ſed vnuſquiſque in iniquitate ſua morietur: omnis homo , qui comederit vuam acerbam. obſtupeſcent dentes eius* Ezeca. 18. in princ. *Quid eſt quod inter vos parabolam vertitis in prouerbium iſtud in terra Iſmael dicentes: Patres comederunt vuam acerbam & dentes filiorum obſtupeſcunt* ? &c. Nam fusè mox exſequitur. Quæ inſania adeò inualuerat , vt quantumuis ſæpe numero
Hebræiſm. & non ipſe. ob id à Deo reprehenſi, dd. cc. 1. 31. & 18. & alibi numquã tamen ceſſarint maiores ſuos damnare , & ſe innoxios prædicare, lege Matthæ. 23. v. 30. Et videantur ſic Hebræa verba accipi poſſe , ab iis qui non benè capiunt Hebraiſmum; *& non ipſi* ואינם *Veeninan*; qui propriè ſignificat , aliquem iam è viuis ſubtractum vt noſter & LXX. acceperunt & clarè Chaldæus; *& ipſi in mundo* (ſeu in ſæculo) non ſunt.

Patrum peccata. Quare præſtat hæc verba tribuere prophetæ loquenti etiam in perſona bonorum Iudæorum ; qui non negant ſui ſæculi peccata, ſed more ſacræ Scripturæ quod ſuo cum patribus commune, vocant *peccatum patrum* eo quòd ad illud committendum exemplo ſuo pa-
Peccatum Ieroboam. tres præiuiſſent. ſic enim in regali hiſtoria ſemper ſingulorum re-
Locus Horatij. gum idololatria vocatur peccatum Ieroboam : & fortè ſic locutus Horatius.

Delicta

" *Delicta maiorum immeritus lues,*
" *Romane, donec templa refeceris.*

Nam & Augusti bellis ciuilibus templa diruta æquè ac Syllanis, & Iulianis. Luebant itaque posteri maiorum peccatum, non tam quia parentes hoc commiſerant quàm quia poſteri peccatum illorum continuarant, & ſic in poſteris peccatum parentum, vt vnum cum ſuo, puniebatur. Si exemplum reſpicias, parentum peccatum erat, ſi opus proprium & patrationem, poſterorum erat, ſed aggrauatum peccato maiorum; cuius iugum in ſe poſteri velut plauſtrum attraxerant, & fecerant, proteruiâ ſuâ, vt in ipſos Deus etiam parentum delicta vindicaret: quod pollicitus Exod. 20. 5. *Ego ſum Dominus Deus tuus fortis Zelotes, viſitans iniquitatem patrum in filios, in tertiã & quartam generationem eorum qui oderunt me.* Ierem. 32. 18. *Qui facis miſericordiam in millibus, & reddis iniquitatem patrum in ſinum filiorum eorum poſt eos.* nempe quando ipſi quoque Deum oderunt & veſtigiis iiſdem inſiſtunt. Hæc dicta ex mente D. Hieronymi & Paſcaſij hoc loco & S. Auguſtini q. 42. in Deuteron. & Tractationis contra Donatiſtas poſt collationem cap. 7. & lib. contra Adimantum capit. 7. & Cyrilli Alex. lib. 6. de adorat. circa princ.

NON SVNT] rectè, nam in Hebræo, *ſunt* ſubaudiendum, vt dixi. Non enim abnuunt ſe quoque peccaſſe; ſed dicunt ſe maioribus infæliciores, quòd maiores vindictam temporalem (de hac ſola ſermo eſt) effugerint: minores verò & ſua & maiorum delicta perſoluant, vt rectè incertus quidam in cathenâ.

VVLGATA.	LXX.
Serui dominati ſunt noſtri: non fuit qui redimeret de manu eorum.	*Serui dominati ſunt noſtri: qui redimat, non eſt de manu eorum.*

VERS. 8.

SERVORVM nomen hic variè explicant, quidam de Moabitis & Idumæis & aliis vicinis, qui à Iudæis aliquando debellati & ſubditi fuerant, & ſeruierant; (ita D. Thomas) ſed iſti æquè ac Iudæi Chaldæis ſeruiebant. Alij de Chaldæis more Orientalium, ſe ſeruos Nabuchodonoſoris vocabant: & ſic ipſi ſerui ſeruorum quod ille detractabat; dicens.

Mediaſtini ſerui ſeruorum.

Chaldaica paraphraſis diſcuſſa.

" *Eſſe ſat eſt ſeruum iam nolo mediaſtinus eſſe.*

Alij de Aegyptiis, qui filij Cham; qui datus Semo (â quo Iudæi) in ſeruitutem à patre irato Genes. 9. 26. ſic Montanus interpretatur paraphraſim Chaldaicam: ſed Quinquarboreus *Benodecham* explicat filios ipſius furoris homines ſceleratos; qui verè ſunt ſerui ſuorum vitiorum: poſſis etiam vertere viles & abiectos quia opponit viris nominis quo pacto magnates & præclaros appellant Chaldæi. Lati-

Filij Oham.

Viri nominis.

Filij terræ & filij heroũ.

 ni illos

ni illos vocant *terræ filios* hos autem *filios Heroum*: vt ſi non ad verbum ſaltem ad ſenſum hoc voluerit Chaldæus; viles & nullius pretij homunciones, Abrahæ, Iſaac, &c. heroum liberis dominati ſunt. D. Hieronymus de cunctis Gentilibus intelligit: nam Iudæi ſe ſolos liberæ filios gloriabantur, ceteros ancillarum, & ſeruilis conditionis iactabant; quod, etſi verum dumtaxat eſſe poterat de Agarenis, & Cethurianis fortè, & ad ſummum de omnibus poſteris Cham, inter quos Aegyptij, Aſſyrij, Chaldæi, quibus ſeruierunt Iudęi; tamen illi ad omnes porrigebant. etiam Iapheti poſteros, ex quo Romani & ceteri Europæi ſunt orti, ſic videntur gentiles omnes vocari à Deo Ioël. 2. 29. vbi cum primùm promiſerit Iudæis ſpiritus ſancti gratiam v. 28. addit v. 29. *Sed & ſuper ſeruos meos & ancillas effundam ſpiritum meum.* hoc eſt etiam ſuper populum Gentilium, maximè in textu Hebræo, vbi deeſt pronomen *meos* quemadmodum deeſt LXX. & Chaldæo vt appareat ſpirituſancto adflatum B. Petrum Act. 2. 17. illud addidiſſe, & à B. Petro noſtrum interpretem accepiſſe. Hoc autem intereſſe crediderim hac in re: cùm vulgus aut idiotæ Iudæorum, gentiles vocabant *ſeruos* ex contemptu & errore illo factuoſo quem dixi, vſurpaſſe nomen: cùm verò Deus vel prophetæ in ſuâ perſonâ id vſurpabant eos rectè vſurpaſſe, & adſpexiſſe ad adoptionem Iudæorum, quâ ſoli *filij Dei* erant, vſque ad CHRISTVM occiſum, nam poſtea ipſi abdicati, qui pertinaces; Gentiles cooptati. Quare Deus Iſraelem, non vocat vnigenitum, ſed *primogenitum* Exod. 4. 22. adſpectu ceterorum poſtea futurorum. Hinc pendet (niſi fallor) vera huius loci interpretatio, q. d. qui nōdum filij tui, ſed adhuc ſerui & mancipia, illi nobis filiis tuis dominati ſunt.

[Margin: gentiles omnes à Iudæis habiti pro ſeruit. — Locus Ioel. 2. 29. — filij Dei Iudæi ſerui Dei gẽtiles. — Locus Exod. 4. 22.]

Sunt autem duæ acerbitates incluſæ in verbo, SERVI; quia nihil durius accidere poteſt ingenuis, quàm ſi pro nutu mancipia ipſis imperent, Prouerb. 30. 21. *Per tria mouetur terra, & quartum non poteſt ſuſtinere: Per ſeruum cùm regnauerit: per ſtultum cum ſaturatus fuerit cibo: per odioſam mulierem cum in matrimonio fuerit aſſumpta: & per ancillam cum fuerit hæres Dominæ ſuæ.* Et quod multis hodie vſurpare (prô dolor!) licet; *Eſt malum quod vidi ſub Sole quaſi per errorem egrediẽs à facie principis poſitum ſtultum in dignitate ſublimi, & diuites ſedere deorſum. Vidi ſeruos in equis: & principes ambulantes ſuper terram quaſi ſeruos.* egregiè Claudianus, in Eutropium.

[Margin: Dominatio ſeruorum acerba liberis.]

Intolerabilius nihil eſt humili, cùm ſurgit in altum,
Aut ſerui rabies in libera colla furentis.
Cuncta ferit, dum poſſe putat, &c.

Alterum, quoniam vtitur plurali numero, *Serui*: non vnus, ſed plurimi, quod difficillimum parenti. nemo enim poteſt duobus Dominis cum pace ſeruire. Hinc videmus in ſacris litteris, inter cetera bona Deum polliceri vnicum Regem ſeu monarcham, qui per ſe queat ſubditos gubernare, non per multos minutulos tyranniones; qui velut muſcæ famelicæ reipublic. corpus exhauriant ſucco. Ierem. 30. octauo. *non dominabuntur eis amplius alieni: ſed ſer*

[Margin: Plures Domini magnum malũ.]

ſed ſeruient Domino Deo ſuo, & Dauid regi ſuo, quem ſuſcitabo eis. Ezech. 34.23. *Et ſuſcitabo ſuper eas paſtorem vnum, qui paſcat eas ſeruum meum Dauid.* & 37.22. *Et rex erit vnus omnibus imperans.* & Oſee. 1. vlt. *Et congregabuntur filij Iuda, & filij Iſrael pariter: & ponent ſibimet caput vnum.*] quæ omnia ſenſu hiſtorico de CHRISTO dicta; tropologico quod dixi confirmant. nam pro ſummo malo contrarium reperias literali ſenſu expreſſum. Prouerb. 28.2. *Propter peccata terræ, multi principes eius.* Iſai. 26.13. *poſſederunt nos Domini abſque te.* Ieremi. 51.46. *iniquitas in terra, dominator ſuper dominatorem.* Idcirco, vt, quàm miſer Iudææ ſtatus fuerit veniẽte Baptiſtâ, intelligeremus, oſtẽdit Beatus Lucas ei tum quatuor Dominos præfuiſſe, Lucæ 3. in prin. & vt intelligeremus quare Macedonum monarchiæ, vt principium, ita & finis in Alexandro; ſcribit Hiſtoricus ſacer 1. Machab. 1. v. 7. *& vocauit pueros ſuos, qui ſecum erant nutriti à iuuentute: & diuiſit illis regnum ſuum cum adhuc viueret.*] Sic diuiſit? Sic monarchiæ neruos ſuccîdit.

VVLGATA.	LXX.
In animabus noſtris afferebamus panem nobis, à facie gladij in deſerto.	*In animabus noſtris afferemus panem noſtrum, à facie gladij deſerti.*

VERS. 9.

TVRPI & moleſtæ ſeruituti famem moleſtiorem & perículoſiorem ſubiungit. Quando Chaldæi Ieruſalem obſidebant, pars vrbis auſtralis minus arctè obſidebatur, & ideo per illam Sedecnias, & principes conati aufugere: per hanc ergo partem, quâ Ierichuntem iter, ſummo cum vitæ diſcrimine obſeſſi furtiuè dilabebantur; vt vel ab Aſſyriis, vel ab Ægyptiis, vel alicunde eſcas ſibi compararent: ſed in ipſo deſerto, itu & reditu, ſæpè hoſtium, vel latronum gladiis obtruncabantur. Romanâ obſidione, ſe hoſtibus de muro delapſi in ſeruitutem dabant, vt alerentur vel ab iratis milititibus interimerentur.

IN ANIMABVS] Incertus in cathena; *corporibus ſeruientes alebamur*, ſed eſt duriuſculum, corpus per animam accipere. Vitodurenſis & Pintus, vel legerunt *animalia*, vel ſic animas intellexerunt, quia exponunt, in iumentis; ſed hoc ineptum eſt. Senſus eſt cum ſummo vitæ periculo; *anima* pro *vita*, & *in* idem quod *pro*; ſeu pretio animarum.

Anima pro corpore.

Anima pro vita,

In idem quod, pro.

GLADII] quidam exponunt *famis*, ſed capio propriè, vt vox חרב *Chereb* poſtulat.

חרב

Vers 10.

VVLGATA.	LXX.
Pellis noſtra, quaſi clibanus exuſta eſt à facie tempeſtatum panis.	*Pellis noſtra quaſi clibanus exuſta eſt: conuulſæ ſunt à facie tempeſtatum panis.*

Clibanus.

PRÆ FAMIS magnitudine & vehementiâ cutis arefacta, ſqualida, & fuſca facta imò denigrata inſtar clibani (Sic vocant æneum vaſculum, quod panibus coquendis ſuppoſitis flammis intrinſecus caleſcit, ita D. Hieronym.) qui extrinſecus fuligine, & nigrore obducitur. Sic enim qui fame tabeſcit, ſiccitate & calore interiùs ſæuiente lureſcit, & denigratur. LXX. ἐπιλιώθη *liuida facta eſt*; & noſter ſup. dixit Nazareorum faciem præ inedia *denigratam ſupra carbones*: Thre. 4. 8. vbi LXX. ἐσκότασεν obtenebrata eſt.

זלעפות A FACIE TEMPESTATVM FAMIS] propter vim, anguſtiam & oppreſſionem caloris ectici, nati ex iugi fame. Hebræum זלעפות *Zalaphoth*, ſignificat etiam ardores, inflammationes, & quasvis tempeſtates, proprias & metaphoricas. Sicut mare procellis ventorum agitatur, ſic corpus humanum ſuſpirijs, ardoribus, & ceteris febrium Symptomatibus turbatur. Vnde procella ſeu *tempeſtas famis* prouerbialiter poteſt ſumi, ſicut nimbus belli; pro fame, quæ inſtar procelloſi imbris hominem obruit & proſternit. LXX. hîc vertunt καταιγίδων λιμοῦ, procellarum famis; Chaldæus, perflationem ſeu oppreſſionem famis. Quid igitur cornuta beſtia, Caluinus, hîc inſurgit & arietat contra D. Hieronymum?

Comparatio tẽpeſtatis & febriũ.

Tempeſtas famis.

Vers. 11.

VVLGATA.	LXX.
Mulieres in Sion humiliauerunt, virgines in ciuitatibus Iuda.	*Mulieres in Sion humiliauerunt: virgines in ciuitatibus Iuda.*

ASYNTHETON. nam ſubaudienda copula, &: & accipienda, in caſu quarto. nam narratur hoſtium flagitium in ſexum muliebrem, matronas ſcilicet & intactas.

Humiliare.

HVMILIAVERVNT] per vim conſtuprarunt, ſic ſumitur. Deutero. 21. 14. *quia humiliaſti eam*. & de fœminâ etiam corruptâ & de

& de intacta æquè vſurpari, patet Iudi. 19. 24. *habeo filiam virginem, & hic homo habet concubinam, educam eas ad vos, vt humilietis eas, & veſtrã libidinem compleatis.* Hoc autem, & quæ ſeqq. verſiculis narrantur, Iudæis accidiſſe notat D. Hieronymus; quia per idololatriam, vtriuſque ſexus ſimulachrorum, in profligatiſſimas libidines inciderant; adeo vt Adonidem, & Priapum colerent, & epheborum lupanaria exſtruerent: ideo iuſta Dei vindicta in hoſtium manus traditi, omni contumelia & ludibrio flagitioſiſſimè vexati fuerunt.

Nota diuiſionem hic non reſtringere, ſed vt idem verbum, ſic etiam crimen vtrique membro influere. q. d. In Sion & in Ieruſalem vtrobique tam virgines, quàm non virgines humiliauerunt. prædictum id ante, Deuteron. 28. 30. *vxorem accipias, & alius dormiat cum ea* Zachar. 14. 2. *& mulieres violabuntur.* Quidam adducunt etiam Iſaiæ verba c. 13. 16. Sed illa pertinent ad Babylonem, non ad Ieruſalem. Denique meminit, *Sionis*; vt ſignificet in ipſo templo talia patrata, & loci ſanctimoniam ſacrilegè violatam.

VERS. 12.

VVLGATA.	LXX.
Principes manu ſuſpenſi ſunt: facies ſenum non erubuerunt.	*Principes in manibus ipſorum ſuſpenſi fuerunt; ſeniores non ſunt glorificati.*

CREDIDERIM quidem etiam ab hoſtibus multos cruci affixos; (Sic Liranus) multos in equleum actos, vt pecunias manifeſtarent; (Sic D. Thomas) multos manibus poſt terga reuinctis abductos; (Sic S. Hieronymus): ſed hæc bellorum omnium ordinaria ſunt bellaria. Suſpicor potius indicari tantam tamque fuiſſe intolerabilem ſæuitiam & petulantiam hoſtium, vt multi principum maluerint ſe ſuis manibus ſuſpendio necare, quàm hoſtilibus ludibrijs reſeruari. hoc volunt R. Ioſeph, Dionyſius, & Agellius.

MANV] Hebraicè, בידם *Beiadam in manu eorum*, vt LXX. verterunt, *eorum*, pro ipſorummet, ſeu ſuâ: vt Hebræum affixum capi poſſe fatetur Abenezra. Fortaſſis vt adeò nefaria & nimis miſeranda nex ſubaudiretur potiùs, quàm exprimeretur, interpres noſter; *eorum*, omiſit. Nam ſi de morte hoſtili manu illatâ intellexiſſet, cauſa non erat cur omitteret. Hæc retulerim ad tempora Romanorum. Nonne ſic meritò ſuſpenſi, qui per ignominiam ſoliti vocare IESVM CHRISTVM *Talui* תלוי, ſuſpendioſum, ſeu patibulatum; quâ blaſphemiâ ne nunc quidem ſe abſtinent. Iudæorum blaſphemia. תלוי

FACIES SENVM] ſignificat hoſtes omnem hominum naturam

 exuiſſe;

exuiſſe; quæ communi inſtinctu docet, ſenibus honorem exhibendum. Subiungitur ergo hoc, vt cauſa aliqua; cur hi ipſi, qui cùm iuuenes eſſent ſenes non honorarant, contra legem Moyſis Leuit. 19. 32. *Coram cano capite conſurge, & honora perſonam ſenis*: nunc viciſſim permittente Deo, poſtquam conſenuerant, tot contumeliis & opprobriis afflicti fuerint, vt ſibi manus inferrent, ne tam viles haberentur: quod Iudaico typho conuenit optimè.

Senes honorandi.

NON ERVBVERVNT] LXX. *non gloriauerunt*. eſt mioſis. nam plus ſignificat, nempe deſpicientiam maximam. Nam hoc Deus Chaldæis improperat Iſaiæ 47. 6. *Iratus ſum ſuper populũ meũ: contaminaui hereditatem meam, & dedi eos in manu tua: non poſuiſti eis miſericordias: ſuper ſenem agrauaſti iugum tuum valdè.*

VERS. 36.

VVLGATA.	LXX.
Adoleſcentibus impudicè abuſi ſunt: & pueri in ligno corruerunt.	*Electi ploratum aſſumpſerunt & adoleſcentes in ligno infirmati ſunt.*

SENTENTIA meo iudicio hæc eſt, gradatim per ætates pergit, à ſenibus ad adoleſcentes, ab his ad pueros. Adoleſcentibus nobilioribus & ſpecioſioribus ad turpem patientiam abuſi ſunt; deformioribus & vilioribus vſi ad ſarcinas, lignationes, aquationes, & alia officia abiectiora: nullo tenerioris ætatis reſpectu, quam adhuc robore imbecillem nimiis laboribus oppreſſerunt. De Romanis poſt vrbem captam ſcribit Ioſephus
lib. 7. de bello Iudaico. c. 16. *etiam ſenes ac debiles trucidabant*: vegetos »
autem atque vtiliores coactos in templum, in deſtinatum mulieri- »
bus ambitum concluſerunt. Cuſtodem autem his Cæſar appoſuit »
vnum ex libertis, & amicum ſuum Frontonem: qui fortunam quam »
quiſque meritus eſſet decerneret. Ille autem latrones quidem omnes, »
atque ſeditioſos, cùm alius ab alio indicaretur, occidit: iuuenes autem »
lectos, qui formoſo atque procero eſſent corpore, triumpho ſerua- »
bat: ex reſidua multitudine ſeptem & decem maiores annis, vinctos »
mittit ad Aegyptum operibus deputandos. Qui verò intra decimum »
& ſeptimum ætatis annum agerent, venditi ſunt. Iiſdem autem die- »
bus, quib. ſecernebãtur à Frõtone, mortui ſunt fame duodecim mil- »
lia, quibus partim odio cuſtodum non præbebatur cibus, partim ipſi »
faſtidio victus tenebantur.] quibus verbis habes commẽtarium ver- »
ſionis LXX. Nam nec LXX. nec Ioſephus hanc contumeliam maſculorum ſuæ gentis, quæ Hebræo fonte ſignificatur, commemorare gentibus voluerunt. De Nabuchodonoſor Thalmudiſtæ fabulantur

(vt re

(vt refert Finus libro flagelli vltimo) tam fœdè abuti ſolitum regibus deuictis.

Iuſtum ſuppliciũ Iudæi nefarij, vt patet Iud. 19. 22. 4. Reg. 23. 7. Ioelis 3. 3. & 2. Mach. 4. 12. Vnde & ſcomma vetus Latio *coronari vult verpus.* itaque tradidit eos in manus Chaldæorum, & Romanorum, qui tum temporis hoc vitio famoſi. prædixerat id Eſaias 3. 4. *& effeminati dominabuntur eis*, videlicet in quos illud Curionis patris conueniret, omnium feminarum viros eſſe & omnium virorum feminas. Iudæi dediti ſodomiæ.

IMPVDICE ABVSI] Hebraicè eſt tulerunt טחון *Techon* ad molendinum, ſeu molere. *Molendi* verbũ, vt docent S. Hieronymus & Burgenſis hic, & Hieronymus fuſiùs lib. 13. in Iſaiam cap. 47. eſt inter obſcæna, ſignificans Hebræis, agere vel pati quæ vel dictu ſunt inhoneſta. Sic Iobi 31. ver. 10. vbi noſter. *ſcortum alterius ſit vxor mea*, Hebraicè eſt, *molat alteri vxor mea*, quod ex adiunctis patet de frumentaria mola capi non poſſe. Sic poſt Lucilium, Plautus & Arbiter vſurpant *molere* & *vannere*: ſic Horatius, *permolere*; ſic Theocritus *μύλλειν* vnde & ſcortum *μύλλας*. noſtram verſionem confirmant Iarrius & Kimchi. LXX. cõtegentes improbitatem effectum proponunt, *aſſumpſerunt: κλαυθμὸν luctum*: Agellius corrigit ex coniectura *κλασμὸν cõfractionem*, hoc eſt fruges frangendas molis. benè Iacob. Latomus, vicinus noſter, Louanienſis Canonicus. טחין Molere ni obſcænis. Vannere, permolere, Locus LXX

Flore iuuentutis ſunt hoſtes fortiter vſi,
Polluit ingenuum fœda libido gregem:
At pueros tanto lignorum faſce grauarunt,
Vt rueret lapſo turba tenella pede.

hoc enim ſubditur:

PVERI IN LIGNO CORRVERVNT] pueris (ait) prolixis & calonibus vſi, faſcibus eos baiulandis; obruerunt; ita vt ſub iniquo onere viribus defecti corruerint. Alij aliter explicant quidam, vinxiſſe compedibus, & numellis paſſos immori. ſic enim capi lignum, Actor. 17. 24. *miſit eos in interiorem carcerem, & pedes eorum ſtrinxit ligno.* ſed cur non potiùs adoleſcentes? an quod illi piſtrino apti, & non iſti? ſatis veriſimile, magis quàm quod Chaldæus tradit crucibus tenellam ætatem affixam: etſi lignum pro cruce non eſt nouum. Abſurdè ingenioſus & ſuſpicax eſt, qui vult idem de pueris quod de adoleſcentibus indicari, ſed præterea de pueris fuiſſe ligneis inſtrumentis alligatos ad flagitium, quaſi non adoleſcentes validiùs repugnatur. Lignum quid.

ALLEGORIA egregia eſt quorumdam, qui quod de pueris dictum, ad Iudæos transferunt ſenſu pueros, qui ad crucis prædicationem ſcandalum paſſi, in lapidem CHRISTVM impingentes, corruerunt.

VVLGATA.	LXX.
VERS. 14. Senes defecerunt de portis, iuuenes de choro pſallentium.	*Et ſenes à porta ceſſauerunt: electi à pſalmis ſuis ceſſauerunt.*

IVdicia in portis obiri ſolita docui Cantico Cantic. & ſup.
thren. 1. apud Iudæos autem ſenum præcipuum munus iu-
Sāhedrium vbi. dicare fuit, qui à conſidendo Synhedrij ſeu Synhedritæ di-
De iudiciis Iudæorum, & concilio tripiici. cauſæ duplices. ●ti;quorum conſeſſus erat ad auſtralem portam templi, vt patet 1.pa-
ralip.26.v.15.& 17.& meminit Ioſephus lib.14.antiqu. c. 17. cum de
Herode ἐν τῷ συνεδρίῳ causā dicente agit;de quo viſum aſcribere quæ
ex Scriniis Rabbinorum duo viri docti memoriæ prodiderunt. An-
gel.Caninius in Collectaneis ſuis notat ex Thalmudicis *Maſſecheth,*
Synhedrin סנהדרין משחת libris Synhedriorum ſeu conciliorum,
fuiſſe Iudæis duo iudiciorum genera,vum nomine דיני ממונות *Dine*
Mamonoth, iudicia pecuniaria; alterum vocatum דיני נפשות *Dine*
Nephaſoth iudicia animarum.illa Latinis pecuniaria,hæc capitalia. Iu-
Iudicū claſſes tres. dicum autē tres claſſes fuiſſe. infima vocabatur *Beth Din Scel-Scelosa*
בית דין של-שלשה domus iudicij triumuirorum,ad quos deferebā-
tur minores cauſæ, vt furti,priuatæ iniuriæ,malæ tractationis,& reli-
2. qua iudicia pecuniariā multā poſtulantia. Secunda claſſis vocabatur
בית דין של-עשרים ושלשה *Beth Din ſcel-eſchrim vſchloſchiah* domus
iudicii viginti trium vel etiam vocabatur סנהדרי קטנה *Sinhedri que-*
*tannah,*ideſt Synhedrium,ſeu concilium ſeu conſeſſus paruus,in quo
cauſæ maiores pleræque ideſt capitales agebantur , exceptis paucis
3. maximi momenti.Tertia claſſis & ſuprema vocabatur -שבעי סואחד
בית דין של *Beth din ſchel-ſchibin veechad* domus iudicij LXXI.
vel סנהדרי גדלה *Sinhedri gedolah* Sinhedrion ſeu conſeſſus magnus,
in quo cauſæ grauiſſimæ ad ſummam reipub. pertinentes examina-
bantur,vt de tota tribu,de pſeudoprophetia,de ſummo ſacerdote, de
bellis decernēdis, de legibus publicis ſeu priuilegiis violatis,de bellis
decernendis,& huiuſmodi aliis.Duo illa priora iudicia,ſeu concilia in
ſingulis vrbibus erant,& exercebantur in ipſis portis vrbis.Magnum
iſtud tertium tantum Ieroſolymis vbi dixi : & in hoc magno CHRI-
STVS Dominus , velut diuinæ & humanæ maieſtatis reus fuit con-
demnatus. His poſitis faciliora non futura,quæ Iohannes Quinquar-
boreus in notis ad paraphraſim Chaldæam adſcripſit. Chaldæus de
vtroque Sinhedrim videtur accepiſſe , nam explicat verba Ieremiæ;
זקנים משער שבתו *Zekenim miſchaghar ſchabathu*, per *ſenes à porta*
סוהדרין *Sanhedrin diſſipati fuerunt*:vt reſpexerit ad ordinarios iudices
ſeu Senatores omnes triū claſſium, etſi minimę claſſis triumuiri vix,
Sanhedritæ vocati , quo poſito verba Quinquarborei ſunt : Ceſſauit
reddi ius in ædibus,ad hoc conſtructis in portis ciuitatum, à ſeniori-
bus

» bus, qui(vt antiquorum Hebræorum traditiones teſtantur) ſeptua-
» gintavnus numero in Ieruſalem erant, tamquam ſupremi Senatus
» Senatores , eò quòd Numer. 11. legatur : *Congrega mihi ſeptuaginta*
» *viros de ſenioribus Iſrael.* Moſes autem ſuper illos erat, in cuius lo-
» cum illo vita defuncto , vnus ſufficiebatur, & ita LXXI. erant. Illi
» tantiſper dum ſine rege fuerunt Hebræi , ſceptrum repreſentabant,
» & ab illis ſceptrum pendebat. Semper apud illos ſanciendi leges,
» & omnis iudicandi poteſtas fuit, etiam ſub regibus , & ſub ducibus,
» eiſque deletis adhuc durabat eorum authoritas, ita vt nihil vnquam
» niſi ipſorum conſilio fieret. Eos *Sanhedrin* appellant , & eo voca-
» bulo vſus eſt Chaldæus Paraphraſtes, quod certè Græcum eſt. nam
» συνέδροι ſenatores ſiue iudices dicuntur, à verbo συνεδρεύω præſideo.
» Sapientia, ſtaturâ, grauitate , & auctoritate illos præſtare oportebat:
» non ſolùm ſenectute , vt venerabiles eſſent : quin & magicam ar- Intellige de ſapientia physica, non de ſuperſtitioſa Magia
» tem perfectè callerent, vt conuincere , & iudicare poſſent incanta-
» mentis & maleficiis ſuis fidentes : verumetiam, ne opus illis eſſet ali-
» quo interprete , ſeptuaginta linguas illos ſcire oportebat. Quo die
» aliquem morti addixerant , nihil illis guſtare licebat : ex illis tres de Prima claſſis.
» ciuilibus cauſis iudicare poterunt, aliquem autem morte condemna- Secũda claſſis.
» re , viginti tres nec pauciores. In tribum autem, aut ſceptrum , aut
» pſeudoprophetam, aut ſacerdotem magnũ ſententia ferri nõ poterat, Tertia claſſis.
» niſi à ſeptuaginta duntaxat Senatoribus magni collegij. Ad illos à
» ceteris Iudææ ſubſelliis prouocare, & illos tamquam ſupremum Se-
» natum appellare licebat. Cum verò eligeretur in minoribus con-
» uentibus trium & viginti iudicum iudex (viginti tres enim erant Iudices extra Ieruſalẽ.
» minores iudices in ceteris vrbibus Iehudæ, qui iura dicebant) ne-
» ceſſe erat ordinis totius Senatorij Ieroſolymitani decreto illum iudi-
» cem eligi trium aut quinque Senatorum manuum impoſitione , à
» quibus confirmabatur ille, aut nominis inſtitutione *Rabbi* vocabatur
» ſed in tali iudicis electione quinque neceſſario occiſis animalibus;
» lupo, leone, vrſo pardo & ſerpente; à viginti tribus iudicibus. Qua
» animalium occiſione , exiſtimo illos ſignificanter oſtendere voluiſſe
» eum , cui demandata eſt prouincia reddendi vnicuique quod ſuum
» eſt, omnino expertem eſſe debere naturæ illorum brutorum, nihilq;
» debere habere commune cum illis. hactenus ille.

» Loci itaque noſtri hæc eſt ſententia : Cùm ius reddere liberorum ſit , & hominum iuris ſui : Iudæos , qui in alienam poteſtatem ſeruitio addicti venerant capite minutos, deſiiſſe ius in portis dicere, tam illos L X X I. Ieroſolymitanos, quàm alios X X I I I. ſingularum vrbium ceterarum. Et addit ad publicum iuſtitium, priuatim quoque honeſtas omnes iuuenum delectationes defeciſſe. Quanta (quæſo) vaſtitas vrbis , vbi forum clauſum , vbi leges & iura ſilent inter victores gladios ; vbi nec comitia , nec commercia , nec conuiuia nec feſtiuitas , nec conuentus, nec celebritas vlla ? ſolitudo non ciuitas; non hominum , ſed belluarum vita. nonne omne illic gaudium perire neceſſe eſt? ſubdet verſu ſequenti.

Ivvenes] vt ſenum præeſſe iudiciis,ſic iuuenum celebrare lætitiæ argumenta. LXX. *electos*; non tam quòd ad canendum certi ſeligerentur; quàm quod naturâ & ætate ad hoc aptiſſimi.

Modi muſici Hebræorum. נגיבות

Chorvs] hîc *chorus* ſignificat ipſum cætum pſallentium & tripudiantium. LXX. ψάλμος. Hebraicè נגיבות *Neginoth* modulatione ſeu cantico vt exponit Chaldæus. Significat enim cantionum ſeu vocum varios nodos ſiue diſcrimina, quæ Hebræis octo, & Begginoth, ſpecificum, Mazkil; mictam, Siggaion, Nechiloth, Sigranoth, gitthith,ghalmud.ita Genebrardus ad pſal.150.

Vers.15.

VVLGATA.	LXX.
Defecit gaudium cordis noſtri: verſus eſt in luctum chorus noſter.	*Defecit gaudium cordis noſtri: verſus eſt in luctum chorus noſter.*

Templum Ieruſalem. Gaudium quid.

PER *gaudium* quidam volunt intelligi templum,quod ſolet vocari gaudium & lætitia vniuerſæ terræ s. 2. 15. Vbi vide: item Sabbata, Paſchata, neomenias & omnes ſollemnitates feſtaque Iudæorum,vt explicat Oſee 2.11.*& ceſſaſſe faciam omne gaudium eius,ſollemnitatem eius, neomeniam eius,ſabbatum eius, & omnia feſta tempora eius.* Sed quia additur hîc vox, *cordis,* propriè accipio pro cauſis: & iudiciis lætitiæ animi,vt prædictum à prophetis. Ierem. 16.9. *Ecce ego auferam de loco iſto coram oculis veſtris,& in diebus veſtris vocem gaudij,& vocem lætitiæ.* Baruch.2.23. *auferam à vobis vocem iucunditatis,& vocem gaudij.* Amos. 8. 10.*conuertam feſtiuitates veſtras in luctum,& omnia cantica veſtra in planctum.* Similiter Iob queſtus c. 30. 31. *verſa eſt in luctum cithara mea, & organum meum in vocē flentium.*

חליל מחל

Chorvs] *Machol* quod quale ſcio à pleriſque confundi cum חליל, vellem ne facerēt,aut fallor,aut חליל *Chalil* tibiam ſignificat,vt vertit Hieronymus Iſaiæ 30.29. vel quoduis aliud concauum inſtrumentū à radice חלל. *Machol* מחול verò non eſt inſtrumentū,ſed ipſa corona(vt ſic dicam)choreas ducentium;ſic vocata, eò quòd in medio vacuum ſpacium relinquat; nec vllum ſcio,locum S.S. qui non hoc ſatis apertè indicet:& ſic noſter *chori* vocē ſumit hoc loco & in Pſal.

Pſal.159.4. Chorus nō eſt nomen inſtrumēti.

150.4.*laudate eum in timpano & choro.* hoc eſt cum tympaniſtarum choreis.valeant itaque, qui nobis nouum inſtrumentum comminiſcuntur.Hoc ergo ſenſu hic dicitur,choreas verſas in threnos.

VVLGA

VVLGATA.	LXX.
Cecidit corona capitis noſtri, væ nobis quia peccauimus.	*Cecidit corona capitis noſtri. Væ autem nobis quia peccauimus.*

VERS. 16.

QVidam *coronam* exponit templum quo maximè gloriabantur Iudæi (ſic Quinquarbor.) alij legem, (ſic quidam apud Olympiodorum): alij ſceptrum ſeu regnum & gloriam eius, (ſic Figueirus) vt videtur capi Iob. 19. 9. *Spoliauit me gloria mea, & abſtulit coronam de capite meo.* Et re vera hæc omnia poſt CHRISTI necem Iudæis acciderunt; quorum lex abolita, ſacerdotium commutatum, regnum ſuccisum, templum & vrbs euerſa. Nihilominus malim accipere ſimpliciter, de ſignis lætitiæ, vt cohæreat præced. ver. Coronabant ſe floribus Iudæi, in conuiuiis, in nuptiis, & in feſtiuitatib. ac publico gaudio. Pſ. 64. 12. *Benedices coronæ anni ſolemnitatis tuæ*, Cant. 4. 8. *Veni de Libano ſpõſa mea, veni de Libano, veni coronaberis de capite Amana*, & prius cap. 3. 11. *Videte filiæ Sion Regem Salomonem in diademate, quo coronauit eum mater ſua.* quibus locis notaui nonnulla de nuptialibus corollis, de conuiuialibus habes Sap. 2. 8. *Coronemus nos roſis antequam marceſcant.* de publicæ lætitiæ 2. Machab. 6. 7. *ducebantur autem cum amara neceſſitate, in die natalis regis ad ſacrificia: & cum Liberi ſacra celebrarentur, cogebantur hedera coronati Libero circuire.* Nimirum quia ſoliti in honorem veri Dei coronari, cogebat tyrannus dæmoni eundem cultum, ſacra ei fronde exhiberi. Mihi ſuſpicio eſt Ieremiam hic de nuptialibus potiſſimùm agere: tum quia hæ lætiores, & iis ſublatis ſpes reipub. reſtaurandæ vna cum nuptiis ſublata: tum quia obſeruo prophetas hæc mala comminantes, ita choris nuptialia ſubiungere. ſup. Ierem. 16. 9. *vocem gaudij, vocem lætitiæ, vocem ſponſi & ſponſæ.* Baruch. 2. 23. *vocem iucunditatis, & vocem gaudij, & vocẽ ſpõſi & vocẽ ſpõſæ.* Has & reliquas dicit decidiſſe à capite omni gaudio in luctum mutato. cauſam tolle, effectum ſuſtuleris. Si velis reſpicere prophetam ad Sedechiam & Ieroſolymam deſtructã & populum in captiuitatem abductum; pertineret huc illud Ieremiæ 13. 18. *deducet oculus meus lacrymam, quia captus eſt grex Domini. Dic regi & dominatrici. humiliamini, ſedete: quoniam deſcendit de capite veſtro corona gloriæ veſtræ. Ciuitates Auſtri clauſæ ſunt, & non eſt qui aperiat: translata eſt omnis Iuda transmigratione perfecta.*] Ego non reſtringo ad excidium Chaldæorũ: quia perfectius iſta conueniunt excidio per Romanos.

Corona quã multa ſignificet.

Coronarum vſus apũd Iudæos.

Locus 2. Machab. 6. 7

PECCAVIMVS] quia Deum veræ lætitiæ datorem peccatis noſtris irritauimus: maximè Dei filio in crucem acto.

VVLGATA.	LXX.
Vers. 17. Propterea mœſtum factum eſt cor noſtrũ: ideo contenebrati ſunt oculi noſtri.	*Proptere a fuit mœror, mœſtum cor noſtrum: ideo contenebrati ſunt oculi noſtri.*

Peccatum iuſta dolendi cauſa.

Diuus Thomas vult hæc à ſequenti verſiculo dependere: D. Hieronymus à præcedenti, his verbis aureis: Rectè ergo propter peccatum, mœſtum cor factum eſſe dicitur quia vbi iniquitas premendo inſidet cordi, ibi non eſt habitatio Spiritus ſancti: ſed animus totus caligine obſcuratur peccati; cùm in eum dedignatur ſplendoré ſuum infundere gratia ſummi paracleti. Spiritus enim ſanctus diſciplinę effugiet fictũ, & in maleuolam animam non intrabit Sapientia.] Verè hæc & rectè ſenſu Tropologico. nam litterali Contenebratio iſta etiam ex mœrore propriè dicto procedit, quem S.S. *tenebrarum* nomine ſolita ſignificare. Præ dolore ſenſus hebetantur, vnde & oculos neceſſe eſt caligare, maximè poſt diuturnum & vehementem fletum, quia tum per lacrymas multum damni organum recipit, & ſpiritus viſiui exhauriuntur. huc reſpexit Olympiodorus, cùm expoſuit; Tenebras mæroris deſolatio noſtræ regionis nobis effudit. videtur in q. l. LXX. illud ὀδύνη abundare: quod deeſt Complut. & Regiis, Hebræo & Chaldæo. Sicut in Latinis quibuſdam libris legitur; *in dolore*, quod etſi Paſcaſius, D. Thomas & alij legerint, melioribus tamen codicibus deeſt, vt Roman. Complut. & Regiis, item Hebræis Græcis & Latinis. Exiſtimo denique hunc verſiculum connectendum cum præcedenti, & cum ſequenti: duplex enim mæroris cauſa ponitur, vna peccatum d. v. 16. altera punitio eius v. 18.

Contenebratio oculorũ ex mœrore naturalis.

VVLGATA.	LXX.
Vers. 18. Propter montem Sion quia diſperiit: vulpes ambulauerunt in eo.	*Super montem Sion, quia diſperijt, vulpes ambulauerũt in ea.*

Idcirco (inquam) conturbati ſunt oculi mei, quia peccando cauſam Deo præbui, vt permitteret etiam templum ſuum dirui quod erat in monte Sionis. (loquitur de montis Moria parte) vbi ſanctuarium (inquit Hieronymus) Domini conſtitutum fuerat, & cultus Dei celeberrimus: ibi nunc ferarum latibula. Domus Dei facta eſt hereditas & habitatio vulpium. Solet huius beſtiolæ meminiſſe S.S. & ab ea petere adagia, quando vult magnam vaſtitatem & vilitatem ſiue abiectionem ſignificare. Vulpes enim cadaueribus,

Vulpium adagium.

ribus,& olidis locis delectabatur; &, quia timidiſſima, omnem humanum fugit conſpectum. hinc intelligendum illud Pſal. 62.11. *partes vulpium erunt*. Ieremiæ 7. à verſ.12. oſtendit Deus ſe deſerturum Sionem, ſicut deſeruerat locum ſuum in Silo & Ieremiæ 26.18. *Sion quaſi ager arabitur, & Ieruſalem in acerbum lapidum erit: & mons domus in excelſa ſiluarum.* Eadem verba habes Micheæ 3. vlt. niſi quod pro *domus*, clarè ponit, *templi*. Partes vulpium.

Nauarrete hic legit, *Propter montem Sion, non tacebo*: ſed contra fidẽ codicum Hebræorum, Chaldæorum, Græcorum, & Latinorum; quibus cunctis iſtud, *non tacebo*, ſubticetur.

Allegorice vulpes ſunt hæretici (vt bene D. Hieronymus & Paſchaſius hic) qui ambulant in templis vnde Catholicos expulerunt, ſimiles prophetis de quibus Ezech. 13.4. *quaſi vulpes in deſertis prophetæ tui Iſrael erant*. cur? vulpecula in deſerto aues carne nuda inuitat, & capit: hi quos venantur carnis licentia propoſita venantur.

Tropolog. incertus quidam dæmones interpretatur; qui in anima peccatorum (quæ olim templum Dei) ſtabulant & ſpaciantur.

VVLGATA.	LXX.
Tu autem Domine in æternum permanebis, ſolium tuum in generatione & generationem.	*Tu autem Domine in æternum habitabis: ſolium tuum in generationem & generationem.*

Vers. 19.

Hactenus miſerias deplorauit: nunc incipit Deum orare & orditur à laude & gratulatione, qui affectus eſt index caritatis. Tranſeant, vt libet, & transferantur hæc regna caduca, & peritura; reges ipſi ſolum vertere cogantur, in quod illos matris bulga effudit: mutentur quæ mutationi ſunt obnoxia tuum (ô Deus) ſceptrũ immobile eſt, regnum tuum nulli ſubiacet viciſſitudini, ſolium tuum æterno adamante firmatum eſt: æternus æternùm regnas & regnabis. imperium tuum, quod ſolum numquã cœpit, finietur numquam. Sic Pſalm. 101. 27. *Initio tu Domine terram fundaſti, & opera manuum tuarum ſunt cœli. Ipſi peribunt, tu autem permanes; & omnes ſicut veſtimentum veteraſcent. Et ſicut opertorium mutabis eos, & mutabuntur: tu autem idem ipſe es, & anni tui non deficient*, Baruch. 4. 3. *Quia tu ſedes in ſempiternum, & nos peribimus in æuum.* Dei regnum æternum.

In æternvm] לעולם *Leolam*, Græcè εἰς τὸν αἰῶνα, quod aliquando vertitur, *in ſæculum*. Pro quo ſcienda quædam, primum eſt עולם & αἰὼν propriè ſignificare infinitam æternitatem, etiamſi Latinus interpres aliquãdo *ſæculum* verterit. Nã hoc inde prouenít, quod S.S. ſolet aliquando nomen temporis accommodare Deo & æternitati; & è contra nomen æternitatis tempori, non abſolutè, ſed addita ali- עולם. αἰὼν. Tempus cur aliquando de Deo; & æternitas de tempore dicatur.

Locus Epheſ.2.2.& 2.Cor 4 4. Seculũ pro duratione temporali, & pro duratione æterna

ta aliqua diſtinctionis nota; ſicut D. Paulus Epheſ.2.2.& 2,Cor.4.4. *ſæculum mundi huius*, τὸν αἰῶνα τοῦ κόσμου τούτου; hoc addens, vt intelligamus diſcrimen, inter ſæculum quo voluitur hic mundus, & æternitatis ſpatia illa ſeu durationes, quo hunc mundum præceſſerunt, & inter ſæculum futurum quod exſpectamus: quæ omnia vocat *ſecula*, promiſcuè ſumpta voce pro tempore,& pro æternitate: quod ignorantes antiqui hæretici turpiter lapſi: hinc enim Manichæi collegerunt duo ſua principia,à quorum altero hic mundus factus eſſet, altero verò aliud ſæculum: Valentiniani autem ſuas de Æonibus fabuloſiſſimas fabulas,vt docent Irenæus lib.1. & Epiphan. hæreſ.31. & Hieronymus in cap.1. ad Galat. Sic 2. ad Timoth. 1.9.& Tit.1.2. *ante tempora ſæcularia* Græcè πρὸ χρόνων αἰωνίων, ſignificant ab æterno; ſiue ab omni æternitate: ſic enim facta prædeſtinatio ante omnem æternitatem; non quòd aliquid æternitate priùs eſſe poſſit:ſed quia, cùm nos,propter obtuſam ingenij noſtri aciem,nequeamus naturam æternitatis intelligere, S.S. ſe nobis accommodans, in ea explicanda vtitur locutionibus deſumptis à natura temporis, quæ nobis nota eſt; & vſurpat verba, quibus nobis antiquiſſimum & maximè diuturnum temporis curriculum vſurpatur. Sic enim, licèt Deo nihil priùs neque poſteriùs eſſe queat, tamen Deum appellat priorem & poſteriorẽ omni æternitate, Exod.15.18. *regnabit Dominus in æternum & vltra:* & eodẽ modo loquitur de prædeſtinatione, qua nihil etiam priùs eſſe poteſt. Epheſ.1.4. *Sicut elegit nos in ipſo ante mundi conſtitutionem,* non vno,nec centum,nec mille annis,ſed ab omni æternitate. Sic Ioan.17.5.*clarifica me*(dicit CHRISTVS) *tu Pater apud temetipſum, claritate, quam habui prius, quam mundus eſſet,apud te*; habuit ſanè ab æterno. Apocal.13.8. *agnus* dicitur *occiſus ab origine mundi*; quod intelligitur decreto & prædeſtinatione, & de omni æternitate. Sic capiendæ locutiones ſimiles, *ante Luciferum.* Pſ.109.3. item Prou.8.22. *Dominus poſſedit me in initio viarum ſuarum,antequam quicquam faceret à principio,* & cætera, quæ de æterna ſapientia illic ſequuntur. Sic etiam æternitas tribuitur rebus creatis ab initio mundi,& ad finem mundi duraturis; vt Pſ.75.5. *Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis*, iuxta verſionem LXX. & Iſai. 26.4. *Speraſtis in Domino in ſæculis æternis*, hoc eſt,vſque & vſque, ſemper in ſæculum ſæculi: Rom. vltim.25. *Secundum reuelationem myſterij æternis temporibus taciti.*Sic Deo tribuuntur *viæ* ſup.d.verſ.22. & itinera Abac.3.6. *ab itineribus æternitatis eius*, & anni & dies, Pſal.101.28. *anni tui non deficient.* Sed eadem S.S. nos admonet ne putemus Dei tempus noſtro ſimile. Iob.10.5. *Numquid ſicut dies hominis,dies tui: & anni tui ſicut humana ſunt tempora?* Pſalm. 89.4. *Quoniam mille anni ante oculos tuos, tanquam dies heſterna quæ præterijt.* 2.Pet.3.8. *Vnum verò hoc non lateat vos,cariſſimi, quia vnus dies apud Dominum ſicut mille anni, & mille anni ſicut dies vnus.* Vnde apparet,nec Deum iuniorem vno die, quàm mille annis,nec ſeniorẽ mille annis, quàm vno die. Sic ergo de tempore, & ſæculo, & æternitate, reſpectu Dei & creaturarum ex S. S. loquendum ſentiendúmque.

Tempora ſæcularia. Locus 2. Tim. 1 9 & Tit 1.2.

Deo poſterius & prius quomodo tribuatur. Prædeſtinatione nihil prius. Locus Ioan. 17.5. Ab origine mundi Locus Apoc. 13.8. Ante Luciferum. Locus Pſal. 109.3. In initio viarum. Locus Prou. 8.22. Montes æterni. Locus Pſal. 75.5. Sæcula æterna. Locus Iſai. 26 4. Tempora æterna: itinera æternitatis. Dei anni & dies. Locus 2. Pet.3 8.

IN GENE

IN GENERATIONE & GENERATIONEM] omnibus ſæculis: quamdiu homines erunt in hac vita, & in futura; licèt דור *Dor*, propriè ſignificet tempus incolatus, quo quis in hac vita peregrinatur: tamen quia de Dei regno ſermo eſt, accipiendum pro in æternum: iuxta ea quæ modò dixi.

Generatione & generationem. דור.

VVLGATA.	LXX.
Quare in perpetuum obliuiſceris noſtri: derelinques nos in longitudine dierum?	*Quare in finem obliuiſceris noſtri? derelinques nos in longitudinem dierum?*

VERS. 20.

EX vehementi affectu amoris erumpit in propheticam querimoniam; non Dei decretum accuſans, ſed afflictioni populi acriter compatiens. Cùm enim ſpiritu prophetico intelligeret generis ſuæ cæcitatem, &, quæ illam ſultura, ſeruitutem, vſque ad mundi vltima tempora duraturam; ſine obmurmuratione familiariter meroris ſui cauſam in Dei ſinum effundit, ſicut Dauid Pſal. 12.2. *Vſquequo Domine obliuiſceris me in finem? vſquequo auertis faciem tuam à me?* & Pſal. 84.6. *Numquid in æternum iraſceris nobis? aut extendes iram tuam à generatione in generationem.*

Senſus eſt: Tu Domine dixiſti, te non iraſciturum nobis in finem, neque repulſurum plebem tuam, & etiam ex hoſtico ſolo & captiuitate reducturum. Leuit. 26.42. *recordabor fœderis mei priſtini, quod pepigi cum Iacob, & Iſaac, & Abraham.* Cur ergo nunc præbes indicia obliuionis, in quem non cadit obliuio? cur qui es immutabilis, pateris videri te ignaris mutaſſe conſilium, & decretum tuum; & non ſtare promiſſis. Merita id peccata noſtra: ſed ne præualeant incommutabili potentiæ, miſericordiæ, & gloriæ tuæ. Tu quidem propterea non mutaris, nec noſtri obliuiſceris, neque nos in æternum deſeres: ſed noli talis ab impiis haberi, aut videri.

Non placet, quod quidam iſta referunt ad ſpiritualem totius gentis abiectionem: numquam enim Deus ſpiritualem gentis, quam ſemel amplexus & præſciuit, ſalutem neglexit. Patet quia ſtatim Apoſtolorum prædicatione multa millia crediderunt: & omni ætate, etiã hodie, aliqui conuertuntur: & tandem reliquiæ ſaluæ fient. Sed intelligere oportet hanc obliuionem & derelictionẽ de vltima captiuitate; & diſperſione, quæ ad nouiſſima vſque tempora durabit.

OBLIVISCERIS] eſt temporis præſentis porrigendi ad futurum. Sic Iſaiæ 49.14. *Et dixit Sion: dereliquit me Dominus, & Dominus oblitus eſt mei. Numquid obliuiſci poteſt mulier infantem ſuum, vt non miſerea-*

tur filij vteri ſui? & ſi illa oblita fuerit, ego tamen non obliniſcar tui.

In longitvdine dierum] longiſſimo tempore.

VVLGATA. | LXX.

Vers. 21. Conuerte nos Domine ad te, & conuertemur: innoua dies noſtros ſicut à principio.

Conuerte nos Domine ad te, & conuertemur: & innoua dies noſtros, ſicut à principio.

Conuerſionis hominis ad Deum, & Dei ad hominem modus.

Habes hoc loco teſtimonium de liberi arbitrij & gratiæ concordiâ: præuenit iſta, concurrit & cooperatur illud.

Converte] pro conuertes: & *innoua*, pro innouabis. Nam Propheta ſimul orat, & prædicit quid futurum, & hac ſe ſpe ſuſtentat. Quod potes (ait) & facturum confido, id præcor te, vt facere matures: tot tandem nos malis eripe. Frigus peccatorum pertinax hunc nimbum conglaciauit: Sed tu Sol æterne radios exere præuenientis miſerationis; diffugiēt procellæ, gelu ſoluetur. Sic diſruptis vinculis, ad te curremus. Tu diſpones, & pulſabis; nos te excitante ſurgemus, tua adiuti gratia aperiemus: nos conuertenti gratiæ cooperabimur voluntariis animi motibus, & ita à peccatis auerſi ad te conuertemur: vt & tu ignoſcendo ad nos conuertaris; & nos videns obſequi tibi, viciſſim etiam noſtris precibus obſequaris. Sic Zachar. 1.3. *Conuertimini ad me ait Dominus exercituum: & conuertar ad vos, dicit Dominus exercituum:* & Malach. 3.7. *Reuertimini ad me, & reuertar ad vos dicit Dominus exercituum:* ita fit, vocat Deus, audimus, conuertimur, & ad nos conuertitur. Ioël. 2.13. *Conuertimini ad Dominum Deum veſtrum: quia benignus, & miſericors eſt, patiens, & multæ miſericordiæ, & præſtabilis ſuper malitia. Quis ſcit, ſi conuertatur & ignoſcat?* Conuertit ſe ad nos Deus, quando in gratiam receptos aſpicit, & iubet coram ſe, vt amicum, ſtare, Ierem. 15, 19. *Si conuerteris, conuertam te, & ante faciem meam ſtabis.* Lege doctiſſimum Ruardum Tapper arti. 4. de contritione.

Innova] reſtitue nos priſtinæ gratiæ & beneficentiæ tuæ, quam promiſiſti & prçſtaſti patribus noſtris Abraham, Iſaac, & Iacob. Talis petitio eſt Eccleſ. 36.5. *Innoua ſigna, & immuta mirabilia,* &c.

Heliæ ſecūdus aduentus.

A principio] olim: ſecundùm dies priſtinos fœlicitatis: tale illud Iob. 29.2. *Quis mihi tribuat, vt ſim iuxta menſes priſtinos, ſecundum dies, quibus Deus cuſtodiebat me?* Hanc innouationem, quam petit Ieremias futuram plerique volunt prædicatione Heliæ ſub mortem Antichriſti, ex vaticinio Malachiæ 4.5. *Ecce ego mittam vobis Eliam prophetam, antequam veniat dies Domini magnus, & horribilis. Et conuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum: ne fortè veniam, & percutiam terram anathemate.* Lege D. Hieron. hic, & Eſaiam capit. 10. à verſ. 20.

VERS. 22.

VVLGATA.	LXX.
Sed proiiciens repuliſti nos, iratus es contra nos vehementer.	*Repellens enim repuliſti nos: iratus es ſuper nos vſque valde.*

VERVM quid interea vanis querelis & irritis precibus inſiſto: certus ſum, tum quidem reliquias ſaluas fore: id enim ego prædixi cap. 14. 19. *Numquid proiiciens abieciſti Iudam? aut Sion abominata eſt anima tua? quare ergo percuſſiſti nos ita, vt nulla ſit ſanitas.* & 32. 11. *Qui diſperſit Iſraël congregabit eum: & cuſtodiet eum ſicut paſtor gregem ſuum.* Sed etiam certus ſum; ante illud tempus à te ſancitum, omnes preces de liberatione populi à diſperſione & exilio temporali, caſſas & non impetrabiles fore; quia in illum vſque diẽ *reprobans reprobaſti nos* מאוס מאסתנו *Maos Meaſibanu*; omnino abominatus es pertinaciam gentis noſtræ, quæ magis ac magis ſe indurabit, & à Deo viuo ſe auertet longiſſimè; tantùm abeſt vt pulſantem ſit auditura, aut conuerti; vel innouari ante tempus illud ſit volitura.

VEHEMENTER] vehementiſſimè, ſemper magis & magis, quia pertinacia gentis noua iræ tuæ præbebit alimenta. Ceterum verſus iſte omnino dependet à ſuperiore, vt patet ex commentario noſtro, qui eſt conſentaneus D. Hieronymo, & Latinis omnibus, & confirmat præpoſitio Hebræa כי-אם, *Ki im, quinimo*, & Græcum ὅτι *quia*: Chaldæum ארום *Arum, quamuis*.

Labuntur ergo Rabbini, & cum illis Canonicus Cordubenſis, qui volunt in fine iſtius verſiculi, tanquam imperfectâ & pendulâ ſententiâ, præcedentem verſum iterum repeti: Ratio R. Salomonis nugatoria eſt, & ſcelerata; nec digna relatu. Quam dat Vatablus, vt abſoluatur ſententia; principium petit, quia dicimus ſententiam probè abſolutam. Codices illi Hebræi, quos Figueirus memorat, vitioſi fuere; & repugnant optimis quibuſque Complutenſibus, Regiis, Pariſienſibus, Venetis: immo & Germanicis, quibus adeſt commentarius Munſteri; illis etiam ex quibus Iſidorus Clarius, & Leo Iudas verterunt: Chaldææ quoque Paraphraſi, quam Montanus edidit. In ſolâ inuenio Paraphraſi Quinquarboreanâ additam fini repetitionem ex conſuetudine Rabbinorum; qui ſuperſtitioſè autumant, valdè inauſpicatum fore, ſi vaticinium finiatur comminatione: ac propterea etiam in Iſaiæ & Malachiæ prophetiis huiuſmodi repetitiones comminiſcuntur.

Cõtra Rabbinos.

Rabbinica ſuperſtitio.

» Valeant cæci: concludo cum Theodoreto, ipſius verbis; Obſe-
» cro eos, qui in hunc librũ incident, vt quæ rectè ritéque dicta ſunt
» amplectantur: ſin erratum ſit in aliquo, ignoſcant. Cùm enim ſi-
» mus homines, & perfectione egeamus, animi noſtri promptitudi-

Cõcluſio & proteſtatio auctoris.

„ nem attulimus, emolumentũ aliquod præſtantes iis, qui Dei labo-
„ riſque ſunt ſtudioſi; à quibus etiam atque etiam petimus, vt inter-
„ pretationis operam auxilio precum remunerent; quibus freti reli-
„ quam vitam peragamus, operibus ipſis, ſermonibus, & cogitationi-
„ bus ſeruientes Deo ac Saluatori noſtro, IESV CHRISTO, &c.

Tibi verò, ô pia & veneranda mater S.C. & A. Eccleſia Romana, hoc quicquid eſt libelli, cenſendum, iudicandumque offero, & ſubiicio. Abſolui Salmanticæ. XIV. Kal. Iul. CIƆ. CV.

Martinus Del-Rio Soc. IESV *presbyter.*

LAVS DEO & INTEMERATÆ VIRGINI.

AVCTORITATVM SACRÆ SCRIPTVRÆ INDEX CERTISSIMVS,

QVAS IN HIS GLOSSIS LITERALIBVS ad maiorem elucidationem auctor affert, atque etiam vt plurimùm explicat.

IN QVO PRIMVS NVMERVS CAPVT, ſecundus verſum, tertius verò paginam indigitabit.

GENESIS.

CAPVT 6. verſus 7. pagina 156: 8.4.178: 18.25.159: 19.15.194: 24.vltim. 79: 27.19.110: 41.3.141: eod. 51.ibidem: 42.36.126: 47, 19.48: 49.18.150: 50.20.87.

EXODVS.

Caput 3.1.125: 14.14.107: 15.7.50:21, 33.110: 32.25.44.

LEVITICVS.

Caput 13.45.211: 15.30.44: 19.9.50: 22.18.61:22.9.54:26.16.105: eod.35.41.

NVMERI.

Cap.10.10.86,118:eod.29.36:19.9.104: 20.11.165: 23.19.105:25.20.118: 32.9. 66.

DEVTERONOMIVM.

Cap.1.28.66:4.6.& 7.26:5.13.38:7.16. 76,5.104:11.16.80:23.21.54:eod.32.138: 24.15.54:28.13.35: eod. 28.73:eod.30. 36: eod.33.ibidē: eod.43.35: eod.52.112: eod.56.48: eod.63.69,117: eod.65.31:29. 17.44,eod.19 138: eod.20.73: 32.8.148: eod.23.78:eod 25.66: eod.27.46:eod.29. 45,54: eod.42.78,104:33.17.77: eod.19. 118.

IOSVE.

Cap. 14.18. diſſoluerunt cor populi. 66.

I. REGVM.

Cap.1.15.110: 3.12.105: eod.21.98:4. 21.74:12.15.63:15.29.76:28.10.194:eod. 20.38.

II. REGVM.

Cap. 1.20.67:eod.21.76:6. 2.61:eod.3. 125: 8.2.88: 16.12.153: 17.13.52: 22.9. 50:eod.28.124:24.12.153.

III. REGVM.

Cap.1. 21.115: 6.13.83:9.7.24: eod. 8. 101:20.31.92.

IV. REGVM.

Cap.4.13.208:16.14.85: 18.27.48:19. 21.102: 21.13.88,127: 24.7.29: eod.13. 23:25.9.78.

I. PARALIPOMENON.

Cap. 28. 2. Cogitaui vt ædificarem domum, in qua requieſceret arca fæderis Domini, & ſcabellum pedum Dei noſtri. 74.

II. PARALIPOMENON.

Cap. 7. 16.47: 12.7.73: 24.20.113: 34. 25.73: 36.15.& 16.29:eod.19.78.

IVDITH.

Cap. 2.6.Non parcet oculus tuus vlli 76. 8.22.Memores eſſe debent quomodo pater noſter Abraham tentatus eſt, & per multas tribulationes, &c. 161.

ESTHER.

Cap. 14. 16. & deteſter illud ſicut pannum menſtruale. 61.

IOB.

Cap. 2.12.91: 3.30. 127: 5.17. 155: eod.27.ibidem:6.18.215: 7.5.202:eod.21.

115:10.11.127:11.7.215.:eod.20.142:15.22.72:16.10.103: eod.11.154: eod.13.78, 135: eod.14.76,94: 18.18.72: 19.8.132: eod.10.142:eod.15.79: eod.19.& 20.188: 23.13.110:28.22.76:29.3.72:eod.17.140: 30.9.178.eod.10.136: eod.11.78: eod.26. 72: 34.10.62,159: 35.10.73: 39.13.187: 41.11.50.

LIBER PSALMORVM.

Pſal.1.6.159:3.8.140: 7.13.79: eod.17. 194:8.3.177:9.12.83:eod.16.150: eod.29. 133:10.vlt.62:15.5.148: 16.12.133:17.9. 73:eod.40.178: 19.29.73: 20.10.213:21. 2.131:eod.8.102:eod.14.103,128:eod.15. 110:eod.16.188: 26.4.83: eod.6.86: 27.4. 179:29.6.147:eod.12.93:30.8.45:eod.11. 124,143:33.17.213:34.6.165: eod.16.103: eod.21.104:eod.25.ibidem:37.17.36:eod. 21.172: 38.12.144: eod.13.107: 39.13. 194: eod.15.44: 40.10.36: 41.4.140:43. 14.101:eod.15.43: eod.25.153:47.3.102: 49.2.102: 50.9.196: 51.7.166: 54.13.36: 55.2.& 3.& 6.127: eod.10.44: 56.2.220: 57.7.140: 58.12.45: 59.6.135: 61.9.110: 62.3.74:eod.5.110:65.11.35:68.2.97,173: eod.4.214:eod.12.93: eod.13.178: eod.16. 173: eod.22.139: eod.34.157: 71.9.153: 72.7.163: eod.14.147: eod.25.148: 73.4. 231.eod.7.86:eod.11.78:74.vlt.77:77.38. 146: eod.39.143: eod.60.83: eod.65.54: 79.6.140:eod.13.49:82.14.181:84.8.150: 85.5.149:86.2.89: eod.3.102:eod.4.ibidē: eod.7.ibidem: 87.7.174: eod.8.173:98.5. 74: 100.8.147: eod. 10.124: 101.6.202: eod.7.152:eod.10.140:eod.11.73:eod.14. 143: 102.9.146: 103.23.31: 104.15.98: eod.16.57:105.7.61:106.11.63:108.3.172: eod.14.70:eod.24.203: 109.2.171: eod.3. 208: 118.82.214: eod.136.170: eod.161. 172:122.2.171:123.7.172: 131.7.75:eod. 17.77: 134.9.135: 136.7.220: eod.8.68: 138.2.178: 140.10.152: 141.5.130,142: 142.4.129:146.8.31: 148.17.77.

PROVERBIA.

Cap.1.5.147: 7.2.108.eod.18.147: eod. 23.94: 15.11.76: 18.10.152: 20.17.140: 24.28.172: 27.20.76: 28.15.133: 3.1.27. 163.

ECCLESIASTES.

Cap. 3.1. Omnia tempus habent. 5. eod.4. Tempus flendi, & tempus ridendi. ibidem.

5.16. Cunctis diebus vitæ ſuæ comedit in tenebris, & in curis multis, & in ærumna atque triſtitia. 73.

CANTICVM CANTICORVM.

Cap.4.8. De cubilibus leonum, de montibus pardorum. 133.

6.3. Decora ſicut Ieruſalem. 102.

SAPIENTIA.

Cap.2. 6. Venite, fruamur bonis quæ ſunt, & vtamur creatura, &c. 148.

4.3. Multigena autem impiorum multitudo non erit vtilis, & ſpuria vitulamina, &c. 167.

12.15. Cum ergo ſis iuſtus, iuſtè omnia diſponis: ipſum quoque, qui non debet puniri, &c. 62.

17.9. Tranſitu animalium, & ſerpentiũ ſibilatione commoti, tremebundi peribant. 103.

ECCLESIASTICVS.

Cap.11.9.222.eod.14.160: eod.29.141: 12.13.97: eod.vlt.101: 16.12.80: 26.15. 136: 35.17.107:36.8.80: 39.30.160: eod. 35.ibidem. 49.5.42.

ISAIAS.

Cap. 1. 7. 36, 83: eod.11.85: eod.13. 84: eod.14.180: eod.18.189: eod.20.63: eod.24.68:3.2.56: eod.9.45,193: eod.22. 61:eod.85.80:eod. vlt.25,34: 4.4.44:5.18. 194:eod.vlt.72: 6.9.179:eod.10.190:7.18. 56:8.11.52:eod.17.149: eod.22.72: 9.10. 132: eod.18.138:10.31.31: 11.6.125:eod. 9.110:14.18.115:eod.27.105:15.3.92: 16. 4.30:18.10.185: 20.4.125:21.14.30:24.4. 90:eod.17.169: 25.9.150:eod.8.76: 26.2. 88: 27.8.87: eod.10.102: 28.26.155:29.2. 119:eod.10.73:eod.14.142:30.10.90: eod. 14.185:eod.15.150: 31.19.83: 32.11.92: 34:5.73,118: eod.11.88: 38.12.174: eod. 13.128:39.6.76: 41.4.57: 42.6.57: eod.7. 73:43.24.180: 44.9.29: eod.26.105:45.7. 160:47.1.25: eod.5.91: 48.10.124: 49.2. 136,220:eod.6.10:eod.23.153:51.20.115, 184:52.7.141: eod.10.150: 53.8.33,172: eod.11.154: 57.5.148: eod.16.155:58.7. 188:59.2.166:eod.18.179:62.1.171: eod. 7.ibidem: 63.3.57: eod.10.79: eod.18.86: 64.6.61:eod.11.40, 86:66.1.74: eod.5.61.

IEREMIAS.

Cap.1.5. 12: eod.6.10: eod.11.54: eod. 12.ibid. eod.14.78: eod.17.175.eod.18. 141:2.9.158: eod.18.29: eod.24.31: eod. 25.45:eod.36.30:4. 16.60:eod.19.66:eod. 27.146:5.15. 136:6.2.60:eod.9.150:eod.20. 85.eod.26.93: 7.16.131, 164: 8.14.91, 138:9.8.137: eod.21.95.10.24.50: 11.14.

13.1,

131:eod.17.36: 12.3.118:eod.10.52: eod. 14.166:13.17.28:eod.18.25:14.2.34:eod. 11.131: eod.16.184: eod.17.58: eod.19. 141:15.17.153:18.7.36,166: eod.16.101: eod.18.137,142,177: 19.15.36:20.2.124: eod.7.137:eod.10.ibidem: 22.5.24:23.14. 99: eod.15.129:eod.20.87:eod.33.169:25. 9.56: eod.34.38: eod.35.130,142: 28.14. 54:30.12.97:31.18.52:eod.20.94:eod.24. 125:33.9.141;36.2.18: eod.26.172: 39.8. 76:40.2.106:42.16.31: 43.2.137:44.7.94: eod.27.54:45.3.31:48.25.77:eod.43.168: 49.7.142: eod.12.222: eod.29.119: 50 9. 59:eod.23.72: eod.26.& 27.56: 51.10.87: eod.14.110: eod.22.116: eod.24.ibidem: eod.34.63,76: 52.13.76:eod.24.84.

THRENI.

Cap. 1.2.58: eod.17.76: 2.11.188:eod. 18.58:eod.22.142: 3.43.76: eod.49.107: 4.11.80:5.5.125:eod.11.82.

BARVCH.

Cap.2.2.112:eod.5.35: 4.10.120: eod. 19.25:eod.26.36.

EZECHIEL.

Cap. 3. 26.188: 5.11.76,117: eod.12. 117: eod.13.68,206:7.2.215: eod.15.67: 11.23.74: 12.13.52 : 13.vlt.105: 14.10. 194: 16.37.222: eod.39.37: eodem 48. 193:18.16.188:19.5.142:eod.8.52:20.12. 41: 21.17.102, 156: 22.4.101: 23.22.29. 24.3.& 4.51: eod.7.208: eod.10.51:eod: 13.44:25.3.& 6.68:27.30.93:eod.36.102. 30.8.206: 32.3.52: 34.12.72: 36.17.61: eod.29.57:37.11.142,174: 39.17.118:43. 7.74:44.7.46.

DANIEL.

Cap.6.17.173: 9.5.42: eod.11.73: eod. 12.49.50: eod.14.54: eod.18.45: 11. 30. 87.

OSEAS.

Cap. 2.3. 222.eod.6.133: 3.4.25:5.10. 110:7.12.52:8.4.159: 9.14.96: 13.7.& 8. 94,133:eod.11.28.

IOEL.

Cap.1.8.93:eod.9.142:2.2.165: eod.3. 83:eod.6.202.

AMOS.

Cap.2.12.90:eod.14.130,142:3.6.160: eod. 15.76: 4.4.222:5.8.57: eod.19.133: eod. 21.85: eod. 24. 110: 6.3.71: 7.17. 88:8. 11.90.

IONAS.

Cap. 1.11. Quid faciemus tibi,& ceſſabit mare à nobis? 149.

3.9. Quis ſcit ſi conuertatur, & ignoſcat Deus:& reuertatur à furore iræ ſuæ,& non peribimus? 153.

MICHÆAS.

Caput 1. 9. Quia deſperata eſt plaga eius. 97.

2.6. Ne loquamini loquentes:Non ſtillabit ſuper iſtos, non comprehendet confuſio. 73.

7.8. Ne læteris inimica mea ſuper me, quia cecidi: conſurgam cùm ſedero in tenebris. 68.

NAHVM.

Cap. 1. 8.73:2.7.125:eod.10. 102:3.5 222:eod.7.60:eod.11.ibidem.eod.19.102.

HABACVC.

Cap.2.3.149: 3.16.66: eod.18. 148.

SOPHONIAS.

Cap.1, 7. & 8. Iuxtà eſt dies Domini, quia præparauit Dominus hoſtiam, ſanctificauit vocatos ſuos.Et erit in die hoſtię Domini,&c. 118.

2. 15. Omnis qui tranſit per eam ſibilabit,& mouebit manum ſuam. 102.

AGGÆVS.

Cap. 1.11. Vocaui ſiccitatem ſuper terram. 57.

ZACHARIAS.

Cap.2. 8.108: eod.13.91:8.4.116: eod, 10.67:11.2.56.

MALACHIAS.

Cap.2.11. Transgreſſus eſt Iuda,& abominatio facta eſt in Iſraël,& in Ieruſalem: quia contaminauit Iudas ſanctificationem Domini,quam dilexit,& habuit filiam Dei alieni, &c. 86.

I. MACHABÆORVM.

Cap. 1.3.91.eod.23. 86: eod.41.40: 2. 26.92: eod.63.142:4.38.86:eod.39.92.

II. MACHABÆORVM.

Cap. 3.19. Accinctæ mulieres cilicio. 93.

MATTHÆVS.

Cap.2.20.110:5.34.74:eod 39.154: 11. 23.193: eod. 29.10,150: 23.304 207:26. 23.138: eod.39.97: 27.39.102:28.3.196.

MARCVS.

Cap.4. 39. Comminatus eſt vento, & dixit mari: Tace, obmuteſce, &c. 107.

9. 2. Veſtimenta eius facta ſunt ſplendentia,& candida nimis velut nix,&c.196.

LVCAS.

Cap.1.35.10:eod.52.45: 2.11.218:eod. 30.150: 12.50.154: 24.35.188.

IOANNES.

Cap.10.11. Bonus paſtor animam ſuam dat pro ouibus ſuis. 110.

13.18. Leuabit contra me calcaneum ſuum 36.

18.11.Calicem quem dedit mihi Pater, non vis vt bibam illum. 97.

ACTVS APOSTOLORVM.

Cap 2.46. Frangentes circa domos panem,ſumebant cibũ cum exultatione 188.

27.20. Iam ablata erat ſpes omnis ſalutis noſtræ. 142.

AD ROMANOS.

Cap.2.2.Scimus quoniam iudicium Dei eſt ſecundùm veritatem in eos, qui talia agunt. 159.

9. 21. An non habet poteſtatem figulus luti, ex eadem maſſa facere aliud quidem vas in honorem, aliud verò in contumeliam? 185.

I. AD CORINTHIOS.

Cap. 10.10. Neque murmuraueritis,ſicut quidam eorum murmurauerunt, & perierunt. 161.

14 38. Siquis autem ignorat, ignorabitur. 159.

15.54. Abſorpta eſt mors in victoria.76.

II. AD CORINTHIOS.

Cap. 5.21 Eum qui non nouerat peccatum,pro nobis peccatum fecit. 159.

7. 5. Nullam requiem habuit caro noſtra, &c. 67.

11.29. Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis ſcandalizatur, & ego non vror? 126.

AD COLOSSENSES.

Cap. 2. 10. Et eſtis in illo repleti, qui eſt caput omnis principatus. 81.

II. AD THESSALON.

Cap. 1. 9. Pœnas dabunt in interitu æternas à facie Domini. 213.

2.10. Charitatem veritatis non receperunt, vt ſalui fierent, ideo miſit illis Deus, &c. 99.

I. AD TIMOTHEVM.

Cap.2. 8. Volo ergo viros orare in omni loco, leuantes puras manus ſine ira & diſceptatione. 110.

AD HEBRÆOS.

Cap.5. 7. In diebus carnis ſuæ preces ſupplicationeſque ad eum, qui poſſit illum ſaluum facere à morte, cum clamore valido & lacrymis offerens, exauditus eſt pro ſua reuerentia: 174.

I. PETRI.

Cap.2.21.Vt ſequamini veſtigia pedum eius. 215.

5.8. Sobrij eſtote, & vigilate:quia aduerſarius veſter diabolus tanquàm leo rugiens circuit, quærens quem deuoret. 103.

I. IOANNIS.

Cap. 5. 3. Hæc eſt enim charitas Dei,vt mandata eius cuſtodiamus, & mandata eius grauia non ſunt. 150.

APOCALYPSIS.

Cap. 1. 14 Capilli erant candidi tanquàm lana alba, & tanquàm nix. 196.

14. 18. Mitte falcem tuam acutam, & vindemia botros vineæ terræ, quoniam maturæ ſunt vuæ eius. 49.

16. 1. Effundite ſeptem phialas iræ Dei. 80.

17. 12. Cornua quæ vidiſti, decem Reges ſunt 77.

19. 15. Ipſe reget eas in virga ferrea, & ipſe calcat torcular vini furoris iræ Dei. 57.

Finis Indicis locorum omnium ſacræ Scripturæ.

VERBO

VERBORVM OMNIVM ATQVE SENTENTIARVM,

QVÆ DIGNIORIS HOC IN VOLVMINE

obſeruantiæ cenſentur, Repertorium certiſſimum, Alphabetica ſerie diſpoſitum.

A

AB menſis Hebræorum, cui noſtro reſpondet. pag. 109
Abſcindi à vita, repelli à Deo, quid ſignificent. 172. 174
Acerbitates duæ incluſæ in verbo, *Serui.* 234.
Actio tribuitur priuationi ab Hebrçis. 203.
Ad numerum, quid ſignificet. 139
Adducere diem, quid ſit. 68.
Adiectiuum, pro aduerbio. 152
Aduentus ſecundus Eliæ. 248
Adulatorum amici deſtituuntur vera conſolatione. 29
Adulterij ſpiritualis ἱερομανία graphicè deſcripta. ibid.
Ædificare quadro lapides adagium; quid ſignificet. 132
Ædificare domum, pro filios gignere. 184.
Ægyptij Chaldæis Iudæam tradiderunt. 29.
Ætatis omnis fœlicitatem ſummam pollicetur Deus ſub ſenum & puerorum nomine. 116
Æternitas cur de tempore dicatur, & tempus aliquando de Deo. 145
Αἰων propriè ſignificat infinitam æternitatem. ibid.
Affectus Dei caſtigantis qualis. 156
Afflictiones Sanctorum, & profanorum hominum in quo differant. 42
Agricolæ tauros feroces ſubiuganti cur Deus comparetur. 54
Ain, apud Hebræos quid denotet. 58. cur poſt *Phe*, ponatur. 168
Aleph, quid ſignificet Hebræis. 23. 69
Alienæ viæ non ſunt ſcrutandæ, ſed noſtræ. 163.
Allegoricus ſenſus Threnorum quis. 19
Almanah, quid ſignificet Hebræis. 26
cur Alphabetum quadruplicetur in hoc libro. 20. 121
Altare dirutum, ad quid referatur. 85
Aman, in Kal quid ſignificet. 189
Amaritudo, quid ſignificet. 66
Amici, pro fœderatis. 29
Ammonitarum excidium. 68
Amygdali comparatio ad quid. 54
Anagogicus ſenſus Threnorum quis. 19
Anah, vnde Anathot, quid ſignificet. 10. 11
Angeli mali ſunt miniſtri Dei. 158
Angeli cur dicti Principes. 199
Anima, pro vita. 48. 96. 110. 235. pro perſona. 110. pro corpore. 235
Animam conuertere quid ſit. 58
Antemurale, quid ſignificet. 88
Aon, apud Hebræos quid ſignificet. 224
Aperire os ſuper aliquo, quid ſit. 103
Apprehendere, quid ſit. 31
Aqua & igne arcere, pœna Romanis vſitata. 229
Aquæ comparatio ſignificat copiam. 110.
Aquæ, pro tribulationibus. 173
Aquila velocior, adagium vnde natum. 216.
Arca & templum, gloria Iſraëlis. 74
Arcum pede impoſito tendere quid ſit. 79
Argamon, Thola, & Schani, vocabula valdè cognata apud Hebræos. 191
Arietes, pro principibus. 38
Armon, à radice *Aram*, quid ſignificet Hebræis. 81
Aſchparoth, Hebraicè quid ſignificet. 193
Aſſumptiones, pro oneribus. 100
Anatha, Hebræis quid ſignificet. 176
Auctorum enumeratio qui in Lamentationes Ieremiæ ſcripſerunt. 6 & ſeq.
cur Audire lacrymas dicatur Deus. 107
Auertere dexteram retrorſum Deus quomodo dicatur. 77

B

BABYLONIS excidium. 68
Bachur, Hebræis quid ſignificet. 57

Benedecham, quomodo exponatur à Quinquarboreo. 233
Beto, quid apud Hebræos ſignificet. 27
Bilia, quid ſignificet apud Hebræos. 75
Blaſphemia Iudæorum, etiam hoc tempore. 237
Blatta, oſtrum, murex, & buccinum, quid ſint. 191
Bonorum præteritorum, obliuio facilè obrepit. 141
Bonorum & improborum portio quid. 148
Bonum & pax coniuncta. 141
Bor, Hebræis quid ſignificet. 173
Buccinatum clangore conuocabantur ad ſolemnitatem Iudæi, & ad ſacrificale conuiuium. 118
Buccinum, oſtrum, murex, & blatta, quid ſint. 191

C

CÆLVM cur Dei thronus dicatur. 74 aliquando clauditur orationi, pœnitentiæ nunquàm. 166
Calcare torcular, adagium; eiúſque ſignificatio. 57.
Caligo, Pro mœrore & tribulatione. 72. pro cæcitate mentis. 73
Caluinus notatur, & reprehenditur. 22. 53
Candidum de ſolo albo colore ſplendente intelligitur. 196. pro mundo ponitur. 197
Canon de diris ſeu imprecationibus. 69
Caphaph, quid ſignificet. 164
Captiuitates Iudæorum duæ. 18
Captiuorum habitus antiquus. 92. 93
in Caput & in caudam eſſe quid ſit. 35
Caput, pro initio. 184
Caput mouere, geſtus irridentis. 102.
Carceris Ieremiæ deſcriptio breuis. 125 173. vltimus. 174
Caro, pro cute, & è contrà cutis, pro carne. 202.
Caroli quinti dictum valdè Chriſtianum. 104
Chaldææ paraphraſis hiſtoriola. 230
Chaldæorum perfidia. 29
Chalu, an à *Chalal* deducatur. 195
Charitas communicat mala ceterorum. 126
Chemar, vel *Chomar*, quid ſignificet. 66
Chereb, quid propriè ſignificet. 235
Cheſed, Hebræis quid ſignificet. 146
Chorus non eſt nomen inſtrumenti. 242
de Chriſti alba tunica. 196
Chriſti mors hìc optimè denotatur. 217 218
Chriſtus Dominus, differt à Chriſtus Domini. 218 ſpiritus oris noſtri, cur. 219
Cibi ſordidi in fame expetuntur 48
Cinerem comedere, adagium; quid ſignificet. 140.
Cineris vſus in luctu qualis. 92
Ciuitas pro vrbe. 25
Clamare ad Dominum, &, Clamare contra Dominum, quomodo differant. 107
Clamor ſuper muros filiæ Sion quorum fudit. 106
Claudere orationem Hebraicè quid ſignificet. 131
Clibanus quid. 236
Coccus & vermiculus in quo differant. 191 189. 2. eius vſus promiſcuus. 189. 2
Cogitare Dei, quid ſit. 87. 105
Cogitationes, pro calumniis & ſtrophis. 177
per Colorem optimum, quid intelligatur. 184
Columbarum ſtercora in fame cur quæſita. 192
Comparatio fulminis elegans. 51. amygdali. 54 ſubiugantis taurum, & Dei. ibid. ſimiæ cum ſocijs infidelibus. 64 fumi cũ ira Dei. 73. Maris. 97. vlceris & peccati. 99. leonis, & draconis. 103. aquæ. 110. terras delentium. 127. luctus & leonis. 128. pharetræ & vteri. 136. peccati, & nubis. 165. 166. Iſraëlis cũ arbore euulſa. 166. vaſis teſtacei, cum Iudæorum excidio. 185. ſtruthionis & matrum Ieroſolymitanarum. 187. fuliginis, carbonũ, ollæ. 201. peſtis cum miſeria Ieruſalem. 210. fœminæ ebriæ cum Idumæis. 221. tempeſtatis & febrium. 236
Compedis cum voluntate Dei comparatio. 130
Complere, pro finire & abſoluere. 224
Concilium triplex Iudæorum. 240
Concionatorum officium quale. 29
Conculcatio, pro ſubactione. 88
Confiteri culpam, eſt laudare Deum. 109
Confringere dentes, adagium; quid ſignificet. 140
Connexio literarum cum ſuis verſiculis quid hìc ſignificet. 22
Conſilium Dei mutari vel impediri nequit. 105.
Conſolatione vera deſtituuntur adulatorũ amici. 29
Conſolationis dies, pro die vltionis. 68
Contemptus legis cauſa excidij Ieroſolymitani. 90
Contenebratio oculorum ex mœrore naturalis. 244
Conuerſionis hominis ad Deum, & Dei ad

hominem modus. 248
Conuertere animam quid ſit. 58
Conuerti retrorſum quid apud Hebræos. 43. 52.
Coph, quid ſignificet. 64
Cor cum manibus, vel in manibus leuare ad Deum, quid ſit. 163
Cor effundere, quid ſignificet apud Hebræos. 110
Cor ſubuerſum quid denotet. 66
Cornu, pro Principibus, tribubus, regno. 77
Cornu exaltare quid ſit. 105
Cornua duo Iſraëlis quæ. ibidem
Corona quàm multa ſignificet, eiuſque vſus apud Iudæos. 243
Credere mendacium, peccati pœna. 99
Crocuphantia Iuriſconſultis quid ſit. 190
Crudelitas, non charitas, tribuitur Struthioni. 187
Crux, quare *gabalus* Latinis vocata. 69
Cuſculium quid, ex Plinio. 191

D

DÆMONES vincti cœli, terræ vincti homines. 157
Daleth, quid ſignificet apud Hebræos. 32
Dare manum, quid ſignificet. 231
De ſub cælis, quid ſignificet. 181
Declinare iudicium quid ſit. 158
Decor Ieroſolymæ. 37
Deducere lacrymas quid ſit. 58
per Δίκαις quid intelligatur. 175
Deficere oculi quando dicantur. 214
Defluere in lacrymas quid ſit. 58
Deipara virgo, an ex ſitu aliquo prope crucem ſteterit. 91
Delicta maiorum quo pacto luant poſteri. 232. 233
Dentes ad numerum frangere, quid ſit. 139
Deponere quid ſignificet. 45
Deuindemiare quid ſignificet. 70
Deuorare, pro extinguere. 103
Deus quãdo vigilare dicatur. 53. 54. & quãdo dormire. 54. quare agricolę tauros feroces ſubiugãti comparetur ibid. quando dicatur ſe elongare ab aliquo. 58. iuſtus in puniendo. 62. cur illi os tribuatur. 63. comparatus homini feroci. 72. dexteram auertere retrorſum quomodo dicatur. 77. iratus comparatur ſagittario, & quæ ſint eius pharetræ & ſagittæ. 78. punit quaſi inuitus. 79 cur quaſi hoſtis dicatur. ibid. cur dicatur funiculũ vel menſuram extendere. 87. eius conſilium mutari vel impediri nequit. 105. cur dicitur lacrymas audire. 107. ſub ſenum & puerorum nomine, ſummam omnis fœlicitatem ætatis pollicetur. 116. eius voluntas ſimilis compedi, quadrato lapidi & muro. 130. quomodo orationem excludere dicatur 131. cur vrſo & leoni comparetur. 133. minatur antequàm feriat. 135. eius pharetra quid ſit ex D. Hieronymo. 136. iræ miſcet miſericordiam, & minùs punit, quàm peccata merentur 146. præuenit nos miſerationibus. 147. cùm caſtigat, parcit. 155. ignorat peccata & peccatores, & quomodo. 159. quo pacto fiat inexorabilis 164. vltor eſt, qui effugi nequit. 181. quomodo ſuccendat & furorem compleat. 206. quomodo recordari dicatur. 226
Dexteram ſuam firmare quid ſit. 79
Dibaphi genera duo fuerunt, & quæ. 192
Dicere, pro facere. 175
Dies conſolationis, pro vltionis die. 68
Dies & lux, pro fœlici ac læto ſtatu. 72
Dies occiſionis, vocatur dies victimæ Dei. 118
Difficultas ex lectionis Septuaginta varietate. 198
Diluculum & matutinum quid. 147
Dimenſio Hebræorum carminum nunc ignota. 24
Diſciplina, pro caſtigatione. 50
Dominatio ſeruorũ acerba eſt liberis. 234
Domini plures, magnum malum. ibid.
per Domum clauſam orationis quid intelligatur 131
Domum ædificare, pro filios gignere. 184
Domus in ſacra Scriptura quid ſignificet. 228
Donec, quomodo accipiendum. 171
Dor, quid ſignificet Hebræis. 247
Dormire Deus quando dicatur. 54
Dormire, pro mortuum eſſe. 125
Duplicibus veſtiri quid ſit. 199

E

EBVR antiquum quale ſit. 199
Edom ſeu Idumæorum nomen à Prophetis propriè poſitum. 221. per illud hæretici intelliguntur. 224. 225
Effundere cor, quid ſignificet apud Hebræos. 110
Effundere irã, pro punire, & pro parcere. 80
Effundere iram indignationis ſuæ Deus quando dicatur. 206
El, quid frequentiùs ſignificet. 164
Electi quínam intelligantur. 57
Eliæ ſecundus aduentus. 248

Elongare ſe ab aliquo quando Deus dicatur. 57
Eradicatio quid ſignificet. 166.167
Ἐρωμανία adulterij ſpiritualis graphicè deſcripta. 29
Errare, quorum proprium ſit. 209
Erudire, pro caſtigare. 52
Eſem, apud Hebræos quid ſignificet. 199
Eſſe in caput & in caudã, quid ſignificet. 35
Eſſe Pſalmum alicuius, quid denotet. 178
Eſſe in medio, vel habitare, quid ſignificet. 208
Et non ipſi, Hebraiſmus; quid ſignificet. 232
Et, pro vt. 97.149. pro aut. 119
Euchariſtiæ diuiſio & porrectio, fractio panis vnde appelletur. 188
Exaltare cornu, quid ſignificet. 105
Examen conſcientiæ quomodo faciendum eiuſque vtilitas. 162
Exaſperare ſermones Dei quid ſit. 63
Excæcatio quid ſit. 180
Excommunicatio triplex apud Hebræos 61
Expandere, quid ſignificet. 60
Expandere rete quid ſit. 52
Extendere funiculum vel menſuram Deus cur dicatur. 87
Extremis poſitis omnes intelliguntur. 116

F

FABVLA Iudaica de portis Ieruſalem. 89
Facere extra Synagogam quid Hebræis. 61
Facies, ſeu vultus, pro ira, & quare. 213
in Fame ſordidi cibi expetuntur. 48
Fames duabus circunſtantiis deſcripta. 65
Fames Ieruſalem obſeſſæ à Romanis. 189
Famis cauſa quæ ſit. 48
Felle potare aliquem, quid ſignificet. 129
per Feſtiuitatem quæ intelligantur. 84
Figueiro reprehenditur. 22
Filia & virgo, quid in ſacra Scriptura. 57. pro congregatione. 170
Filiæ pharetræ, pro ſagittis, & quare. 136
Filij hominum oppoſiti filiis Dei, quid denotent in ſacra Scriptura. 156
Filij terræ, & filij heroum. 233
per Filiam Sion quid intelligatur. 73
Finis, pro victoria, & contrà. 142
Firmare dexteram ſuam quid ſit. 72
Fletus Ieremiæ quàm diuturnus. 94
Fœlicitas ſumma promittitur à Deo ſub ſenum & puerorum nomine. 116
Fons aptè torculari ſubditur, & quare. 53
Foris mors, & intus timor, adagium. 66
Frangere dentes ad numerum, quid ſit. 139.
panem, Hebræis idem eſt quod partiri & elargiri. 188
Fremere, etiam frendere complectitur. 103
Fructus ventris, pro liberis. 112
Fulminis comparatio elegans. 51
Fumi cum ira Dei comparatio. 73
Funiculum extendere ſuper aliquo, quid ſignificet. 87
Futurum, pro eo quod fieri par eſt. 27. pro præterito. 118

G

GAbalus Latinis quare crux dicta. 69
Galah, quid ſignificet. 30
Gaudium vrbis Ieruſalem, & quare. 102
per Gaudium quid ſignificetur. 242
Geminatio vocabuli emphatica. 28
Gentiles omnes à Iudæis habiti pro ſeruis. 234
Gimel, quid ſignificet apud Hebræos. 30
Gratis odiſſe, vel iniquè odiſſe, quid ſignificet. 172
Gynecæum dictum tabernaculum. 72

H

HAbitare, vel eſſe in medio, quid ſignificet. 208
Habitus captiuorum antiquus quis. 92.93
Hæretici per lamias ſignificantur. 187
Haga, Hebræis quid ſignificet. 178
Haliæti, genus aquilarum. 2
He apud Hebræos quid. 34
Hebræi qua vtebantur olim in carminibus dimenſione. 20. priuationi tribuunt actionem. 203. quando coronis vterentur. 243
Hebræorum triplex excommunicatio. 61. mos in deprecationibus ad Deũ. 109. ritus in tribus præcipuis feſtiuitatibus. 118
Helchias an propheta fuerit, & an idem de quo in hiſtoria Regum fit mentio. 11.12
Hereditas Iſraëlis. 227.228
Herem, apud Hebræos excommunicationis genus quale. 61
Heth, apud Hebræos quid. 41
Hiericho ſanctis Patribus quid ſignificet. 3
Hiſtoria Suſannæ cur portio canonicæ Scripturæ dicatur. 18
per Hominem viuentem quid ſignificetur. 161
Homines vincti, terræ, cæli vincti dæmones. 117
Hominis ferocis cum Deo comparatio. 72
Hoſtes fruuntur labore & frugibus Iudæorum.

Hoſtia vociferationis quid ſit. 86
Humiliare,pro conſtuprare per vim. 236
Hus vbi,& cur hîc addatur,noua ratio. 221
Hypocritæ per Struthionem ſignificantur. 187

I

IAanah,in plurali, *Iehenim*, quid ſignificet apud Hebræos. ibid.
per Iacob quid intelligatur. 60
Idola,cari ſeu deliciæ Iudæ. 29. ſordis nomine intelliguntur. 44
Idololatria ſingulorum Regum, quare vocetur peccatum Ieroboam. 232
Idumæorum excidium denotatur. 220. cum fœminis ebriis comparatio. 222
Iecur eſt officina ſanguinis & lacrymarum, & fons vitæ. 94
Ieiunij vis quænam ſit. 196
cur Ieremias à triſtibus hîc ordiatur. 4. Chriſti Domini typus. 10. in vtero ſanctificatus. 12. eius mors & ſepultura. 13. vbi Lamentationes compoſuerit. 15. eius fletus quàm diuturnus. 94. bis incarceratus. 124. carcer eius qualis. 173. vltimus. 174
Ieroſolyma quàm arctè obſeſſa à Chaldæis. 119
Ieruſalem quibus gentibus imperarit. 26. quibus vectigalis. 27. cur dicatur noctu fleuiſſe. 28. omnibus deſpecta & irriſa. 101. quàm decora. 102. nocte expugnata. 109
Igne & aqua arcere, pœna Romanis vſitata. 229
Ignem ſuccendere Deus quando dicatur, 206
Ignis,pro tribulatione. 51
Ignorare peccata & peccatores Deus quomodo dicatur. 159
Imperatiuus,pro futuro. 176. verans. 222.
Impietas matrum Ieroſolymitanorum. 186
Impœnitentia incurabilis. 98
In, pro ob ſeu propter. 219
In,idem quod pro. 235
In cœlo,& de cælo,differunt. 73
In circuitu fieri alicuius,quid ſignificet. 60
In gyro pro circumquaque. 128
Incendium Ieruſalem deſcriptum & prædictum. 78
Inebriare pro ſatiare. 138
Inſidiari in abſcondito quid ſit. 133
Inſurgere,pro ſubiicere,& conculcare. 177
Interpres noſter cur *croceum* verterit pro cocceo. 190
Interpretatio vulgata ſæpe retinet genus Hebræum vel Græcũ, vnde ſumpta. 147
Interrogatio negans paſſim notatur, 97
Inuenire, pro conſequi & potiri. 104
Ioannes & Marcus conciliantur cum Matthæo. 189.2
Iod, Hebræis quid ſignificet. 46
an Ioſiæ mors hîc intelligatur. 216.217
Ira furoris Dei quid ſignificet. 50. cur comparetur fumo. 73
Iram indignationis ſuæ effundere Deus quando dicatur. 206
Iſraël hortus Dei & vinea. 82. arbori euulſę comparatur. 166
Iſraëlis duo cornua quæ. 77
Iudæam Chaldæis qui tradiderint. 29
Iudæi bis captiui facti 18. errabundi à quibus auxilium petierint. 209. filij Dei vocantur, Gentiles autem ſerui Dei. 234. dediti Sodomiæ. 239. igne & aqua abuſi. 229. eorum velamen & excæcatio. 179. peccatum eorum cur maius quàm Sodomorum. 193. blaſphemia etiam hoc tempore. 237
Iudæorum obſtinatio de necato Chriſto, nubes appellatur. 166
Iudicare cauſam animę,quid ſignificet. 176
Iudicia Dei particularia. 158
Iudicia Iudæorum vbi fiebant, & eorum triplex concilium. 240
Iudicium,pro clementia. 50
Iudicium declinare quid ſit. 158
Iudicium vltimum per quid anagogicè ſignificatum. 225
Iudicum inter Iudęos claſſes tres. 240.241
Iugum peccati,pro ipſa vindicta peccati. 54
Iugum,pro tribulationibus & mãdatis. 150
Iugum religionis ſubire ab ineunte ætate optimum. 151
Iulij dictatoris dictum. 194
Iuſſa Dei præcisè & ſtrictè vt verba ſonant accipienda,non ita Prophetiæ,& cur. 221
Iuſtorum ſpes certa & incerta. 153
Iuſtus,Chriſti proprium epithetum. 208

K

KAlendarij Hebræorum locus. 110
Kaph,apud Hebræos quid ſignificet 47
Ketem,Hebræis, quid ſignificet. 183

L

LAbia pro obloquiis & ſuggillationibus. 177
Labor, pro moleſtia & defatigatione. 129. pro afflictione & paſſione. 180
Lac copiam denotat. 198
Lacrymæ loquuntur & audiuntur. 107. earum officina,iecur. 94

Lacrymas deducere,& in lacrymas defluere, quid. 58. cur eas audire Deus dicatur. 107
Lactis pinguedini proprium quid. 197
Lætificari contra; & lætificari ſuper aliquem. 105
Lamas, quid ſignificet apud Hebræos. 27
Lamed, quid Hebræis ſignificet. 48
Lamenta cur dictus iſte liber. 16
Lamiæ quæ dicantur. 186
per Lamias hæretici ſignificantur. 187
Lapide quadro ædificare, adagium; quid ſignificet. 132
per Lapides Sanctuarij qui intelligãtur. 184
Laqueus, pro quibuſuis inſidiis. 169
Legis contemptus cauſa excidij Ieroſolymitani. 90
cur Leoni Deus comparetur. 133
Leproſorum proclamatio quæ. 111
Leuare onus ſuper aliquem, quid ſignificet. 153
Leuare cor cum manibus, vel in manibus ad Deum, quid ſit. 163
Λῦκον & λαμπρὸν quomodo differant. 197
Liberis acerba eſt dominatio ſeruorum. 234
Ligni variæ acceptiones. 239
Λιμὸς & λοῖμος non magis confunduntur apud Græcos, quàm *Debeo* & *Raau*, apud Hebræos. 203
Lingua adhæret palato præ ſumma ſiti. 188
Linire abſque temperamento, adagium; quid ſignificet. 98
Literalis ſenſus Threnorum quis. 19
Literarum Hebraicarum ſignificatio qualis. 21. connexio cum ſuis verſiculis quid hic denotet. 22
Loqui ſuper aliquem, quid Hebraicè. 36. 50
Loqui labiis geſtus irridentis. 102
Lotio, pro requie. 107
Lubricare, pro inſidiari & quare. 215
in Luctu qualis cineris vſus. 92
Luctus efficacitas quæ. 127
Lugentium ritus qualis. 91
Lugere viæ cur dicantur. 33
Lux & dies, pro fœlici ac læto ſtatu. 72. 126

M

Machol, quid ſignificet apud Hebræos. 242.
Macis magnæ comparatio. 202
Magnifici quinam appellentur. 56
Mala cæterorum per charitatem communicantur. 126. quænam Deo vt cauſæ tribuenda. 160
Maiorum delicta quo pacto luter poſteri. 232. 233.
Maledicere Dei, quid ſit. 85
Malum ingredi coram Deo, quid ſit. 70
Malum inexpectatum quo pacto minus & maius. 194
Manibus plaudere qui dicantur. 101
Manichæorum principia duo vnde ortum habuerunt. 246
Manum dare, variæ ſignificationis. 231
Manum mouere, quid ſignificet. 102
Manus, pro domino & poteſtate. 54
Manus ſupinas ad cælum tendere quid ſit. 150
Maranatha, quod excommunicationis genus apud Hebræos. 61
Mare malorum, adagium; quid ſignificet. 97
Maria mater IESV, an ex ritu aliquo prope crucem ſteterit. 91
Mariæ Eleazari filiæ parricidale ſcelus. 204.
Marithi, Hebræis quid ſignificet. 63
Matutinum & diluculum quid. 147
Maxillam percutere, quid ſignificet. 154
Mediaſtini ſerui ſeruorum. 233
Mem, apud Hebræos quid ſignificet. 51
Mendacium credere, peccati pœna. 99
Menſtrua vocantur ſordes & immunditia. 44
Menſtruum, & menſtruata, quid. 61
Mercerus notatur & reprehenditur. 53
Μετοικισμὸς Græcis quid ſit. 32
Mezraim, vel *Mizarim*, quid ſignificet. 32
Migratio ſpontanea Hebræorum. 30
Mikol, Hebræis quid ſignificet. 171
Minæ Dei quales. 105
Minare, quid ſignificet. 125
Minare & minari differunt. 230
Miſeri deſperant meliora 55. ſolent hoſtibus eſſe miſerandi in ſummis miſeriis. 60
Modi muſici Hebræorum. 242
Modus conuertendi hominem ad Deum, & contrà, qualis. 248
Moed, quid denotet apud Hebræos 33. 84
Mœnia, pro altis & magnificis ædificiis. 81
Molere, verbum, eſt in obſcenis. 239
Monarcha, ſeu rex vnicus, bona Dei pollicitatio. 234. & contrà. 235
Mors Chriſti optimè denotata. 217. 218
Mortui ſeculi qui intelliguntur. 129
Mouere caput, in Scriptura quid ſignificet. 43. 102
Mulieris plangentis deſcriptio. 59
Multitudo ſeruitutis, pro graui ſeruitio. 31
Munſterus notatur; & reprehenditur. 22
Murex, oſtruum, buccinum, & blatta, quid ſint

ſint. 191
Muri cicatrix quæ dicatur. 88
Muri cum voluntate Dei comparatio. 130
Murmuratio quàm mala. 161.
Murus, & antemurale, quid allegoricè ſignificent. 88
Nabuchodonoſor ter ingreſſus eſt cum exercitu Iudæam. 23. cur vrſus & leo. 133

N

Nida,& Nidda, quid ſignificent. 60
Naſu, apud Hebræos quid ſignificet. 212
Natal, Hebræis quid ſignificet. 158
Nazaræorum laudes. 196
Ne ad vos, formula precandi cum adiuratione. 49
Nemeſis ineuitabilis quare. 181
Niddu, apud Hebræos excommunicationis genus. 61
Nigerit, Hebræis qui ſignificet. 170
Niſched, cum ſcin, ſtridulo. 53
Nitidior lacte,adagium;quid denotet. 197
Niue candidior, adagium; de quibus vſurpabatur. 196.
Nocere ex inſidiis grauius eſt. 133
Noctis vigiliæ apud Iudæos quæ. 109
Non parcere, quid ſignificet. 70
Non parcere Dei quale ſit. 105
Nouiſſimorum memoria quæ ſit. 45
Nox & tenebræ, pro infœlici ſtatu. 72
Nubes, eſt impœnitens obſtinatio Iudæorum de necato Chriſto. 166
Nubium cũ peccatis comparatio. 165.166
Nud, & Nus, quid ſignificent. 43
Nudare populum, quid ſit. 222
Nun, apud Hebræos quid ſignificet. 53
Nutriri, an pro veſtiri & geſtari ponatur. 190

O

Obliuio præteritorum bonorum facile obrepit. 141
Obliuio quomodo Deo tribuatur. 247
Obſtinatio Iudæorum de necato Chriſto, nubes dicitur. 166
Occiſionis dies,vocatur dies victimæ Dei. 118
Oculi quando dicantur deficere. 214
Oculorum, contenebratio ex mœrore naturalis. 244
Oculus inſtar vindemiatoris diligentiſſimi, quomodo. 171
Odiſſe gratis, vel iniquè, quid ſignificet. 172
Officium viduæ, quale. 26. Concionatorum,& Prælatorum. 29. Viri iuſti. 151
Ol, quid ſignificet apud Hebræos. 111
Olal, Hebræis quid ſit. 50
Ollæ, pro partibus inhoneſtis. 185
Onus, Prophetiã ſignificat, & quare. 169
Operire, quid ſignificet. 165
Opprobriis ſatiari quid ſit. 154
Opprobrium, pro dedecore & confuſione. 227.
Orationem claudere,Hebræis quid ſit. 131
Orationi aliquando clauditur cœlum, pœnitentiæ numquam. 166
Oris dilatatio genus irriſionis. 168
Os cur Deo tribuatur. 63. Pro decreto,ſeu ſententia. 160
Os cuti adhæret, adagium; quid ſignificet. 202
Oſſa in ſacra Scriptura qui ſignificent. 51
Oſſa confregiſſe, quid denotet. 128
Oſſa ſunt corpori pro angulis & munitionibus. 199
Oſtrum, murex, buccinum, & blatta, quid ſint. 191

P

Panem frangere,Hebræis idem eſt,quod partiri & elargiri. 188
Panis lacrymarum, pro materia ſeu eſca dolorum. 140
Parcarum fabulæ origo. 174
Παροιμία quid ſignificet. 119
Paruuli, pro cogitationibus & conſiliis, & quare. 215
Patrum peccatum quodnam dicatur. 232
Paupertas,pro quauis afflictione.123. Pro pœna peccati. 143
Pax & bonum coniuncta. 141
Peccando peccare, quid ſignificet apud Hebræos. 42
Peccata ſunt murus inter Deum & homines. 165
Peccata ſunt labor Deo. 180
Peccatã duo Iudæis valdè peculiaria. 212
Peccatores & peccata ignorare Deus, quomodo dicatur. 159
Peccatum peccare quid ſit in ſacra Scriptura. 42
Peccatum quomodo poſſit Deo in memoriam reuocari. 143
Peccatum, pro pœna peccati. 54.161.194
Peccatum iuſta dolendi cauſa. 244
Pedes quid ſignificent in ſacra Scriptura. 45

Pelagim, Hebræis quid ſignificet. 170
Pellis, pro exteriore corporis habitu. 127
Percutere, pro iugulare. 117
Perditio vt fera conſideratur. 76
Perditorum nomine qui intelligantur. 59
Perfidia Chaldæorum. 29
Periit, pro non eſt, defecit. 142
Perire, verbum, an poſſit adaptari Chriſto. 172
Peſtis cõparatio cum miſeria Ieruſalẽ. 210
Phœnicei vox pro purpura in genere latè ſumpta à Septuaginta. 189.2
Pharas, Hebræis quid ſignificet. 60
Pharetra & ſagittæ Dei quænam ſint. 78
Pharetræ & vteri ſimilitudo. 136
Pie, apud Hebræos quid denotet. 59
Plaudere manibus qui dicantur. 101
Poëmatis genus Threnorum quale. 20
Pœna grauior quæ ab imbecilliore infertur. 195
Ponere deſolatum aliquem, quid ſignificet. 52
Ponere deſolatam vrbem, quid ſit. 134
Ponere os in puluere, quid ſignificet. 153
Pœna Romanis vſitata, aqua & igne arcere. 229
Pœnæ & peccati proportio notata. 89
Pœnitentiæ nunquàm, orationi verò aliquando clauditur cœlum. 160
Portæ, pro iudiciis, & quare. 13
Portæ Ieruſalem defixæ in terra quid. 89
Portæ & vectes metaphoricè pro quo vſurpentur. 89
Portio bonorum, & improborũ quid. 148
Poſteri quo pacto luãt delicta maiorũ. 232
Poſterius & prius quomodo tribuatur Deo. 246
Patrare aliquem felle, quid ſignificet. 129
Prædeſtinatione nihil eſt prius. 246
Prædiſtinationes tres vaſtitatis Ieruſalem. 24
Prælatorum officium quale. 29
Præteritum, pro præſenti. 101. Pro futuro. 104
Precioſa, pro cibo vili. 48
Principes ſimiles arietibus manè confectis, & quare. 37.38
Principes cur anguli vocentur. 199
Priuationi tribuitur actio ab Hebræis. 203
Pro, poſitum pro propter. 110
Proclamatio leproſorum quæ. 211
Prophanorum & Sanctorum afflictiones in quo differant. 42
Prophetæ etiam ex vrbibus amplis delecti. 11
Prophetæ ſimiles chirurgis, peccata vlceri. 99
Prophetæ vox, pro doctore ſeu concionatore. 208
Prophetæ veri, Dei Prophetæ dicuntur. 98
Prophetia falſa conficta & data auribus. 90 intuitiua. 112. Onus vocata, & quare. 169
Prophetiæ non ita præciſè ac ſtrictè accipiendæ ſunt, vt iuſſa Dei, & quare. 221
Pſalmum eſſe alicuius, adagium; quid denotet. 178
Pueri ſenibus iungi ſolent ad exaggerationem. 116
Pulchrum viſu, pro adoleſcentibus. 79
Pupilla, pro toto oculo. 108
Pupula, & pupilla, voces ambiguæ. ibid.
Purpura genericè & ſtrictè ſumpta. 191. regia quæ. 189.2
Purpurei ſignificatio multiplex. 191
Putei pro carcere lapide obturabantur. 173

Q

QVADRATI lapides cum voluntate Dei comparatio. 130
Quadro lapide ædificare, adagium; quid ſignificet. 132
Quaſi, pro ſimilis. 25.26.79
Quia, demonſtratiuum, non cauſale. 67
Quinquarboreus quomodo exponat. *Benodecham*. 233
Quomodo particula indicans admirationem. 72
Quaniam, pro quod. 207

R

RABBI quis diceretur Hebræis, & eius electio. 241
Rabbinorum error & ſuperſtitio. 249
Rachem, Hebræis quid ſignificet. 146
Rada, Hebræis quid ſignificet. 52
Rauan, Hebræis quid ſignificet. 109
Recordatio quomodo tribuatur Deo. 226
per Reddere vicem quid ſignificetur. 179
Reducere, pro conſeruare. 48
Reges Iuda vncti & ſacri. 76
Regnum per cornu denotatur. 77
Regula de diſtinguenda occaſione. Prophetiæ à fine ſeu ſcopo eius. 122
Regum ſingulorum idololatria, vocatur peccatum Ieroboam, & quare. 232
Religionis iugum ſubire ab ineunte ætate optimum. 151
Renes quid denotent. 137
Repelli à Deo, abſcindi à vita, quid ſignificent. 172.174

Replere, & repleri in aliquo, quid ſignificet. 81
Requies nulla fugitiuis Iudæis. 33
Requies, pro ceſſatione, vel remiſſione vindictæ diuinæ. 170
Res apud Hebræos quid ſignificet. 65
Reſphæ factum laudatum a Dauide. 91
Reſpicere, pro miſereri & eripere. 226
Reſurrectio & ſeſſio Hebræis quid ſignificent. 178
Rex pro Regibus Ioachin & Sedechia. 89
Rex vnicus, ſeu Monarcha, bona Dei pollicitatio. 234. & contrà. 235
Riſus, pro irriſione. 137
an ex Ritu aliquo prope crucem ſteterit virgo Maria. 91
Ritus Hebræorum in tribus præcipuis feſtiuitatibus. 118
Robur panis & aquæ, quid Hebræis. 38
Robur cælorum, & robur diei, pro quo vſurpentur. 199
Roma non vocatur hîc Edom. 221
Roſih, Hebræis quid ſignificet. 129

S.

SAbbati duplex ſignificatio. 40
Sachach, apud Hebræos quid ſignificet. 165. 198
Sacerdos magnus duo ſignificat. 12
Sacrificiorum veterum reiectio. 85
Sade, Hebræis quid denotet. 61
Sagittæ ſignificant damna quæ infert lingua. 137
Sagittario comparatur Deus iratus. 78
per Salutare Dei Verbum incarnatum ſignificatur. 150
Sam arha, apud Hebræos excommunicationis genus quale. 61
Samech, apud Hebræos quid ſignificet. 55
Sancti quãdo affliguntur, in quo differant à profanis. 42
Sanctificatio Ieremiæ explicatur. 13
Sanctificatio & ſanctuarium, pro templo. 86
Sanctuarij lapides quid deſignent. 184
Sanguinis officina iecur. 94
Sanhedritæ quomodo à Chaldæis accepti. 91
Sapphirorubini qui dicantur. 201
Sapphirus cuius coloris ſit. 200
Satiari opprobrijs quid ſit. 154
Scabellum pedum Dei vrbs Ieruſalem. 74
Schachah, Hebræis quid ſignificet. 115
Scamam, non differt ſignificatione à *Iaſchã*. 181
Schani, Thola, & Argomon, vocabula vaſdè cognata apud Hebræos. 191
Sechi, Hebræis quid ſignificet. 166
Seculum, pro duratione temporali, & pro duratione æterna. 246
an Sedechiæ mors hîc denotetur. 217
Sedere, quid ſignificet. 25. pro firmum & conſtantem manere. 152
Semitas ſubuertere, quid ſit. 132. 134
Senes honorandi. 238
Senes virginibus in luctu iunctæ. 92
Senium pro ſumma moleſtia vſurpatum, & quare. 3
Senum & puerorum nomine ſummam omnis fœlicitatem ætatis pollicetur Deus 116
Senſus literalis Threnorum quis ſit. 19. allegoricus. ibid. tropologicus. ibid.
Sermones Dei exaſperare quid ſit. 63
Serui nomen acerbitates duas includit. 234
Seruitus, pro opere agriculturæ. 31
Seruorum dominatio acerba eſt liberis. 234
Seſſio & reſurrectio Hebræis quid ſignificent. 178
Si, pro non, Hebraiſmus, 49
Si, variæ ſignificationes. 113. 153
Sibilare, geſtus irridentis. 102
Sicut pannus menſtruatæ, adagium. 61
Signa inſultantis tria. 101
Signum varia ſignificat. 135
Silah, Hebræis quid ſit. 56
Silentium eorum qui lugẽt quid ſignificet. 91
Silere, pro quieſcere. 150
Sin, apud Hebræos quid ſignificet. 67
Sion quid, & vnde ſic dicta. 33. 60. vetus & noua quid figurauerint. 225
Socij infideles ſimiæ comparati. 64
Socios pœnæ habere, conſolatio eſt. 96
Sodomiæ dediti Iudæi. 239
ad Solemnitatem & ſacrificale conuiuium quomodo conuocabantur Iudæi. 118
Solitudo Ieroſolymæ quando cæpta. 24. aucta. 25
Sordis nomine idola intelliguntur. 44
per Specioſam Iacob quid intelligatur. 76
Spes iuſtorum certa & incerta. 153
Spiritus oris noſtri cur Deus appelletur. 219
Spurius, pro alienigena. 228
cur Stercora columbarum in fame quæſita. 192
Stercora, veſiculæ palumborum interpretantur. 193
Sterilitas quomodo dicatur occidere. 203
Struthiocamelus & Struthio, idem. 187
Struthionis & matrum Ieroſolymitanarũ comparatio. ibid.

Subiugantis taurum & Dei comparatio. 54
Succendere ignē Deus quando dicatur. 206
Super, pro contra. 36
Suſannæ hiſtoria cur canonicæ Scripturæ portio dicatur. 18
Synhedrion quid, & vbi. 240

T

TAbernaculum dictum Gynecæum. 79
Tacere, pro intermittere, deſinere, ceſſare. 107
Tame, tame, proclamatio leproſorum. 211
Tannin, Hebræis quid ſignificet. 186
Tempeſtas famis, pro quo accipiatur. 236
in Templum quibus non licebat ingredi. 46. gloria Iſraëlis, ſcabellum pedum Dei. 74. hortus, domus, voluptas Dei. 85. quo die incenſum à Nabuzardan, cōtra Hebræos. 110. eius vltimum excidium. 183. cur non reædificandum. 212
Tempora ſecularia, quid. 246
Tempus, pro calamitate. 56
Tempus cur aliquando de Deo, & Æternitas de tempore dicatur. 245
Tendere arcum pede impoſito quid ſit. 79
Tenebræ & nox, pro infelici ſtatu. 72. pro cæcitate mentis. 73. pro mœſtitia. 126
Tentorium & tabernaculum an idem ſint hoc loco. 85
Terra cur Dei ſcabellum dicatur. 74
Terræ filij, & filij Heroum. 253
Teſtificari, pro exemplo eſſe vel coaptari. 96
Teth, apud Hebræos quid ſignificet. 44
Tealu, vox blaſphematoria Iudæorum, etiā hoc tempore. 257
Thau, Hebræis quid ſignificet. 69
Theodoreti ſententia ſuper verſu 22 capitis quarti. 225
Θελήσιες Iuriſconſultis quid. 32
Thola, Argomon, & Schani, vocabula valdè cognata apud Hebræos. 191
Threni vbi à Ieremia compoſiti. 15. cur Lamenta dicta. 16. an ſint pars ſacræ Scripturæ. 17. materia & vtilitas 5. ſignificatio & etymon 16. auctoritas ibid. an fuerint combuſti. 18. ſenſus literalis quis ſit. tropologicus & allegoricus. 19. quale poëmatis genus. 20
Tophach, varia ſignificat. 112
Torcular calcare, adagium; eiuſque ſignificatio. 57
Torculari fons aptè ſubditur, & quare. 58
Tota die, pro aſſiduè & ſine intermiſſione. 127
Tribus per cornu ſignificantur. 77
Triticum, & vinum, pro quouis cibo, potúque. 95
Tyranni optimates necant. 56. leones & vrſi dicuntur. 153
Tramath, Hebrçæ vocis vis quænam ſit. 173

V

VAſa ignominiæ quid ſignificent. 183
Vaſis teſtacei cum excidio Ieruſalem comparatio. ibid.
Vaſtitatis Ieruſalem prædictiones tres. 24
Vaticinatio, pro onere. 169
Vau, quid apud Hebræos. 37
Vectes & portæ metaphoricè quid denotent. 89
Veniuam, quid ſignificet. 251
Ventris nomine quæ ſignificentur. 66
Verbum incarnatum deſignatur per ſalutare Dei. 150
Vermiculus & coccus in quo differant. 191
189.2. eius vſus promiſcuus. 189.2
Verſio Septuaginta conciliatur cum noſtra. 25. corrigitur. 49
Verſiones variæ cōciliantur. 100. 167. 115. 117. 127. 129. 130. 142. 144. 165. 167. 174. 176. 185. 192. 219.
Veſtes coccineæ in vſu promiſcuo olim fuerunt. 189.2
Veſtigium, pro conſilio. 215
Veſtiri duplicibus quid ſit. 192
Viæ lugere cur dicantur. 33
Viæ noſtræ ſunt ſcrutandę, non alienæ. 163
Vicem reddere, quid ſignificet. 179
Victimæ Dei dies vocatur dies occiſionis. 118
Videre, pro auxiliari, & de afflictione eripere. 45. pro lætari & gaudere. 104. pro perpeti. 123
Viduæ officium quale. 26
Vigilare Deus quando dicatur. 53.54
Vigiliæ noctis apud Iudæos quæ. 109
Vindemiare quid ſignificet. 49
Vindictæ Dei comparationes. 52
Vinum, & triticum, pro quouis cibo, potúque. 95
Vir ſuper peccato ſuo, quid ſignificet. 161
Virga, pro vindictæ flagello. 124
Virgines in templo nutritæ. 34
Virgo & filia quid in ſacra Scriptura. 57
Viri iuſti officium & deſcriptio. 151
Vitæ fons iecur. 94
Vltio, pro ſæuitia; vltor, pro truculento. 177
Vmbra, pro protectione. 219
Vmrudeiah, multipliciter explicatur. 40
Vocare, non idem quod adducere, contra

Nauar

Nauarrete. 56
Vocare, pro inuitare ſumitur. 118
Vocatio Dei efficax, eſt adductio,non ex vocis ſignificatione,ſed ab euentu & cõſecutione. 57
Vocationis ad diem feſtum ſenſus duplex. 118
Vocem dediſſe in domo Domini qui dicantur. 86
Vociferationis hoſtia quid ſit. ibid.
Voluntas Dei ſimilis compedi, quadrato lapidi, & muro. 130
Vox Prophetæ,pro doctore ſeu concionatore. 208
cur Vrſo comparetur Deus. 133
Vteri cum pharetra ſimilitudo. 136
Vulpium adagium ad quid referatur in ſacra Scriptura. 244
Vultus, ſeu facies,pro ira,& quare. 213
Vxor domina quæ dicebatur. 26

Z

Zachach, Hebræis quid ſignificet. 197
Zain, apud Hebræos quid ſignificet. 39
Zalaphoth, quid ſignificet. 236

Indicis verborum atque ſententiarum magis notabilium Finis.

ÖSTERREICH
NATION

ÖNB
+Z136424002